



*Classics*

*Class*

*Book*

University of Chicago Library

BERLIN COLLECTION

GIVEN BY

MARTIN A. RYERSON

H. H. KOHLSAAT

BYRON L. SMITH

CHAS. L. HUTCHINSON

C. R. CRANE

H. A. RUST


CYRUS H. MCCORMICK


A. A. SPRAGUE

C. J. SINGER

H 40.02

F 1828





Jeffrey

\_\_\_\_\_

Don

*Lucretius Carus*  
" "

**T. LUCRETII CARI**

**DE**

**RERUM NATURA**

**LIBRI SEX**

---

**AD OPTIMORUM LIBRORUM**

**FIDEM EDIDIT**

**PERPETUAM ANNOTATIONEM**

**CRITICAM GRAMMATICAM ET**

**EXEGETICAM**

**A D I E C I T**

**ALBERTUS FORBIGER.**



---

**L I P S I A E**

**SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI**

**MDCCCXXVIII.**

PA6482

A2 F7

1828



592199

SUMMIS TRIUMVIRIS

IOANNI AUGUSTO HENRICO  
TITTMANNO

CHRISTIANO DANIELI  
BECKIO

GODOFREDO HERMANNO

PRAECEPTORIBUS ET PATRONIS SUIS  
PLURIMUM VENERANDIS

HUNC

QUALEMCUNQUE LIBRUM

PII GRATIQUE ANIMI

DOCUMENTUM ESSE VOLUIT

EDITOR.

---

## P R A E F A T I O.

---

**A** Teubnero, Viro honestissimo, qui audierat, me iam per aliquot annos Lucretio operam navasse, excitatus, ut collectionem suam scriptorum Graecorum Romanorumque huius poëtae editione augerem, voluntati eius eo minus deesse volui, quo magis novam Lucretii editione, brevi commentario critico et exegetico instructa, opus esse videbatur. Quae autem in hac opera suscepta imprimis spectanda censebam, sunt: primum contexta scriptoris oratio e fontibus iam apertis, quoad eius fieri posset, emendata et correctæ. Quum vero codicibus antea non collatis et adhibitis prorsus destitutus essem, quod nemo facile mirabitur, quem non fugit, in Germania vix unum alterumve Lucretii codicem, eumque iam dudum collatum, inveniri, quae vero collationes in exteris terris fieri possint, (quarum Italia, imprimisque Florentia, poëtae nostro largam messem afferre videatur,) non nisi magnis sumptibus parari posse; me omnem contextus conformationem in Wakefieldi recensione quasi fundasse, haud dubie omnes comprobent, qui sciant, quanta huius viri in Lucretium sint merita. Tamen Wakefieldi recensionem ad verbum iteratam nolimus, sed, Celeberrimo Eichstaedtio viam monstrante, haud paucis in locis correximus, quum multas arbitrarias et superfluas viri paullo cupidioris mutationes remo-

vendo, tum novas lectiones e libris fide dignissimis inducendo. Qua in re maxime nos iuvarunt editiones antiquissimae, quas, libris Mss. fere aequiparandas, diligentissime comparare eo magis nostrum duximus, quo minus priores editores eas respexisse comperti sumus. Et primus quidem accurate contuli editiones Iuntinam et Aldinam 2., adhuc prorsus fere neglectas; quod nequam inutile fuit, siquidem Iuntinam, quam plerumque sequitur Aldina 2., primum, ut ita dicam, vulgatae fundamentum intellexi, ita tamen, ut alias quoque lectiones minime spernendas in ea inuenerim. Deinde vero etiam Veronensem (ad exemplar Dresdense, cuius copiam mihi fecit Eberti, Viri illustris, liberalitas), Venetam a. 1495., Aldinam 1., quas bibliotheca Paullina, et Bononiensem, a Pio instructam, quam bibliotheca Senatoria mihi suppeditavit, diligenter inspexi; quod et ipsum minime fuit superfluum. Gerardi enim trium priorum collationem, iteratae editioni Wakefieldianae (Glasgae 1813.) adiectam, sed nondum ab editore aliquo adhibitam, et Havercampi relationem de Pii editione saepius falsam et minus accuratam deprehendimus, quod, in multis locis diserte indicatum, in pluribus tacita correctione significavimus. Editionem principem Brixensem ita rarissimam, ut, eam omnino adesse, viros doctos diu latuerit, me acquirere non potuisse, per se patet; in cuius lectionibus commemorandis solum Gerardum sequi oportuit. Haud parum tamen subsidii in Gerardi collatione iudicanda mihi attulit Veronensis editionis exemplar Dresdense, quod in margine habet varias lectiones e pluribus libris, et inter hos etiam ex edit. Brixensi descriptas. (Vide quae infra in conspectu codicum et editionum dicentur.) Harum igitur editionum et codicum, a prioribus editoribus collatorum, auctoritate ita contextum emendare studei, ut meis coniecturis aut prorsus abstinere, aut

summa tantum necessitate efflagitante hic ibi aliquam recipere.

Alterum vero, quod inprimis respiciendum esse putavimus, commentarius fuit criticus, grammaticus et exegeticus. Quum enim singulis quibusdam notulis adpersis scriptori tam difficili, tam unico, ut Lucretius videtur, qui in scholis publicis non facile tractatur, minor fere, quam ulli alii, utilitas afferatur, sed quisque Lucretii lector solidiorem et plenioram desideret commentarium, quem aliae poëtae editiones recentiores eaeque facile parandae non continent; huic nostrae editioni paullo locupletiorum et copiosiorum annotationem subiungendam esse, statim praevividimus. Annotationem autem primum criticam esse oportuit. Continet igitur, quantum fieri potuit, plenissimam, quam vocant, contextus historiam criticam, i. e., exceptis levissimis modo varietatibus et apertissimis vel librariorum vel typhothetarum erroribus, integram lectionis varietatem, ex omnibus libris Mss., qui nobis cogniti sunt, et editionibus veteribus exscriptam, nec minus omnes coniecturas ab editoribus aliisque viris doctis passim prolatas, quatenus mihi quidem innotuerunt. Per codices vero nobis cognitos intelligo libros Mss. ab Havercampo, Altero et Wakefieldo collatos; nam Pii et Lambini membranas his addi non potuisse, quisque concedet, quem non fugit, quam incerta vel ambigua ratione hi viri fontes suos afferre soleant; qui tamen ubi certos quosdam libros Mss. distincte commemorant, nec hos a me neglectos lector attentus facile intelliget. Quod vero editiones antiquissimas attinet, has septem modo, utpote comparatione dignissimas a Gerardo et a me collatas, respiciendas duxi: Brixiensem, Veronensem, Venetam, Aldinam 1., Bononiensem, Iuntinam, Aldinam 2.; ita ut, ubi de *omnibus* editionibus veteribus loquutus fuero, tantum septem illas intellectas velim. Omnes

igitur editiones et codices modo commemoratos, quorum variae lectiones non allatae sunt, cum lectione recepta consentire, nisi de levissimis aberrationibus quaeratur, lector confidenter potest sumere; idemque valet de editionibus Havercampi, Wakefieldi et Eichstaedtii, quas, nisi inter se, aut a mea editione dissentiant, ad quamvis veterum librorum varietatem simul commemorari non opus videbatur. Vulgares autem editiones brevitatis causa a me vocantur omnes a Lambino usque ad Wakefieldum in lucem emissae, Creechiana igitur et Havercampiana non exceptis, utpote quae omnes plus minusve a Lambini recensione pendeant. Denique etiam Grammaticos veteres maiori, quam quae ab editoribus prioribus hac in re posita est, diligentia consulendos, omnesque locos poëtae ab iis laudatos, nisi forte unus vel alter me fugerit, accurate indicandos putavi; quod vel ab Havercampo et Wakefieldo tam raro factum esse, utique mirandum videtur, etsi probe sciam, Grammaticorum in lectionibus diiudicandis non maximam esse auctoritatem. — Grammatici vero, quorum modo mentionem feci, me monent, iam de altera re dicendum esse, cui in annotationibus meis operam navandam existimaverim. Sunt haec grammatices praecepta et quae iis adversari videantur; ita ut omnes insolentiores atque obsoletas verborum formas eorumque flectendorum rationes, omnes constructiones rariores et impeditiores, omnes denique metricas difficultates non intactas praetermittere constituerim. Qua tamen in re, ne longior essem, ad optimos et accuratissimos libros grammaticos, quos tempora recentiora progennerunt, quosque omnibus, qui literas Latinas cum fructu tractare cupiant, ad manus esse certo sperare potui, Ruddimanni dico, Schneideri, Grotefendi, Ramshorni aliorumque opera lectores ablegare plerumque satis habui. — Denique et exegeticum

esse commentarium meum volui; sed in maxima rerum explicandarum copia, nisi ambitum editionis meae nimis augere vellem, hic inprimis vela contrahenda esse, et pauca tantum atque maxime necessaria attingi posse facile praevidi. Sensum igitur et res ipsas a Lucretio traditas in difficillimis tantum et gravissimis locis brevibus annotationibus aut propriis aut alienis exponere mihi licuit: alienis dixi; nam quum hac editione mea id etiam efficere studuerim, ut plurimi Lucretii lectores, i. e. omnes, qui non ex professo huic poëtae operam dare, vel in singularibus libellis de eo scribere decreverint, rarissimis illis et pretiosissimis Havercampi et Wakefieldi editionibus facilius carere possent, multas annotationes, quae maximi momenti esse viderentur, aut ad verbum exscriptas, aut in brevius contractas, ex his editionibus in meam transferendas duxi, et ubi cum viris illis doctissimis mihi consentiendum fuit, eorum verba repetere, quam aliis, sed meis, eadem recoquere malui; eodemque modo egi cum praestantissimis plerumque Orellii annotatiunculis, qui in *Eclogis poëtarum Latinorum* (Turici 1822. 8.) plures eosque longiores Lucretii locos edidit, et cum animadversionibus doctissimis, quas Nobbio, Collegae coniunctissimo, *Syntagmati locorum parallelorum ex poëtis Latinis collectorum* (Lips. 1819. 8.); in quod et ipsum aliquos Lucretii locos recepit, adspargere placuit. Omnes vero has annotationes ex aliis editionibus depromptas in principio et fine signis „ - - - “ et auctoris nomine addito a meis animadversionibus distinxi, et quae ipse haud raro iis inserui, uncinis [ ] includenda curavi. Denique nemo, puto, mihi vitio vertet, quod e *Dissertatione mea de Lucretii carmine* (Lips. 1824. 8.), quae vulgarem libellorum academicorum sortem experta videtur, ut paucis modo viris doctis innotesceret, locos quosdam iisdem fere verbis repetitos in editionem

meam transtulerim. Praeterea et virorum doctorum ad alios scriptores commentarios, dissertationes et censuras in Ephemeridibus literariis repositas, quae Lucretio meo fructum aliquem promittere viderentur, a me non neglectas esse, lectorem diligentem non fugiet; quamquam multa fortasse huc spectantia acquisitioni meae elapsa esse, nec dubito nec repugno: alia vero, quae addere potuissem, fines libelli excludi iubebant. Sic, ut hoc unum afferam, in comparandis aliorum scriptorum locis parallelis vel similibus, quos v. c. Wakefieldus larga manu adiecit, admodum parvus fui: in quo tamen quam facile fuisset uberiores esse, docet Diss. mea comm. p. 114. not. 71. et 73., ubi plures Catulli et Horatii locos cum Lucretianis, utpote fontibus suis, qui videantur, contuli; nam quod Virgilium attinet, Macrobius (Sat. VI, 1. 2.), Gellius (N. A. I, 21.), Ursinus (*Virgilius collatione scriptorum Graecorum illustratus. Antv. 1568.; de-nuo editus a Valckenario. Leov. 1747.*) aliique omnem hanc opellam superfluum reddiderunt.

Iam vero de aliis duabus rebus dicendum video, quas procul dubio maxime impugnatum iri suspicor, orthographiam dico Lucretianam et interpungendi rationem. Et in orthographia quidem, maximis difficultatibus obnoxia, in neutram partem modus excedendus, sed media via strenue sequenda videbatur. Facillimum quidem fuisset, Lucretii carmen ingenti copia archaismorum, qui dicuntur, vel antiquissimae scribendi rationis exemplis innumeris replere, ut orationis color prodiret, quem v. c. in Ennii Medea, a Planckio edita, similibusque antiquitatis reliquiis miramur. At quod in Ennii fragmentis liceat, non idem in Lucretio est licitum, qui non Naevio, Ennio, Pacuvio fuit aequalis, sed Varronis, Ciceronis, Catulli aliorumque aetate politissima vixit. Attamen negari non potest, omnem Lucretiani carminis orationem longe



magis cascam et obsoletam videri, quam illi, qua floruit auctor, aetati conveniat; cuius rei causa partim inde repetenda videtur, quod Lucretius in graviore poëseos genere praeter Ennii, Lucilii aliorumque antiquiorum poëtarum carmina, archaismis repleta, recentiora et politiora exempla non habuit, quae imitaretur, partim quod servato hoc ipso antiquitatis colore rebus a se traditis in externa etiam forma maioris dignitatis, gravitatis, maiestatis speciem conciliare cupiit. Quousque vero progrediendum sit, ut hoc auctoris consilium servata etiam antiquiori orthographia iuvetur, haec quaestio admodum difficilis videtur, ad quam alium aliter responsurum esse praesagio, imo cōfido. Sed quum neque codices, quorum in eiusmodi rebus minor est auctoritas, nec veteres Grammatici, quos corruptissimos ad nos pervenisse omnes norunt et dolent, una lex et norma haberi possint, ad quam conformanda sit scribendi ratio, hac in re plurimum sensui et arbitrio editoris, non illi quidem temerario et cæco, verum cauto et circumspecto, concedendum esse statuo; quo an ipse satis recte usus sim, hoc penes viros doctos sit decernere. Id tantum mihi necessarium videtur, ut archaismi, in declinationum et coniugationum formis scribendis semel recepti, constanter et per omne carmen adhibeantur, ne molesta fluctuatio oriatur, quae ipsius auctoris inconstantiam, mediam inter priorum temporum ruditatem et serioris aetatis elegantiam, augeat magis et in lucem proferat. Optimum tamen et aptissimum putavi, praecipuos hos archaismos, quos, quia omnium diutissime et plurimis scriptoribus in usu fuisse videntur, in scribendo sequutus sum, hic ita componere, ut simul causas breviter attingam, quae ad has potissimum scribendi formas inducendas me impulerint. Et primum quidem quod casuum per declinationes flexorum terminationes attinet, genitivum primae declinationis in

*ai*, dativum quartae in *u*, genitivum in *es* similesque formas, de quibus iam metri ratio dubitare non sinit, et quas plurimorum codicum consensus comprobatur, hic commemorare non opus est. Praeter has vero primum antiquiorem formam *ei* pro *i* longo in primo et tertio casu pluralis secundae declinationis retinendam duximus, in nominativo Quinctilianum Inst. I, 7, 15., Nigidium Figulum apud Gellium XIII, 25. et Velium Longum p. 2220., in dativo vero plures inscriptiones veteres, v. c. apud Gruterum p. LIX, 8. p. CCCVII, 8., apud Aldum Manutium (*Orthographiae ratio. Ven. 1566.*) p. 146. p. 528. etc. sequenti; quum in his formis, quae sic in legendo certe melius discernentur a genitivo singularis et ablativo pluralis, antiquior scribendi ratio diutius servata videatur, quam in reliquis. Nec hoc fortasse necessarium fuisset; quum enim *i* longum et diphthongus *ei* prorsus eodem modo pronuntiata esse vix dubitari possit, scriptio huius soni per *ei*, utpote nullius utilitatis, iam mature prorsus repudiata videtur. (Conf. Schneideri Gramm. Lat. I. p. 62 ss.) Multo minus vero cum Planckio ad Ennii Medeam p. 77. aliisque *i* longum ubivis in *ei* mutare mihi indulsissem, etsi me non fugit, Lucilium hoc voluisse (conf. praeter Quinct. et Vel. Longi ll. cc. Charisius p. 60. Terent. Scaur. p. 2255. P. et Lips. de recta pronunt. c. 8., quos laudat Schneid. l. c.), et ex Gruteri inscriptionibus cuiusque fere et declinationis et coniugationis formae, in *i* longum desinentis, exempla per *ei* scripta afferri posse. (Conf. Index gramm. p. LXXXVII.) Porro, quod cum his arcte cohaeret, in iis vocibus tertiae declinationis, quae genitivum pluralis in *ium* terminant, quartum huius numeri casum scripsimus per *eis* (quod seriores, quum nunquam aliter pronuntiatum fuerit, in *is* mutarunt), idque Charisio p. 28. et 69. Donato edit. secund. p. 1750. P. et Servio ad Virg. Aen. I, 110. obedientes; a quibus

Varro L. L. VII, 37. 38. (p. 120. Bip.) Plinius apud Charis. p. 104. Valer. Probus apud Gellium XIII, 20. Priscian. VII, 17. §. 83 ss. (p. 774 ss. P.) et Consentius p. 2040. P. vere non discedunt, qui, quum utramque formam *is* et *es* in pluribus certe verbis promiscue in usu fuisse, et in alterutra eligenda numerum modo sive euphoniā spectandam esse doceant, illam certe formam non excludunt, quam antiquiorem esse, quippe ex Graecorum *εις* exortam, nemo negabit. (Conf. etiam Schneideri Gr. Lat. II. p. 269 s. et quos hic laudat viros doctos recentiorum temporum hac de re disserentes, quorum numerum supplevit amiciss. Iahn. ad Virg. Geo. I, 25.) In nominativo vero eandem formam inducere, quum unius modo Varronis I. c. adsit auctoritas, nec ullus alius Grammaticus eius mentionem fecerit, audacius videbatur. (Vid. Schneider. I. c. II. p. 238 s.) Obsoletam formam *om* (Graecorum *ov*, vel *ων*) pro *um* in terminationibus secundae declinationis non nisi post literam *v* (ut in vocibus *aevom*, I, 550. 584. 951. II, 1094. etc. *divóm*, I, 1. 57. 159. 1014. II, 434. etc.), ubi diutissime servata videtur (conf. Quintil. Inst. I, 7, 26. Terent. Scaur. p. 2251. P. et quos Schneider affert I. c. II. p. 57 s.), aut ubi codices diserte eam tuentur, (v. c. II, 392. *olivom*, II, 937. *principióm* etc.) recipiendam duximus, fortasse tamen nimis anxii, quum codices et veteres editiones in aliis etiam haud paucis locis hanc antiquiorem formam defendere videantur. (Conf. annotata ad I, 7. 661. 834. II, 365. 771. 846. 1094. III, 392. 635. (in Addendis). IV, 1226. V, 181. 242. 448. etc. atque praeterea Wakef. ad I, 146. 289. 461. 970. 1065. II, 162. III, 514. 1043. VI, 7. 1141. etc.) Ceterum de literis *o* et *u* alibi etiam permutatis infra iterum sermo instituetur. De ablativo tertiae declinationis in *i*, ubi alii scriptores non nisi terminationem *e* agnoscunt, vide quae in Commentario ad I, 977. (1104. IV, 516.

V, 928. etc.) disputavimus, (ubi addere potuissem Osanni Anal. crit. p. 123. et 192.) collata cum annotatione ad I, 806. et Addendis ad h. l. Porro quod formam *ubus* in tertio et sexto casu pluralis quartae declinationis attinet, solos codices sequenti, hanc non nisi in voce *artus* (I, 261. III, 7. 620. 644. IV, 634. V, 1076.) admisimus, contra vero *cornibus* (V, 1324.), *fluctibus* (I, 290. V, 11. 1079. VI, 726.), *genibus* (I, 93.), *luctibus* (III, 947.), *manibus* (I, 96. 202. 210. etc.), *sensibus* (I, 690. 694. 701. II, 312. etc.) et sic porro scripsimus. (Qua de re conf. quae Schneider l. c. II. p. 335 ss. doctissime disputavit.) Denique non solum Priscianum I, 6. § 32. (p. 25. P.), inscriptiones veteres, et quod huius usus in singulis quibusdam vocibus superiora etiam tempora servarunt, respicientes, sed ipsis Lucretii codicibus permoti, gerundium et participium futuri tertiae et quartae coniugationis in iis certe vocabulis, quibus et aliorum scriptorum usus favet, vel ubi euphonia non dissuadet, (ut v. c. in *metuundus*, *tribuundus* et similibus), non in *endum* et *iendum*, sed in *undum* et *iundum* terminavimus; quamquam dolemus, in uno alterove loco nobis invitis seriore formam in contextu remansisse. Codices autem et veteres editiones adjuvant hanc scribendi rationem imprimis ad I, 25., ubi duo modo Wakefieldi Codd. (Brit. 2. 3.) *scribendis*, ceteri omnes *scribundis* exhibent; ad I, 383., ubi in optimis et antiquissimis libris Gott. et Lugd. 2. *dicundum* invenitur; ad V, 67., ubi Cod. Vind. et omnes edit. veteres a Gerardo et me collatae formam *reddunda* tuentur; ad VI, 479., in quo loco certe edit. Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *conveniundo* praebent, et ad alios fortasse locos, in quibus editores, eiusmodi in rebus paullo negligentiores, codicum lectiones non accurate indicarunt; quos, si Havercampi et Wakefieldi silentium aliquid probare posset, innumeris in locis vetustiori orthographiae opitu-

lari concludendum esset. Restat, ut de singulis quibusdam vocibus exponamus, quas non in terminationibus, sed in ipsis syllabis primitivis, quae dicuntur, ad antiquiorem orthographiam scribendas duximus. Et primum huc pertinent voces quaedam, in quibus vocalem *o* pro serius usitata *u* posuimus (de quarum literarum permutatione conf. Quinct. I, 4, 16. I, 7, 26. Charis. p. 57. Prisc. I, 6, 35. (p. 554.) Vel. Long. p. 2216. 2222. Terent. Scaur. p. 2251. Cassiod. p. 2278. 2290. Mar. Victor. p. 2458 s. 2461. et e recentioribus viris doctis praeter eos, quos Schneider Gr. Lat. I. p. 30 ss. II. p. 57 s. et nuper demum Obbarius in Seebodii Biblioth. crit. 1828. ch. 15. p. 115. laudarunt, Heinsius ad Virg. Geo. I, 481. ad Aen. II, 539. idemque ad Petron. c. 77. Columna ad Ennium p. 65. et 129. Planck. ad Ennii Med. p. 85. aliique. Et in iis quidem vocabulis, ubi vocalem illam consona *v* praecedit, quum non solum Lucretii, sed Quinctiliani etiam aetate literam *o* constanter usurpatam esse, e Grammaticorum locis modo allatis manifestum videatur, ne codicum quidem auctoritatem respiciendam arbitrati sumus; quamquam nec hi, vel certe editt. antiquissimae, libris scriptis equiparandae, quas solas mihi conferre licuit, huic usui prorsus adversantur. Scripsimus igitur *volnus* (I, 35. II, 639. III, 63. 661. 663. et multis aliis in locis; quam formam ubique Ald. 1., ad III, 661. vero etiam Ver., sicut ad hunc locum Brix. et ad VI, 420. Ver. Ven. corrupta lectione *Volvere*, ad III, 663. Brix. Ver. Ven. lectione *Volucris* tuentur); *volgus* (I, 316. 944. II, 623. 920. IV, 20. V, 1138.), *volgo* (I, 239. II, 215. 337. 701. 724. IV, 73.), *volgigagus* (IV, 1067. V, 930.), *volgare* (IV, 75. V, 428.), *pervolgare* (II, 163. 346. IV, 209. V, 1161.; in quae verborum familia non minus editt. veterrimae nobiscum faciunt, siquidem I, 316. Ver. Ven., IV, 20. et V, 1138. Ald. 1. — II, 215. Brix. Ver. Ald. 1., IV, 73.

Ald. 1. — IV, 1067. omnes editt. vett. — IV, 75. Ald. 1. — II, 346. rursus omnes editt. vett. assentiuntur); *avolsus* (II, 257. III, 562. IV, 141. V, 314. 316.; quod in omnibus his locis praeter Ald. 1. etiam codices nonnullos exhibere, e Wakefieldi annott. ad III, 562. et V, 516. apparet); *convolsei* (III, 344.), *parvulus* (III, 322. IV, 194. 1158. VI, 305. 652.), *volpes* (III, 742. V, 861.), *volturii* (IV, 682.), *voltus* (III, 164. 294. 468. 594. 655. etc.), *volt* (III, 516. 773. VI, 406. 408.), *mavolt* (II, 657.) et similia. Pariter *o* pro *u* sequi iussimus post *qu* in vocibus *quom*, *quomque*, *quiquomque*, *quouis*, *quoi* (pro *cum*, *cunque*, *quicunque*, *cuius*, *cui*) et similibus; idque fecimus, non tantum veteribus Grammaticis (Quinct. I, 7, 5. et 27. Ter. Scaur. p. 2261 s. Mar. Vict. p. 2459 s.) et inscriptionibus (v. c. S. C. de Bacch. v. 9. et 18. Gruter. p. 206, 1. 2. p. 329. v. 14. 15. p. 202 — 206. et p. 506 — 512. saepissime, p. 629, 7. p. 942, 2. etc.), sed ipsis etiam Luctetii codicibus et antiquissimis editionibus praecedentibus. De *quom* enim conf. annotata ad I, 381. 1076 (in Addendis). II, 194. 929. IV, 1205. V, 1339., (quibus adde, ob summam literarum similitudinem ad I, 825. Ver. Ven. praebere *quin* pro *quom*, ut contra II, 237. Brix. *quom* pro *quin*); de *quomque* vide annott. ad II, 21. et scito, Cod. Brit. 2., veteris orthographiae omnium tenacissimum, ad I, 263. praebere *quaeconque*, ad I, 326. *quaeconque*, ad I, 434. *quodconque* etc., in Brix. Ver. Ven. autem ad I, 17. confundi *quamque* et *quomque*, in Ven. ad IV, 167. scribi *quodquomque* et s. p.; de *quouis*, *quoi* et similibus vero conf. quae diximus ad I, 424. II, 17. 1079. IV, 1229. etc.; quibus adde, ad I, 87. pro *quoi* Ver. Ven. praebere *qui*, Ald. 1. *quae*, ad I, 1093. eandem Ald. 1. *quodque* pro *quouque* etc., quae permutationes locum habere vix potuissent, si in codicibus *cum*, *cunque*, *cui* etc. scriptum fuisset. (Conf. hac de re praeter multos alios Schneider. Gr. Lat. I. p. 31 s.

et 336 s. Grotend. Gr. Lat. II. p. 177. et Wakef. ad nostri I, 263. — Quod vero omnes has voces e communi aliqua regula scribendas attinet, nos, de rebus orthographicis in Praefatione accuratius dicturos, in Commentario non singulas quasque scribendi varietates indicasse, nemo facile vituperabit.) In aliis autem vocibus, ubi alia, quam *v* vel *qu*, praecedit litera, solos libros scriptos et editiones antiquissimas audiendas putavimus; quibus freti, scripsimus v. c. *iocundus* (II, 3. 19. 399. V, 896.) et *iocunde* (II, 31. 403. V, 1393. conf. annott. ad omnes hos locos et Addenda ad II, 399.), *polverolentus* (V, 741., ubi vide annott.), *contari* (sic enim exaravimus cum Ver. Ven. ad II, 392., Brix. et Brit. 2. [qui habet *constantior*] ad III, 193., Cant. ad III, 408. et IV, 705.; Wakef. vero cum Brit. 1. 2. Cant. et Brix. ad III, 67., Brit. 1. ad III, 408. et IV, 705., Cant. ad VI, 800. et Nonio Marcello IV, 55. *contari* scripsit, haud dubie de verbo *percontari* [*percunctari*] cogitans, quod nonnulli a vocula *contus* deducunt [conf. Corte ad Sallust. Iug. 24, 3.], adversante tamen Festo s. v. Percunctatio, nostramque scripturam [vel potius vulgarem *cunctari*] probantibus etiam Nonio ipso VII, 9. et Prisciano VIII, 5, 25. p. 797. P.) etc.; qua tamen in re non possumus, quin nosmet ipsos inconstantiae cuiusdam accusantes, profiteamur, nos, ab initio veteris orthographiae restituendae cupidiores, v. g. I, 41. e Brit. 2. et Ven. edidisse *fonde*, I, 74. e Brit. 1. *mondi*, I, 354. e Brit. 2. *truncos* etc., postea vero, quum in aliis locis, ubi eadem voces recurrerent, veterem scribendi rationem nullo amplius libro vetere commendatam intellexerimus, ad vulgarem rationem rediisse. Porro non minus literam *e* in *o* mutavimus in *vortere* (I, 106. 212. 711. 783. etc.), *vorsus* (II, 188.), *vortex* (I, 294. II, 210. III, 1014. VI, 277. 298. etc.; discrimen enim, quod nonnulli Grammatici, imprimis Charisius p. 68.

et Velius Longus p. 2243. inter *vortex* et *vertex* intercedere statuunt, Quinctilianum potius I, 7, 25., eundem VIII, 2, 7. et Cassiodor. p. 2283. sequuti, utpote vanum sustulimus, assentientibus Wakef. ad I, 294. et Schneid. Gr. Lat. I. p. 12.), *vorsare* (II, 50. 112. 882. III, 165. 1093. etc.), *vorsabundus* (VI, 438. 582.), *vorsatilis* (V, 1435.) et cognatis vel compositis verbis; qua in re quum Grammaticos, Quinctil. II. cc. Charis. p. 174. Priscian. IX, 1, 8. (p. 848. P.) Nonium VII, 68., cum quibus conf. Cassiodor. l. c. et Marius Victor. p. 2458., tum veteres inscriptiones (v. c. Sen. Cons. de Bacch. v. 19. et 24. Gruter. p. 204. v. 15. p. 207. n. I. v. 12. p. 506. v. 25. 30. p. 507. v. 16. p. 508. v. 7. p. 509. v. 15. p. 511. v. 19. etc.) eo magis respiciendas putavi, quum ipsi Lucretii codices nec ab hac scribendi ratione prorsus abhorreant. Sic v. c. Lugd. 2. ad V, 653. *convortere*, omnes Codd. (praeter duos) ad VI, 277. et plures certe ad VI, 444. *vortex* exhibent; ad IV, 263. autem plures libri Mss. innuunt lectionem *unvorsum*, i. e. *universum*, et sic porro; quibuscum aliorum etiam scriptorum codices, nec antiquiorum tantum, Plauti, Terentii, Sallustii, sed longae seriorum quoque, v. c. Appuleii (vid. Oudend. ad Met. I. p. 54.), *conspirare*, non est ut doceam. — Pro *i* vocalem *o* nonnisi in quibusdam casibus pronominis *ille* adhibuimus, ubi hunc usum comprobant Varro L. L. VI. p. 89. Bip. Priscian. I, 6, 33. (p. 553.) Isidor. Orig. I, 34. Servius ad Virg. Aen. XI, 236. Donatus de barbarismo p. 1767. P. Paullus ad Festum s. v. Ollic, inscriptio columnae Duilianae (*olorum*) aliaeque inscriptiones veteres, v. c. apud Gruterum p. 23, 12., et optimi Codd. ad Ciceronem de legg. II, 8. et III, 3., ad Virg. Aen. I, 254. XI, 236. XII, 829. etc. (conf. etiam Columna ad Ennium p. 58 s. [p. 17. Hessel.] et Planck. ad Ennii Med. p. 78.); quibus addere possum ipsius Lucretii membranas, v. c. ad I, 673. et V,



383. (ubi vid. annott.), nec minus ad II, 63., ubi vel error Brit. 2. 3. *si tollis pro sit ollis* antiquiorem orthographiam tuetur, ad III, 272., ubi certe ed. Brix. *ollis* exhibet, ad V, 1389. et VI, 208., in quibus locis *olim* et *ollis*, *solis* et *ollis* confunduntur etc. Ne tamen aliquis miretur, me, qui antea in eiusmodi formis scribendis strenuam postulaverim constantiam, non in omnibus casibus hoc pronomen per *o* scripsisse, (quod fecerunt Eichstaedtius et Orellius), ideoque ipsum a regula mihi proposita deflexisse, hac de re pauca sunt addenda. Quum enim iuxta formas *olla*, *ollorum*, *ollis* etc. nusquam, quantum equidem scio, inveniuntur *olle*, *ollud* et *ollius*, probe discernendae mihi videntur duae eaeque diversae voces, *ollus*, *a*, *um*, (ut *ipsus* pro seriore *ipse*) prorsus ad modum adiectivi trium terminationum declinata, et serius inductum pronomen *ille*, (*illa*), *illud*, gen. *illius*, dat. *illi*, (quod an ex semitico אֱלִי ortum sit, ut Vossius in Etymologico censet, ideoque fortasse per bella Punica e lingua Carthaginiensium in Latinam transierit, in incerto relinquam); ita ut omnes formae, quae ab *ollus*, *a*, *um* derivari possint, per *o*, ceterae vero per *i* scribendae videantur. Quid vero? dicet aliquis; nonne saepe in antiquis monumentis tertius casus singularis *olli* scriptus invenitur? Audio; sed quid respondeam, non ignoro. Quum enim antea iam forma *olli* in casu recto pluralis uterentur, hanc, novo vocabulo *ille* in linguam recepto, etiam in dativum singularis eius transtulerunt. Quod nisi sumamus, quidni etiam *ollud* et *ollius* a veteribus dictum fuerit, prorsus non intelligitur. Ne quis igitur in hac vocula calamum a mero casu et arbitrio ductum arbitretur; in qua si erraverim, viros doctos, ut veriora me edoceant, vehementer rogatos cupio. — Quod autem de vocali *o* iam vidimus, idem denique cadit in literam *w*, quam et ipsam saepius posuimus, ubi serior aetas aliis vocalibus usa

est; et primum quidem pro *i* (cui maxime cognata fuit, siquidem *u* breve in nonnullis certe vocibus ut Franco-Gallorum *u* pronuntiabatur,) adhibuimus in superlativis *maximus* (II, 1017. IV, 465. 817. 1155. etc.), *optimus* (III, 908. VI, 1085. 1245.), *proximus* (II, 134. V, 104.) etc. aliisque vocibus, in quibus haec vocalis magis, quam in aliis, usurpata fuisse videtur, ut *finitimus* (IV, 583. V, 1019. VI, 644.), *lacruma* (I, 92. 126. 919. II, 977. etc.), *lacrumare* (II, 420. IV, 1173.) *inclutus* (I, 41. III, 10. V, 8.), *dis-supare* (I, 351. 652. II, 210. 1003.) et similibus, hac quidem in permutatione Quinctil. I, 4, 7. et I, 7, 21. Priscian. I, 3, 6. (p. 539. P.) Donatum p. 1735. Cle-donium p. 1882. Sergium p. 1827. Velium Longum p. 2216. et 2219. Ter. Scaurum p. 2259 s. Cassiodo-rum p. 2284. Marium Victor. p. 2458. aliosque Gram-maticos, quos a Schneidero l. c. I. p. 19 ss. laudatos vides, non minus quam veteres inscriptiones (v. c. apud Gruterum p. 206, 1. p. 312, 5. p. 329. v. 1. p. 506. v. 15. p. 508. v. 3. p. 509. v. 10. 18. 19. 24. p. 511. v. 12. 20 — 23. p. 512. v. 1. 24. 27. p. 778, 1. p. 823., 7. p. 942, 2. etc.) sequuti. Pro *o* autem, et Prisciano I, 6, 35. (p. 554. P.) et plurimis certe codd. et vett. editt. obedientes, literam *u* posuimus in *Acheruntis* et reliquis casibus obliquis huius nominis (III, 37. 628. 991. 997. IV, 41. 171. VI, 251. 764.), qui tamen non a nominativo *Acheron*, sed potius ab obsoleto *Ache-runs* deducendi videntur (conf. Schneider. l. l. II. p. 121 s.); porro, eundem Priscianum l. c., Charisium p. 105. et Velium Longum p. 2216. audientes, in *frun-dis* (ceterisque casibus, a *frus* derivandis, e. g. I, 119, 406. 888. etc.), *frundiferus* (I, 19. 257. II, 359.) *frundescere* (I, 1092.) etc.; quare fortasse etiam *fun-tem*, *funte* etc. rectius scribendum fuisset, quum, Var-rone L. L. IV, 28. et Festo auctoribus, haec vox a *fundendo* dicta sit; nos tamen, in his quidem vocabu-

lis a codicibus prorsus deserti, longius progredi non temere veriti sumus. (Conf. autem Wakef. ad I, 119., ad II, 596. et saepius, Gifan. in indice s. v. Frundiferae, Columna ad Ennium p. 65. et 129. [p. 22. et 69. Hess.] interpp. ad Ausonii Grammaticom. (n. 349.) v. 19. Oudend. ad Caes. B. C. III, 58. alique.) Et haec quidem de antiquioris orthographiae exemplis a nobis inductis sufficient; de aliis enim in annotationibus iam dictum est, ut de scriptura *quur* ad I, 175. V, 221, 327. 768. et alibi, de *arqus* ad VI, 526., de *totiens* (et *quotiens*, quam scribendi rationem inscriptiones quoque tuentur, v. c. apud Gruterum p. 509. v. 4. p. 511. v. 4.) ad I, 598. et V, 329., de *fedus*, *fede*, *fedare*, *fecundus* et similibus ad I, 63. 86. etc. (quibus adde, ad I, 212. IV, 1250. et V, 211. assentiri editt. Brix. Ver. Ven., ad II, 534. vèro et V, 1223. certe Brix.), de vocibus *moenera*, *moeri*, *poenire* etc. ad IV, 221. V, 1307. VI, 1240. et sic porro. Expositis vero, quos in scribendo servandos putavi, archaismis, restat, ut me excusaturus pauca addam de iis, quos non receperim, etsi ab aliis, imprimis a Wakefieldo, iam adhibitos vidissem; qui omnes fere continentur quaestione de vocibus per compositionem varie mutatis. Primum igitur quod praepositiones attinet in consonam exeuntes, quae vocibus coniunguntur ab alia consona incipientibus, a Wakefieldo discedens, qui scribit e. g. *adcedere*, *ecfundere*, *ecficere*, *conligere*, *obcidere*, *obtendere* (pro *ostendere*, quod prorsus falsum videtur, siquidem *obtendere* longe aliam habet significationem,) etc., nisi omnium, vel plurimorum certe librorum consensus contrarium efflagitaret, ubique assimilationem, quam dicunt, praepositionis cum consona sequente praetuli. Etsi enim negari nequit, editiones antiquissimas (nam de codicibus nihil certi proferre licet, quum eiusmodi varietatibus, quae vulgo leviores videntur, indicandis editores supersedere

soleant,) interdum aut omnes, aut ex parte consonam primitivam defendere (v. c. I, 71. *inritat*, 93. *submissa*, 138. *inlustrare*, 402. *conradere*, 469. *inrevocabilis*, 876. *inmixtas*, 1090. *conligat*, II, 788. *inlicit*, 1095. *inmensi*, 1124. *adsumunt*, 1141. *subcumbunt*, III, 2. *inlustrans*, 10. *subpeditas*, 23. *subpeditat*, 394. *inmixta*, 517. *inmortale*, 600. *conlabefiunt*, 869. *adcredere* etc.); hi tamen paucissimi loci decies, imo centies superantur ab iis, in quibus altera consona alteri assimilatur; cui accedit, quod Grammaticorum quoque et inscriptionum veterum auctoritas multo magis favet mutandis, quam servandis praepositionum consonis extremis, ut, licet ab initio nihil in iis mutatum esse admodum probabile sit, iam mature et diu ante Lucretii tempora in plurimis certe huius generis compositionibus (nam non omnes ad eandem normam redigendas esse probe scio,) assimilatio illa in usum inducta videatur. (Conf. Schneideri doctissima hac de re disputatio in *Gramm. Lat. I. p. 515 ss.*) Idem vero etiam valet de ipsis verbis cum praepositione aliqua compositis et propterea varie mutatis, in quibus primitivas vocales non minus sine periculo deserendas duxi, etsi antiquissimis temporibus hic etiam servatae videntur, cuius usus vel in codicibus et editionibus veterrimis passim exempla inveniuntur. Sic I, 14. *Brit. 1. persaltant*, I, 310. (ubi videndus Wak.) *Poor. Brit. 1. 2. Ver. Ven. dispargitur*, I, 720. *Lugd. 1. 2. Gott. adspargit*, I, 889. *Brit. 1. 2. dispartita*, II, 33. *Brit. 2. con spargunt* (pro *conspargunt*), II, 437. *Brit. 2. 3. egradiens* (et *Bodl. Vind. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. gradiens*, pro *egrediens*), II, 1135. *Brit. 1. dissipargit* exhibent etc.; quae tamen perpauca exempla communem regulam inde deducendi nondum potestatem nobis faciunt. Quapropter hac in re nimis anxii, quam iusto audaciores vocari maluimus. Nec minus porro consonas geminatas intactas retinuimus, quas ut Planckio ad *Ennii Med. p. 78. Osanno Anal. crit. p. 13 ss.*

aliisque ab antiquissima orthographia alienas esse concedam, Lucretii tamen aetate consonarum geminatio iam ita vulgaris fuisse videtur, ut mihi non possim persuadere, hac etiam in re poëtam nostrum ad priorem linguae ruditatem reversum esse. (Conf. diligens Schneideri disquisitio in Gramm. Lat. I. p. 393 ss., additis exemplis, quae nuperrime protulit Obbarius in Seebodii Bibl. crit. a. 1828. ch. 15. p. 114.) Ne tamen aliquid reticuisse videar, vel huic antiquissimae scribendi rationi singulos quosdam editionum antiquissimarum, Brixensis maxime, locos favere profiteor. Quae editio praebet v. c. I, 313. *anulus* (de qua scriptura conf. annott. ad VI, 912.), 314. *stilicidii*, 568. et 571. *moliam*, 681. *referet*, 726. *flamai*, 806. *vacilent*, 918. *cachinent*, 1087. *differier*, II, 162. *transcurere*, 182. *Memi*, 539. et saepius *milibus* (quae scribendi ratio cur a tot viris doctis nostrorum temporum unice vera habeatur, non perspicio; nam discrimen illud inter singularem *mille* et pluralem *milia*, a Cledonio p. 1901., Papiriano apud Cassiodor. p. 2295. et Beda p. 2339. propositum, quum omni rationi adversetur, et prioribus Grammaticis prorsus ignoretur, profecto vanum censi debet; qua de re conf. etiam Schneider I. c. I. p. 412.) II, 860. *moliam*, 965. (etiam Ver. Ven.) *solicitata*, III, 251. *medulis*, 476. *discesit*, 732. (etiam Ver. Ven.) *solicitae*, 877. *incomoda* etc.; quibus tamen neminem magnam vim tributurum puto, quum eadem Brix. I, 273. scribat *difert*, 724. *coligat*, 956. *imensum*, II, 689. *comunia*, III, 326. *comunibus*, 461. *imanis*, 670. *imortalis* et sic porro, atque omnino notum sit, quoties codices vel in iis locis, ubi de geminata consona omnino dubitari non possit, unam modo consonam ponant. Et haec quidem de orthographia hactenus.

Alterum vero, de quo dicere decrevi, est interpungendi ratio, quae et ipsa cum tot difficultatibus

fuit coniuncta, ut me omnibus in ea satisfactorum vix sperare possem. Si autem verum est, quod nemo facile negabit, iustam et idoneam verborum distinctionem ad singulos scriptorum locos recte intelligendos mirum quantum conferre, huic etiam rei diligentem operam navandam fuisse sponte apparet. Neutiquam enim in eo interpungendi modo, quam priores editores adhibuerunt, acquiescere, omnium minime vero Wakefieldianam distinguendi rationem haud mutatam servare licuit, quæ tantum abest, ut cognitionem sensus faciliorem reddat, ut lectorem innumeris et prorsus superfluis interpungendi notis impediat et perturbet. Quo viri, alias de Lucretio meritissimi, exemplo deterritus, et hanc sententiam sequutus, quam paucissima distinguendi signa, sed apto loco posita, optimam facere interpunctionem, si in contrarium potius incidissem vitium, et a viris doctis in distinguendo nimis parcus fuisse censerer, non esset, quod vehementer mirarer. Hoc tamen vituperium me auditurum non vereor; obstante vel ipsa scribendi singulasque sententias nectendi ratione, quam in Lucretii carmine deprehendimus, et quæ, quantumvis cupias et nitaris, paucis modo interpungendi notis contentum esse non patitur. Haec ipsa vero Lucretiana oratio, tot constructiones implicitæ et contortæ, tot periodi interruptæ et longe inferius demum continuatæ, tot sententiæ in parenthesi insertæ, tot insolentiores adeoque miræ transpositiones verborum, universa denique demonstrationum philosophicarum indoles et natura, hæc omnia propriam fere et novam efflagitant interpungendi rationem, eamque haud paucis difficultatibus impeditam; in qua restituenda si forte ut mihi ipsi, sic peritis etiam harum rerum iudicibus minus satisfecerim, ipsius rei difficultate fretus, mitiorem certe reprehensionem sperare audeo.

Ut denique et reliquam libelli dotem breviter at-

tingam; disputatiunculam de vita et carmine Lucretii, (quae plurima debet Eichstaedtii doctissimae his de rebus commentationi,) itemque conspectum codicum hucusque adhibitorum et praecipuarum editionum, cum brevissimo de iis iudicio coniunctum, et argumenta singulorum librorum, quae, ex Eichstaedtii editione descripta, in fronte carminis colligenda curavi, non prorsus superfluas accessiones iudicatum iri suspicor. Indices rerum et verborum subiungere si statim ab initio in animo habuissem, sane non opus fuisset, ut lectores tam saepe ad similes locos, vel antea explicatos, vel postea tractandos, respicere iuberem, interdum vero etiam res iam alibi expositas breviter repeterem; quae quidem omnia cum aliquo lectorum incommodo coniuncta esse non diffiteor. Sed quia instituti Teubneriani mos et consuetudo, adhuc in omnibus scriptorum antiquorum editionibus servata, indices excludere videbatur, ad eam, quam modo dixi, rationem confugiendum erat. Nunc vero quum commentarius paullo copiosior factus esset, Teubnerus, ut est honestissimo consilio et promptissima voluntate, brevem rerum in annotationibus occurrentium indicem me subiicere lubentissime est passus. Addendis in calce libri adiectis opus fuisse doleo; sed quum dies diem doceat, meliora quaedam aut certiora, inter scribendum mihi oblata, potius in Addendis reponere, quam prorsus reticere visum est. Accedit, quod opusculo, ut fit, sub manibus mihi excrescente, fines ab initio constitutos postea inscius fere latius protuli; quare nonnulla in prioribus libris consulto omissa, quorum similia in posterioribus libris non praeteriissem, constantis aequalitatis causa hic supplere consultius videbatur. Quae ut lectores, priusquam libro utantur, suis locis inserere vel notare velint, hoc est, quod humanissime rogo.

Restat, ut pauca quaedam vitia typographica in corrigendo praetermissa commemorem. Etsi enim in

singulis plagulis, priusquam prelo subiicerentur, perlegendis et a vitiis purgandis summa diligentia posita est, ut laude, collectioni Teubnerianae propterea undique tributa, haec etiam Lucretii editio digna videretur, tamen antiquior maxime orthographia, antequam typhotetae et primus mendarum typographicarum corrector ei assuefacti fuerant, in priores plagulas vitia quaedam, si hoc nomine dicenda sunt, induxit, quae, quamquam lector attentus ipse facile animadvertet et corrigit, hic tamen indicare nostrum duximus. Legas igitur I, 83. *olla*, 162. *Et mare*, 201. *quei*, 355. *clusa*, 372. *queidam*, 728. *humaneis*, 935. *puereis*, II, 134. *proxuma*, 909. *toteis*, III, 906. *urguer*, V, 714. *insere comma post Est etiam*, 970. et 1416. *lege frundibus*, VI, 136. *frundes*, 612. *adde comma post volanteis*, 811. *lege exspiret*, 987. *Nam*, 1072. *olivom*. Alios quosdam errores iam in commentario correximus.

Sic igitur hoc quaecunque opusculum in publicum emittimus bonis cum votis, ut consilium, quo susceptum est, assequatur, iisque, quibus destinavimus, speratam utilitatem afferat. Viros doctos vero, publice fortasse de eo iudicaturos, ut difficultates, quibuscum coniunctum fuit, probe considerent et perpendant, enixe rogamus; quod qui fecerint, hos de pluribus, quae in eo desiderari et reprehendi possint, mihi ipsi neutiquam ignoratis, lenius atque benignius iudicium laturos, confidenter sperare posse mihi videor. Lucretii editionem omnibus numeris absolutam quum principes in hoc literarum genere viri in lucem emittere aut cunctentur, aut aliis negotiis distracti nequeant, etiam minus docto et perito in hoc opere vires exercere licitum putavi, ut pro facultate sua aliquid certe ad literarum utilitatem et incrementum conferat. Hoc autem periculum meum si viris doctis non prorsus improbatum fuerit, serius for-



tasse, si codicum Florentiae asservatorum collationes acquirere mihi contigerit, aliam eamque maiorem Lucretii editionem, in nova recensione critica fundatam, curare non displicebit; quousque me ipsum et studia mea literarum cultoribus bene commendata cupio.

Scr. Lipsiae d. XVIII. m. Maii MDCCCXXVIII.

---

DE  
**TITI LUCRETII CARI**  
VITA ET CARMINE.

---

**D**e vita Lucretii perpauca tantum novimus, neque haec pro certis et indubitatis affirmari possunt. Romanum se fuisse Lucretius ipse profitetur, quum I, 42. Romam patriam nuncupet, itemque I, 831. et III, 261. de lingua Latina utpote de sua et patria loquatur; praeterea vero de natalibus et morte eius unus Eusebius in Chronico hoc refert, eum Olymp. CLXXI, 2., i. e., si veram temporum rationem sequimur, a. V. C. 659. seu 95. ante Chr. n. <sup>1)</sup> lucem vidisse, „postea

---

1) Sic annum, quo natus sit, recte constituunt Bayle in Dictionnaire historique et critique II. p. 1803. ed. Roterod. Saxius in Onomast. I. p. 145. Fabricius in Bibl. Lat. I. p. 74. Creechius in Praef. ad Lucretium p. 15. Eichstaedt. in Diss. de Lucretii vita et carm. p. LV. Schaaff Encyclop. d. class. Alterthumsk. I. p. 151. Fuhrmann Handbuch d. class. Lit. d. Röm. III. p. 153. et in Anleitung zur Gesch. d. class. Lit. d. Röm. p. 153. Matthiae Grundr. d. Gesch. d. gr. u. röm. Litt. p. 155. Wachler Lehrb. d. Litteraturgesch. p. 63. aliique. — Lambinus vero annum Eusebii falso dicit fuisse a. V. C. 657. Cn. Domitio Ahenobarbo et Cn. Cassio Longino Coss. (qui potius 658. Consules fuerunt,) et Gifanius annum 658. sumit, cui L. Licinium Crassum et Q. Mucium Scaevolam Consules assignat, qui vere demum a. 659. civitati praefuerunt. Brietii autem (de poëtis Lat. p. 9.) sententia,

vero, amatorio poculo in furorem versum<sup>2)</sup>, quum aliquot libros per intervalla insaniae conscripsisset, quos postea Cicero emendaverit, propria se manu interfecisse anno aetatis quadragesimo quarto.<sup>3)</sup> Donatus vero, vel quisquis antiquam illam Virgiliti vitam scripsit (p. II. ed. Burm.), eo die, quo Virgilius togam virilem sumserit, i. e. a. V. C. 699. sive 55. a. Chr. n., eum obiisse dicit. Haec sunt, quae antiquiores scriptores de Lucretii vita nobis referunt. Et de anno quidem, quo in lucem editus sit, non est, ut dubitemus, quum non solum ex ipso carmine, ut infra videbimus, sed etiam e testimoniis veterum, eum Ciceronis et Catulli aequallem, illo tamen aliquot annis minorem, hoc aliquot maiorem fuisse, satis manifestum sit<sup>4)</sup>. De mortis

---

natum esse Lucretium a. V. C. 543., mortuum a. 584., vix digna est, quae commemoretur.

2) Pomponius Sabinus ad Virg. Geo. III, 202. eum hippomanem bibisse tradit; quam potionem ex aliorum opinione prorsus incerta, qui locum quendam Hieronymi (epist. dissuasor. ad Rufin. c. 22. T. XI. p. 245. ed. Veron.) ad Lucretii vitam trahunt, Lucilia, sive uxor, sive amica, ipsi porrexit, non quo ei mentem vel vitam ipsam adimeret, sed maiorem et fervidiorum sui amorem instillaret. (Conf. etiam Eichstaedt. l. c. nota 18.)

3) i. e. Olymp. CLXXXII, 2., sive a. V. C. 703., ante Christum 51. (Conf. Eusebii Chron. fol. 77. ed. Steph. Paris. 1512.) — Lambin. et Gifan. ex arbitraria, ut solent, coniectura Lucretium a. V. C. 701. Cn. Pompeio Magno III. et Q. Caecilio Metello Pio Coss. (qui potius esset a. 702.) mortuum dicunt. Nescio, quibus argumentis alia nitatur opinio, poetam nostrum iam Olymp. CLXXVII, 3., sive a. V. C. 684. e vita discessisse.

4) Cicero enim, iam quinquaginta annos natus, iudicavit Lucretii carmina, haud dubie nuperrime demum in publicum edita, in epist. ad Quintum fr. II, 11. (Vide infra p. XXXVIII.), Catullus autem (quem etiam Corn. Nepos in Attico c. 12. et Velleius Patern. II, 36. Lucretio aequallem adiunxerunt, ita tamen ut post eum nominarent,) in senioribus certe carminibus suis Lucretii libros iam ante oculos habuisse et hic ibi ex iis hausisse videtur. (Conf. Diss. mea de Lucr. p. 114. not. 71.)

vero tempore utrum Eusebio, an vitae Virgilianae auctori, an neutri credendum sit, nisi novi detegantur fontes historici, vix unquam decerni poterit. Genus autem mortis, quo periisse ab Eusebio perhibetur, non minus, quam narratio illa de Cicerone, carminum eius emendatore (ad quam infra revertemur), commentum videtur, fictum fortasse ab adversariis philosophiae Epicureae, qui hunc vitae exitum principiis et dogmatibus in ipso opere propositis optime respondere censerent. De parentibus denique et familia eius, ut de reliquo vitae curriculo, nihil prorsus compertum habemus; de quibus quae Lambinus aliique nobis tradunt, in coniecturis modo lubricis et incertis vagantur<sup>5</sup>).

Certiora quaedam de tempore, quo Lucretius carmen suum in publicum emisit, proferri possunt; quam rem quum in Diss. mea de Lucretio nota 75.

---

5) Sic v. c. Lambinus suspicatur, Lucretium nostrum, ordine equestri contentum, e familia Vespillonum aut Ofellarum fuisse, fortasse Q. Lucretii Vespillonis apud Cic. Brut. c. 48., vel alius Q. Lucretii Vespillonis apud Cic. ad Att. VIII, 4. atque Caes. B. C. I, 18. et III, 7. [quibus Eichstaedt. l. l. nota 11. tertium addit Q. Lucretium Vespillonem, ab Appiano B. C. IV, 44. et Val. Max. VI, 7, 2. commemoratum], vel etiam Q. Lucretii Ofellae in Ciceronis Brut. l. c. nominati (cuius etiam Liv. Epit. 88. 89. et Appian. B. C. I, 88. 94. 101. fit mentio) fratrem germanum aut patruelem; ut igitur duobus cognomentis aut T. Lucretius Vespillo Carus, aut T. Lucretius Ofella Carus appellaretur. Hoc autem Cari cognomen Lambinus nostro „vel propter ingenii magnitudinem et praestantiam, vel propter morum suavitatem et comitatem, vel propter aliquid tale accessisse“ putat. Sed alios etiam, etsi non permultos, eosque homines ignobiles et obscuros, hoc cognomen gessisse, docent Ovid. Trist. III, 5, 17 s. ex Pont. IV, 13, 2. 39. IV, 16, 7. Martial. IX, 24. 25. XII, 25. Auson. Epitaph. XXXVII, 2. et plures inscriptiones. (Vid. Gruteri Index p. CXLVI. s. v. Carus.) Idem denique Lambinus Lucretium, Athenas profectum, philosophiam Epicuri a Zenone et Phaedro, scholae illius hoc tempore magistris celeberrimis, didicisse arbitratur; quae omnes vanae sunt coniecturae, nulli fundamento historico innitentes.

iam tractaverim, quae ibi scripserim, liceat mihi paululum mutata hic repetere. „Epistola Ciceronis ad Quintum fratrem II, 11., qua de Lucretii carmine iudicium tulit, scripta est aut a. V. C. 698., (ut Manutius censet), aut mense Ianuario a. 699. (quemadmodum Schützius statuit in edit. Epistt. Cic. temporis ordine dispos. T. II. p. 163.). Iam vero quum, si dudum iam in lucem editum fuisset Lucretii carmen, quod attentam omnium mentem in se converteret necesse erat, non appareret, cur nunc demum Cicero sententiam suam de opere illo cum fratre communicaret, illo quidem tempore Lucretii carmina nondum diu cognita fuisse patet. Nec tamen eodem ipso anno, quo Cicero eorum mentionem fecit, a Lucretio edita esse potuerunt. Nam quum Sosiorum similiumque hominum tabernae tum nondum paterent, e quibus quemvis librum in lucem editum cupidi legendi statim sibi parare possent, oportet tempus aliquod intercessisse, antequam carmen nostrum, Memmio <sup>6)</sup> proprie dicatum, et propterea cum aliis haud dubie non illico communicatum, pluribus exemplis describeretur, ut a Q. Cicerone legi et super eo fratris sententia rogari posset. Quintus autem m. Maio a. 697. e Sardinia, in quam legatus rei frumentariae causa a Pompeio missus erat, redierat Romam (Cic. ad eum Epp. II, 1 — 7. coll. cum Epp. ad Div. I, 9.) atque inde statim in villam aliquam, ut videtur, literis vacaturus discesserat (Cic. ad Q. Fr. II, 8 — 12.); Marcus vero, ab exilio revocatus, pridie Non. Sept. a. 697. Romam reversus erat. Quare videant viri docti, an coniecturam meam probare possint, Lucretii carmina circiter priori anni 697. semestri, ergo inter ipsas turbas et periculosas machinationes a Clo-

---

6) De quo conf. Diss. mea comm. not. 15. coll. cum emendatione numerorum quorundam in annott. ad I, 27. proposita.

dio excitatas, quum Cicero in exilio versaretur, et Iulius Caesar in Gallia bellum gerere iam coepisset, in lucem emissa esse; cui opinioni favere videatur ipse Lucretius in exordio carminis sui, ubi, postquam v. 30 ss. Venerem precibus invocavit, ut Martem placando pacem Romanis conciliaret, v. 42 — 44. sic pergit:

Nam neque nos agere hoc patriâ tem-  
pore iniquo

Possumus aequo animo, nec Memmi cla-  
ra propago

Talibus in rebus communi dêsse  
saluti;

quae, cum Ciceronis loco comparata, ad aliud tempus vix quadrant.“

De fontibus, e quibus Lucretius hauserit, dubitari non potest. Fuerunt haec Epicuri ipsius <sup>7)</sup> aliorumque Epicureorum scripta, in quorum placitis carmine didactico tradendis noster Empedoclis celeberrimum *περὶ φύσεως* carmen, ab ipso ingente laude celebratum, (conf. I, 717 — 734.) exemplum sibi sumsit egregium, quod ita aemulatus est, ut simul quae Romani sui non in scenico, sed in severiori poëseos genere, ut historico et didactico, praestiterint, inprimis Ennii carmina <sup>8)</sup>, quantum in dissimili argumento fieri posset, imitari non negligeret. Undecunque ve-

7) Etsi tam pauca modo Epicuri ipsius fragmenta, et e voluminibus Herculan. a Rosinio edita, et a Diog. Laërtio servata, pauciora etiam Empedoclis supersunt, cum illis tamen plures Lucretii loci comparari possunt, quos, ne quid desit, in Addendis indicavi. In ipsis enim annotationibus, quum ab initio minus amplum volumen spectarem, eiusmodi comparationes, magis ad res tractatas, quam ad orationem pertinentes, omisi.

8) Conf. v. c. annotata ad I, 1. 3. 116. 121. 134. 231. 944. 1014. 1089. II, 162. 369. 408. 593. 999. 1094. III, 222. 541. 1038. 1048. 1073. IV, 214. 406. V, 277. 1441. VI, 129. 357. etc.

ro Lucretius carminis sui tractandi rationem et eloquendi modum sumserit, ipsum certe in formulis et dictionibus vocibusque minus tritis, quid, quod interdum integris fere versibus? multi scriptores seriores, poëtae saltem, expilarunt; e quorum numero, iam a Catullo, ut videtur, incipiente<sup>9)</sup>, inprimis nominandi sunt Virgilius<sup>10)</sup>, Manilius, Tacitus, Ausonius, Claudianus, Iuvenus et Arnobius<sup>11)</sup>.

Iam vero quum non sit huius loci, insignes carminis Lucretiani virtutes, ab aliis iam satis declaratas<sup>12)</sup>, denuo explanare, vel auctorem a variis reprehensionibus, in quas immerito incurrit, defendere, de opinionibus quibusdam dicendum restat, quas viri docti de fatiis, quae hoc carmen perperessum sit, temere protulerunt; in quibus refutandis quum doctissime et accuratissime versata sit Eichstaedtii, Viri Illustris, sagacitas, vix aliud mihi superest, quam ut argumenta a Viro Celeberrimo adhibita in brevius contracta repetam. Fuerunt enim, qui e Varronis L. L. IV. p. 7. Bip. verbis: „Lucretius suorum unius et viginti librorum initium fecit hoc: *Aetheris et terrae genitabile quaerere tempus*“ carmen nostrum olim pluribus, quam sex, libris constituisse concluderent<sup>13)</sup>. At in hoc Varronis loco iam Auson. Popma

9) Conf. Diss. mea de Lucretii carmine not. 71.

10) Vid. Praefationem p. X.

11) Conf. Eichstaedt. l. l. p. LXXVIII. not. 34. et Wakefieldus passim in commentario, ubi plures horum scriptorum loci simillimi comparantur, quos in Indice critico sub nominibus eorum collectos videbis.

12) Conf. Diss. mea modo comm. nota 1.

13) Ut Lil. Gyrardus dial. IV. de poëtis, Opp. T. II. p. 197. et Casp. Barthius Adverss. LII, 4. Eichstaedt. p. LXV. not. 24. addit: „Suspicati sunt alii, Lucretium praeter sex de Rerum Natura libros scripsisse opus *Caussarum naturalium*, falsi illi prava lectione loci Ovidiani Trist. II, 425. *Explicat ut caussas rapidi Lucretius ignis, Casurumque triplex vaticinat*

(de usu ant. locut. L. I. p. 585. ed. Richter.) et Lambinus pro Lucretio Lucilii nomen reponendum censuerunt, quod Eichstaedtius (l. c. p. LXV.) et Osannus (Anal. crit. p. 174.) recte probarunt, quum Lucretii et Lucilii nomina in Grammaticorum scriptis saepius confundantur<sup>14)</sup>. Quae autem opinioni illi adversantur, sunt haec: Primum vix credibile est, Varronem, viginti minimum annis Lucretio maiorem, ab hoc testimonium sumsisse, quum, quo tempore Varro libros suos de Lingua Latina ederet, Lucretii carmen vix inchoatum fuisse videatur. Tum etiam, quod gravius est, non apparet, ex quam parte operis libri illi, temporum iniuria deperditi, exciderint. Librum enim, qui hodie primus inscribatur, vere primum esse (ideoque versum illum apud Varronem non principium fuisse Lucretiani carminis), non solum Veneris invocatio carminisque dedicatio, et ipsum libri, de rerum primordiis exponentis, argumentum, sed ipsius etiam Lucretii aliorumque scriptorum testimonia evincunt. Lucretius enim L. VI. v. 937 s. dicit:

*Nunc omnes repetam quam raro corpore  
sint res*

*Commemorare, quod in primo quoque carmine claret,*

respiciens libri primi v. 266 ss., inprimis v. 330 ss. et v. 347 ss.; Ovidius autem Trist. II, 261. verbis „*Sumserit, Aeneadam genetrix ubi prima*“ nihil aliud vult, quam: Si matrona in manus sumserit Lu-

---

*natur opus*; ubi perperam Ios. Scaliger *Caussarum* reponebat. Respexit Ovidius Lucretii versus de conflagratione mundi, V, 93 ss., firmatque illam lectionem Peto Albinovanus v. 361. *Ecce! necem intentant coelo, terraeque, fretoque, Casurumque triplex vaticinantur opus*; quo in loco *intentant* Bentleii est emendatio; a Wakefieldo prodita, pro vulgato *intentam*.“

14) Vid. Diss. mea comm. nota 42. Idemque iam vidit Avancius, qui conferendus in Praef. ad Ald. 1.



cretium, cuius carmen more veterum primis vocibus denotatur <sup>15)</sup>; pariterque Priscianus VII, 3, 9. (p. 731. P.) verba *Aeneadum genetrix* etc. primum declarat Lucretiani carminis versum. Porro etiam de libro, qui vere carminis extremus fuerit, Lucretius ipse nos dubitare non sinit. „Quando enim (ipsis Eichstaedtii verbis utar) l. VI. v. 92. „supremae „praescripta ad candida callis currere se affirmat, et Musam huius spatii exposcit ducem; quid „aliud significat, quam librum sextum totius operis a „se suscepti esse fastigium, et velut extremam laboris „metam, ad quam posteaquam devenerit, se, ut ludorum Circensium victores, qui spatium feliciter decurrissent, coronam summa omnium cum laude et „plausu esse consequuturum?“ Hoc unum ergo relinquitur, ut aliquis intermedios quosdam libros ex eorum, qui adhuc supersint, serie excidisse et interiisse suspicetur. Quod item sumere non licet. Ut enim non urgeam Eichstaedtii argumentum, „in his sex libris Epicuri totam doctrinam, quae quidem ad naturae et animi explicationem, sive ad physica et psychologica pertineat, sic absolvi, ut etiam de philosophia morum passim admixta quaedam reperiantur;“ Lucretius ipse clara voce reclamatur, qui in libri IV. exordio v. 26 — 45. breviter repetit trium priorum librorum argumenta, pariterque in principio libri V. v. 56 — 64. summam eorum, quae in duobus proxime praecedentibus docuerat, et libri VI. v. 43 — 46. item res primarias in libro V. expositas lectori in mentem revocat; ut igitur interpositi inter hos VI libros arte cohaerentes alii excidisse nequeant. Quod argumentum mihi tam in propinquo situm tamque validum videtur, ut, quidni ab Eichstaedtio iam prolatum sit, non perspiciam. Accedit denique, quod veteres Gramma-

---

15) Conf. Eichstaedt. p. LXVIII. nota 27.

tici aliique scriptores antiqui, testimoniis e Lucretio petitis, ut in commentario videbimus, lubentissime utentes, nullum eius librum ultra sextum commemorant, quamvis numeros librorum, unde locos allatos sumserint, saepissime adiungant, eosque hodiernis librorum numeris prorsus congruentes. Aliquot autem versus ab iis laudari, qui in sex libris nobis servatis non inveniuntur, hoc opinioni illi nihil ponderis affert, quum idem aliis quoque scriptoribus acciderit, quorum libros aliquos interiisse nemo suspicetur <sup>16</sup>). Quibus omnibus sententiam de libris nonnullis Lucretii deperditis satis superque refutatam censemus.

Alterum vero, quod refellendum puto, Eusebii illud est commentum, Lucretii carmina a Cicerone esse limata atque emendata; quod qui verum habeat, aut Ciceronem, aut Lucretii carmen ignoret necesse est. Quis enim probabile censebit, Ciceronem, acerrimum scholae Epicureae adversarium, aucta horum carminum suavitate et elegantia cives suos eo magis ad legenda et amplectenda Epicuri dogmata allecturum fuisse? quis Ciceronem, etiamsi voluisset, id potuisse probabit, quem omnia alia potius fuisse, quam poetam, neminem lateat? quis porro, quum Ciceronem de se ipso studiisque suis satis magnifice sensisse, et quavis occasione oblata merita sua quum in civitatem tum in literas non mediocriter praedicasse constet, hunc virum de opera, Lucretii carminibus navata, in loco illo epistolarum ad Quintum fratrem, vel si serius curam iis impenderit, (quod sane statuendum putarem, si omnino hac de re cogitare liceret,) in aliis libris serius scriptis prorsus reticuisse, credibile habebit <sup>17</sup>)? qui denique factum, ut aequales omnes vel

16) Conf. Diss. meae de Lucr. sectio III. p. 75—89., ubi plures eiusmodi locos e duplici operis recensione deducere studui.

17) Hoc argumentum imprimis urgent Meineckius in

proximorum temporum scriptores hanc rem, memoratu dignissimam, alto silentio praetermitterent?

Iam vero quamvis Eusebii narratio de Cicerone, Lucretii emendatore, probari nequeat, tamen, ut omnibus fere eiusmodi fabulis, sic et huic aliquid certe veri inesse videtur; qua observatione rem eo deductam video, ut denique duae recentiores coniecturae commemorandae sint, ab Ill. Eichstaedio et a me ipso propositae, quarum utraque duplicem huius carminis recensionem statuit, ita tamen, ut de indole eius et ratione haec ab illa prorsus dissentiat. Eichstaedtius enim in Comment. sua p. LXXVII ss. hoc probare studet, „duas olim Lucretiani carminis recensiones „fuisse, quarum altera illud exhiberet, prout de manu „auctoris exisset, inchoatum et rude, altera limatum „a nescio quo multisque locis politum, non item con- „stanti et pertinaci studio perpolitum; et hanc poste- „riorem recensionem ad nostram aetatem propagatam „esse, ita tamen, prioris ut non omnia oblitterata vi- „deantur vestigia.“ Hanc vero opinionem ego in Diss. mea de *T. Lucretii Cari carmine a scriptore senioris aetatis denuo pertractato* (Lips. 1824. 8.) pluribus de causis impugnandam censui, qui potius variis argumentis, quae hic repetere longum foret, demonstrare conatus sum, „hanc alteram Lucretiani carminis editionem non tam a meliore et elegantiore poeta, quam

---

Diss. de Lucretio versioni suae praefixa p. 21. et Eichstaedtius in Comm. saepius laud. p. LXXXIV.; atque Meineckius quidem etiam in annott. ad VI, 395 ss. rectissime, puto, observat: „Eine dieser sehr ähnliche Stelle steht im Cicero de div. II, 19., die es fast wahrscheinlich macht, dass Cicero den Lukrez dabey vor Augen gehabt, oder sich wenigstens dieser Stelle aus einer flüchtigen Lectüre erinnert habe. Hätte er selbst etwas an diesem Dichter gefeilt: so hätte er vermuthlich die Verse hier wörtlich angeführt, und bey dieser Gelegenheit seiner Verdienste um den Dichter rühmlich erwähnt.“

potius ab homine a poësi prorsus alieno, sed philosophiae Epicureae deditissimo, qui corruperit magis, quam emendaverit Lucretium, circiter post medium seculum a Chr. nato secundum, aut tertio eius quadrante, Antonino Philosopho imperatore, perfectam esse.“ Quae quidem suspicio etiamnum mihi tam probabilis videtur, ut virorum doctorum examini rursus eam commendatam velim; quamquam in Dissertatione illa, si iam iterum edenda esset, singula quaedam mihi retractanda fore non diffiteor.

His denique subiungam ipsorum veterum scriptorum de Lucretio testimonia.

Cicero ad Quint. Fr. II, 11.

Lucretii poëmata, ut scribis, ita sunt: non multis luminibus ingenii, multae tamen artis<sup>18</sup>).

Corn. Nepos in Attico c. 12.

Idem L. Iulium Calidum, quem post Lucretii Catullique mortem multo elegantissimum poëtam nostram tulisse aetatem vere videor posse contendere, — in proscriptorum numerum — relatum, expedit.

Vitruvius de architect. IX, 3.

Item plures, qui literarum iucunditatibus instructas habent mentes, post nostram memoriam nascentes, cum Lucretio videbuntur velut coram de Rerum Natura disputare.

---

18) Sic enim mihi cum Ernestio legendum videtur, quam rationem Eichstaedtius (quem vide in Comm. laud. p. LXXXVI ss.) Schützius, Nobbius alique probarunt. Vulgo non omittitur. Victorius voluit: *non ita sunt multis* etc., Faber coni.: *non lita sunt*, Lambinus, ut solet, satis audacter: *ita sunt: multis ingenii luminibus tincta; multae tamen etiam artis.*

Ovidius Amor. I, 15, 23.

Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucretii,  
Exitio terras quum dabit una dies.

Idem Trist. II, 425.

Explicat ut causas rapidi Lucretius ignis,  
Casurumque triplex vaticinatur opus <sup>19</sup>).

Propertius II, 25, 29.

Aut quid Lucretii tibi prosunt carmina lecta?  
Nil iuvat in magno vester amore senex.

Velleius Patere. II, 36.

Quis enim ignorat, — floruisse hoc tempore —  
auctores carminum Varronem et Lucretium, neque  
ullo in suscepti operis forma minorem Catullum <sup>20</sup>).

Quintilianus Inst. Or. I, 4.

Nec ignara philosophiae [grammaticae potest esse  
perfecta], quum propter plurimos in omnibus fere car-  
minibus locos ex intima quaestionum naturalium sub-  
tilitate repetitos, tum vel propter Empedoclem in Grae-  
cis, Varronem ac Lucretium in Latinis; qui praecepta  
sapientiae versibus tradiderunt.

Idem ibidem X, 1.

Nam Macer et Lucretius legendi quidem, sed non  
ut phrasin, id est corpus eloquentiae, faciant: elegan-  
tes in sua quisque materia, sed alter humilis, alter  
difficilis.

19) Conf. supra notam 13.

20) Sic hunc locum emendavit Marklandus (pro vulga-  
ri *operis sui carmine*), quam correctionem, a Ruhnkenio  
(Epist. Crit. p. 201.) et Eichstaedtio (Comm. de Lucretio  
nota 7.) probatam, in contextum receperunt Krausius  
et Cludius. Wakefieldus in Testimoniis coni. *stamine*.

**Tacitus dial. de oratt. c. 23.**

Neminem nominabo, genus hominum signasse contentus, qui Lucilium pro Horatio, et Lucretium pro Virgilio legunt.

**Stattus sylv. II, 7, 76.**

**Cedet Musa rudis ferocis Ennii,  
Et docti furor arduus Lucretii.**

**Gellius Noct. Att. I, 21.**

Non enim primus finxit hoc verbum [amaror] Virgilius insolenter: sed in carminibus Lucretii inventum est: nec est aspernatus auctoritatem poëtae ingenio et facundia praecellentis. — Non verba autem sola, sed versus prope totos et locos quoque Lucretii plurimos sectatum esse Virgilium videmus <sup>21</sup>).

**Serenus Sammonicus de med. v. 610.**

**Irrita coniugii sterilis si munera languent,  
Nec subolis spes est, multos iam vana per annos;  
Femineo fiat vitio res, necne silebo:**

**Hoc poterit quartus magni monstrare Lucretii.**

**Praeterea etiam Seneca de tranquill. animi c. 2. idemque in Epist. 95. et 110., et Plinius Epist. IV, 18. Lucretii, nec laudati, nec reprehensi, meminerunt.**

---

21) Hoc testimonium, iam ab Havercampo aliisque prolatum, nescio cur Wakef. omiserit.

---

# BREVIS CONSPECTUS

## CODICUM AB EDITORIBUS ADHIBITORUM ET EDITIONUM MEMORATU DIGNISSIMARUM.

---

### A) CODICES.

Quum ceteri editores aut libris Mss. non usi sint, aut eos commemorare neglexerint, hic non nisi de Pii, Lambini, Havercampi, Alteri et Wakefieldi Codicibus sermo institui potest.

Et Bapt. Pius quidem tres (vel quatuor) Codices nactus est, quorum tamen nomina tantum afferre licet, *Venetum*, Hermolai cuiusdam, *Romanum Pomponii*, (eundem haud dubie, cum quo collatum erat exemplum edit. Veron., cuius Havercampo copia facta <sup>1)</sup>) et *Mantuanum*, „non omnino malum,“ ut ipse dicit, quem vir quidam gentis Strotiorum possidebat. Praeter hos commemorat etiam „*Codri*, Grammatici Bononiensis, Codicem,“ qui scriptus liber, an veteris cuiusdam editionis exemplar fuerit, (quod mihi quidem probabilius videtur,) non liquet. De virtute singulorum horum Codicum, quos Pius in Commentario nusquam nominatim afferre soleat, nihil prorsus definiiri potest; quamvis omnes non pessimae notae fuisse videantur.

---

1) Conf. infra nota 9.

Dion. Lambinus quinque Codices adhibuit, *Romae tres, Vaticanum, Faërnianum* (Gabrielis Faërne) et *Tettianum* (Scipionis Tettii), *Lutetiae* autem duos, *Memmianum* et *Bertinianum*, quem postremum, e coenobio D. Bertini in oppido D. Odomari, non longe a Morinis sito, Lutetiam missum, non ipse inspexit, sed a Turnebo cum vetere aliqua editione collatum in suam rem convertit. Ceterum de forma externa et aetate horum librorum nihil memoriae prodidit; de indole vero et bonitate, qua singuli inter se differant, vel alter alteri praestet, e paucis illis locis, ubi Lambinus Codicum lectiones accurate indicat, certum iudicium ferri nequit.

Sigeb. Havercampus duos Codices ipse inspexit, et aliorum duorum collationibus usus est. Illi sunt Codices *Lugdunenses*, ex Isaaci Vossii scriniis in bibliothecam academicam Lugduni Bat. translatis, omnium, qui adhuc collati sunt, Lucretii Codicum antiquissimi et optimi, de quibus Havercampus in Praefatione haec refert: „Uterque membranaceus et vetustissimus; alter quidem maiori forma, in folio, ut vulgo vocant, alter in quarto, sed maiore, et quidem per columnas ita scriptus, ut antiquissima quidem scriptura nonnunquam immutata fuerit, sed superscripta modo recentiore, imo vel ipsae literae, quae viderentur superfluae vel vitiosae esse in antiquiore (unde et hic expressus erat) libro, non sublatae, sed punctulo notatae essent; ut ita permagni sit aestimandus et fidum eiusdem nobis fuerit ministerium.“ Accuratior de tempore, quo scripti videantur, et de literarum forma, qua exarati sint, narrationem aegre desideramus<sup>2)</sup>. — Non suis oculis vidit Havercampus Co-

---

2) Collatione horum Codd., sed manca et negligenter facta, iam auctor edit. Londinensis a. 1712. apud I. Tonson. in variis lectionibus calci adiectis usus est.



dicem *Bodleianum*, Oxonii asservatum, cuius novam et accuratam collationem ei suppeditavit Herm. Sam. Reimarus, atque *Gottorpiensem*. Et *Bodleianus* quidem admodum recens est et omnium fere mendosissimus, quem tamen Haverc. censet „archetypa habuisse minus mendosa, quoniam eum in reconditis magis lectionibus saepius cum suis Lugd. Bat. conspirare animadverterit <sup>3</sup>).“ *Gottorpiensis* vero Codicis, optimi et antiquissimi, (quum aetatem octingentorum vel nongentorum annorum attigerit,) membranae, iam antea lacerae, siquidem cum v. 454. secundi libri desiderant, per bellicas turbas iam diu interierunt, ita tamen, ut duae certe earum collationes servatae sint inter Vossianos et Gudianos thesauros, quarum utraque Havercampus usus est <sup>4</sup>).

Franc. Car. Alter Lucretium edidit ad Codicem in bibliotheca Caesarea *Vindobonensi* asservatum, membranaceum, seculo XV. nitidissime scriptum, sed vitiis innumeris refertum; quem tamen ex archetypo satis antiquo descriptum puto. Idem discrepantes lectiones alius Codicis ibidem repositi affert, qui in principio seculi XIV. exaratus videtur, et inter alia Lucretii quoque fragmenta quaedam, e libris II. (v. 660—1175.?) III. (v. 1—614.?) et VI. (v. 741—1285.) petita, continet <sup>5</sup>).

3) Huius quoque Codicis collationem habuit editor Londinensis, et post eum Creechius, uterque vero nec perpetuam nec accuratam. Wakefieldus queritur de inhumanissimis bibliothecae Bodleianae legibus, quae liberam illius tractationem ipsi haud permisissent; quod tamen in hoc libro non optimae notae facilius ferri potuisset.

4) Vossii collatio invenitur in bibliotheca Lugd. Bat., Gudiana vero, ad edit. Raphelengii facta, in bibliotheca Guelpherbitana.

5) Negligentiam et imperitiam huius collatoris Vindobonensis, quae sane votum excitant, ut codices illi aliquando denuo et accuratius conferantur, Wakefieldus satis severe castigat.

Gilb. Wakefieldo denique hi Codices ad manum erant, de quibus ipsius verbis utar: „*Cantabrigiensis*, chartaceus, in folio, nitidissimus, vetustus et optimaе notae, quum solus castigatissimis et antiquissimis exemplaribus saepiuscule consentiat <sup>6)</sup>); tres libri *Mss. Musei Britannici*, primus forma minima, membranaceus, pulchre scriptus, seculi XV.; alter aetatis eiusdem cum priore, chartaceus, in quarto, qui deficit tamen cum v. 232. libri VI., et quamquam scatet erroribus scriptionis plurimis, orthographiae vetustioris prae ceteris omnibus tenacissimus videtur <sup>7)</sup>); tertius chartaceus et forma simili, sed seculi sequentis, recentior igitur, quam cui, reliquis dissentientibus, tuto confidi possit, nec tamen omnino fructu suo carens; denique quintus, ab Eduardo *Poorio* ipsi communicatus, a recentiore quidem manu exaratus, sed, quum cuiusvis impressi typis libri non sit apographon, sed Codicem quendam Ms. certissime in exemplar habuerit, non spernendae auctoritatis.“

## B) EDITIONES.

1. Editio princeps, fol. s. l. et a. (sed *Brixiae*, fortasse a. 1473. in lucem emissa) per *Thomam Ferandum*, typis Romanis, sine titulo, sign. cust. et pagg., 106. foliis impressa <sup>8)</sup>).

6) Hunc tamen *Cantabrigiensem* aliquoties sibi negligentius inspectum esse, Wakefieldus ipse profitetur ad II, 502.

7) Quum ex his orthographiae antiquissimae vestigiis, tum ex aliis vitiis huius codicis tam miris, ut, librarium imperitum in exemplo a se describendo quid vetustae formulae scribendive compendia sibi vellent divinare non potuisse, clare ostendere videantur, hunc *Britannicum* 2. e membranis admodum vetustis descriptum esse colligimus.

8) Editionem principem, e codice optimo typis exscriptam, sed rarissimam et diu incognitam, primus in notitiam adduxit

2. Veronensis a. 1486. fol., charact. Latinis, sine titulo, cust. et pagg. numeris, cum signatura a — m, 94 foliis impressa. In fine editionis quatuor versibus leguntur verba: *Paulus hunc impressit fridenberger in uerona Qui genitus est in Patavia (Passavii) alae magnae (Alemanniae) Ab incarnatione christi MCCCCLXXXVI. Die uigesimo octavo septembris calen. octobris* <sup>9</sup>).

Boni Lettere II. p. LXXVIII s. Conf. etiam Panzer T. IV. p. 263. et Eichstaedtii Progr.: Principem Lucretii editionem Brixiensem exstare confirmatur. Ienae 1808. fol.

9) Hanc quoque editionem e codice antiquo, sed vitiosiore, ad singulas literas descriptam esse patet; quare longe minoris est pretii, quam Brixiensis. Havercampus exemplo eius usus est in biblioth. Ultraiect. reposito, cum duobus vel tribus libris Mss. collato, cuius in calce adscriptum erat: *Castigatus fuit hic Codex cum Codice Pomponiano a Sebastiano Priolo, Protonotario Apost. ac S. D. N. Referendario ac Secretario: nec non a Francisco Cerrito Parmensi. — Romae, m. Octobris 1492. anno primo Pontif. Alex. VI.* Has varietates marginales, ab Io. Arentzenio sibi descriptas, Haverc. in varr. lectt. indicavit. — Mihi, ut iam dixi, ad manus fuit exemplar *Dresdense*, quod et ipsum in margine habet varias lectiones e pluribus libris (ut Ill. Ebertus in *Gesch. u. Beschreib. der kön. Biblioth. zu Dresden* p. 289. narrat, per Theodoricum a Werther, virum doctum eiusdem fere temporis, ut mihi vero videtur, non omnes eodem tempore et eadem manu) adscriptas. In his aperte habemus editionis principis collationem, usque ad finem libri IV. continuatam, quae in Gerardi collatione, non ubivis accurata, iudicanda et emendanda magnae mihi fuit utilitati. Ceterae varietates, quae magnam partem cum Cod. Cantabrigiensis, Iuntinae et Aldinae 2. lectionibus conspirant, nisi forte et coniecturas possessoris continent, ex pluribus libris Mss. nondum collatis, sed minoris pretii, petita videntur.

Veronensem in editionum catalogis vulgo haec sequitur: *Lucretii Opera, cum comment. Omniboni Leonicensi. Mediolani, per Uldericum Scinzenzeler, 1491. fol.* (secundum Maittaire. Ind. II. p. 35. et Panzer T. II. p. 65.); de qua Celeberr. Ebertus, fautor sommopere colendus, in literis ad me datis haec scripsit: „*Die Mediolanensis von 1491 halte ich auf jeden Fall für ein*

3. Veneta a. 1495. In titulo simpliciter legitur *Lucretius*, in fine autem: *Impressum Venetiis per theodorum de ragazonibus de asula dictum bresanum. Anno domini M. CCCC. LXXXV. Die. IIII. septembris. Registrum. a—q. Tuti sono quaderni excepto q. chi e quinterno. Continet 130 folia quadrata*<sup>10</sup>).

4. Aldina I., sic inscripta: *T. Lucretii Cari Libri sex nuper emendati. In fine: Hieronymi Avancii Veronensis ingenio et labore. Venetiis, accuratiss. Apud Aldum, mense Decem. M. D. Non licet sic alteri cuiquam sine multa, in Oris Venetis. a—n. Quaterniones omnes. n. ternione excepto. Constat ex 108 foliis quadratis*<sup>11</sup>).

*Unding. Ihre Existenz beruht einzig auf dem Zeugnisse des unsichern Orlandi, auf welchen sich Maittaire und Panzer beziehen. Ich habe sie in keinem einzigen Kataloge auffinden können, weiss auf keiner deutschen Bibliothek ein Exemplar von ihr, und habe sie daher als ein Nonens im Lexikon absichtlich ganz weggelassen. Bei der Arbeit am letzteren kommt es mir häufig vor, dass Katalogenverfertiger die Schlusschrift des angebundenen Buchs dem vordern gegeben und dadurch ganz neue und aller Welt unbekannte Ausgaben geschaffen haben. Orlandi hat mehrere dergleichen Sünden auf seinem Gewissen. Auch Dibdin in der Introduction to the knowledge of gr. and lat. classics T. II. p. 62. weiss nichts von der Mediolanensis; ebensowenig Beloe in den Anecdotes of scarce books und Dibdin's Bibliotheca Spenceriana.“*

10) A Veronensi non nisi vitiiis typographicis et paucissimis parumque felicibus correctoris, quem vocant, mutationibus differt.

11) Avancius, libris Mss., ut in Praef. ipse fatetur, non usus, multos Lucretii locos et e grammaticis et ex ingenio feliciter emendavit, plures etiam temere et audacius mutavit. Wakefieldus, qui, simpliciter Aldinam laudans, ubivis intelligit Aldinam secundam, hanc priorem conferre neglexit; quo factum, ut non solum omnia, quae iam Avancius novaverit, a Pio mutata haberet, sed etiam Iuntinam ab hac Aldina priori paucis tantum locis recedere perhiberet; quod prorsus falsum esse intellexi.

5. Bononiensis: *In Carum Lucretium poetam commentarii ab I. Bapt. Pio editi, codice Lucretiano diligenter emendato. Bononiae, Hi. Bapt. de Benedictis, cal. Maii M. D. XI. fol. Praef. etc. 4, contextus cum comment. 224 folia implet. Iterata est haec editio Paris. in chalcogr. Ascensiana IV. Id. Aug. M. D. XIII. 194 foliis formae maximae, quarum 10 Praefationem, Indicem etc., 184 vero contextum cum commentario continent* <sup>12</sup>).

6. Iuntina: *T. Lucretii Cari de rerum natura libri VI. (cum praef. Petri Candidi et varr. lectt. in fine adiectis.) Florentiae sumpt. Phil. Giuntae, m. Mart. M. D. XII. 8. Praef., argumenta et testimonia quaedam 8, contextus 125, variae lectiones et emendationes 13 folia complent* <sup>13</sup>).

---

12) Haec iterata editio mihi ad manus fuit. Maxima ed. Bononiensis virtus in commentario, exegetico magis, quam critico, versatur, qui tamen, pro more illorum temporum, permulta continet superflua et aliena, haud pauca etiam falsa et perversa. In ipso contextu raro discedit ab Aldina 1.; quem tamen Pius in annott. e Codd. supra laudatis, ex editionibus prioribus (quarum unam a Beroaldo notis marginalibus correctam praedicat), et ex ingenio permultis locis haud infeliciter mutavit.

13) Iam dixi, falsissimum esse, quod Wakef. doceat, Iuntinam ad normam Aldinae 1. potissimum compositam esse, a qua in paucissimis recedat. Imo prorsus novam contextus recensione continet, ita ut ab omnibus editt. prioribus quam maxime differat. Candidus enim, qui ipse profitetur, „se ex Mss. Lucretium emendatiorem dare, obelis Pontani Marullique temere inducta expungendo adhibitis“, inprimis Marulli innumeras mutationes, maximam partem doctas et ingeniosas, saepissime vero etiam supervacaneas et otiosas, in contextum recepit. Variae lectiones in fine adiectae maxime priores editiones (fortasse et unum alterumve librum Ms.) respiciunt. Wakefieldus igitur vituperandus, quod hanc editionem, quam rarissime tantum, modo Iuntinae, modo Florentinae nomine, affert, tam negligenter inspexit.

7. Aldina II.: *Lucretius*. (Cura Andr. Naugerii.) *Venetis in aedibus Aldi et Andreae soceri, m. Ian. M. D. XV. 8. Praef. et argumenta 7, contextus et errata 126 foliis continentur* <sup>14</sup>).

His antiquis editionibus e serioribus non nisi praestantiores adiungo. Sequantur igitur:

8. *Lucretii de rer. nat. ll. VI. A Dion. Lambino ex auctoritate 5 codd. mss. emendati atque restituti et commentariis illustrati. Paris. et Lugd., ap. Rouilliam, 1564. 4 mai.; quae permultis locis ab auctore retractatis et emendatis iterum prodiit sic inscripta: Lucr. de rer. nat. ll. VI. A Dion. Lamb. - - - emendati ac fere redintegrati et comm. illustr.: nunc ab eodem recogniti et longe meliores facti, planeque in pristinam integritatem restituti: cum iisdem commentariis, plus quarta parte auctis. Lutet., ap. Io. Benenatum, 1570. 4. (Iterata Francof. ap. hered. Wechel. 1583. 8. <sup>15</sup>)).*

9. — *de rer. nat. ll. VI., mendis innumerabilibus liberati et in pristinum paene, veterum potissimum li-*

---

14) Aldina 2., ad singulas paginas et singula fere verba e Iuntina descripta, a Naugerio, quem Aldus ipse „propter ipsius occupationes et importunam impressorum suorum festinationem *cursim* modo Lucretium recensuisse“ fatetur, non nisi paucissimis locis mutata est.

15) Edd. Lambini, inprimis posterior, novam Lucretii reensionem suppeditant, multis locis e Codd. feliciter restitutis, multis etiam e Turnebi ingenio felicissime plerumque emendatis, multo pluribus vero ex audacissimo ipsius editoris arbitrio et temerario modo correctis, vel potius corruptis. Quare Wakef. „neminem se vidisse affirmat, qui contextum scriptoris cuiuslibet, auctoritate membranarum leviter conculcata, propriis coniecturis inferciendis, per effusiores licentiam atque inconsultam magis temeritatem, passim praefractius vitiatum et deturpatum dedit.“ Commentarius tamen exegeticus magni aestimandus.

*bror. ope ac fide, ab Oberto Gifanio restituti. Antverp., ap. Cp. Plantinum, 1566. 8.* <sup>16</sup>).

10. — *de rer. nat. ll. VI., notis brevioribus illustrati, cum lexico s. indice absolutissimo. Cura et labore Dan. Parei. Francof., ap. Fitzer, 1631. 8.* <sup>17</sup>).

11. — *de rer. nat. ll. VI. Additae sunt coniecturae et emendatt. Tanaq. Fabri, cum notis perpetuis. Salmurii, ap. Io. Lenerium, 1662. 4.* <sup>18</sup>).

12. — *de rer. nat. ll. VI. cum interpretatione et notis Th. Creech. Oxon., e th. Scheld., 1695. 8. (Iterata Lond. 1717, 8. Bas. 1770, 8. Oxon. 1807, 8. et nuper demum Oxon. 1817, 8. mai., additis ex altera Wakefieldi editione variis lectt. veterum editt. a Gerardo collectis, et Bentleii animadversionibus.) In editt. Lond. (Bas.) 1754. 8. et Lips. 1776. 8. repetitis interpretatio s. paraphrasis prosaica desideratur* <sup>19</sup>).

13. — *de rer. nat. ll. VI. ad optimor. exempla-*

16) Gifanius, ingenio sagaci et iudicio limato destitutus, emendando Lucretio nihil, explicando non multum profuit. Optima pars editionis sunt „Collectanea, in quibus vocabula prisca ac dictiones elegantiores commemorantur et adductis aliorum scriptorum testimoniis saepe explicantur;“ quae tamen maximam partem non ipsius editoris, sed Fruterii, Corn. Valerii, P. Nannii aliorumque videntur, quorum adversariis et observationibus Lucretium spectantibus Gifanius usus est.

17) Parei editionem, ut Nardii (Flor. 1647. 4.) Fayi (Paris. 1680. 4.) aliasque minoris pretii, prorsus tacuissem, nisi indice uberrimo addito, in quo tamen multa iure reprehenduntur et desiderantur, illis praestaret.

18) Faber libris Mss. nos usus est; multos vero locos coniecturis ingeniosissimis vere emendavit.

19) Creechius periphrasi sua prosaica ceterisque annott. doctissimis de interpretatione Lucretii optime meruit; emendando vero contextui, etsi non omnibus subsidiis criticis destitutus, minorem operam dedit, ut, paucis quibusdam locis exceptis, in repetenda Lambini recensione acquiesceret.

*rium fidem recensiti. Acc. variae lectiones. Lond., ap. Tonson, 1712. fol. et 4. <sup>20</sup>*).

14. — *de rer. nat. ll. VI. Cum notis integris Dion. Lambini, Ob. Gifanii, Tan. Fabri, Th. Creech, et selectis Io. Bapt. Pii aliorumque, curante Sigeb. Havercampo, qui et suas et Abrah. Preigeri Adnott. adiecit. Acc. interpretatio Th. Creech, varr. lectt. et indices. Lugd. Bat., ap. I. van der Aa, 1725. 4. II Voll. c. fig. <sup>21</sup>*).

15. — *de rer. nat. ll. VI. ad optimas editt. collati. Acc. varietas lectionis c. indice rarioris et obsoletae latinitatis. Biponti, 1782. 8. mai. (Ed. secunda, emendatior et auctior. Argent. 1808. 8. mai. <sup>22</sup>)*).

16. — *de rer. nat. ll. VI. ad Codicem Vindobo-*

20) Nitidissimam hanc editionem, in contexta oratione a Creechiana vix recedentem, non nisi varr. lectt. causa commemo, quae ex tribus (?) Codd. Vossianis, Gottorpiensi et vett. editt. sine iusto delectu exscriptae, et coniecturis quibusdam virorum doctorum, v. c. Iac. Susii, Theod. Munckeri, Nic. Heinsii, ex eorum annott. marginalibus petitis, mixtae sunt.

21) Continet haec editio splendidissima omnium, quae usque ad Havercampi tempora viri docti scripserunt ad Lucretium vel emendandum vel explicandum spectantia, fere integram, ideoque utilissimam, collectionem; cui nova accesserunt varietas lectionis e Codd. nonnullis, antea nondum collatis, inprimis utroque Vossiano, et editt. antiquis exscripta, Is. Vossii coniecturae et annotatiunculae, tum primum evulgatae, et Abr. Preigeri animadversiones doctissimae. Ipsius vero Havercampi in Lucretium merita, si a diligentia in conquirendis et digerendis aliorum copiis recesseris, admodum exigua sunt, quippe qui in magna subsidiorum criticorum affluentia non nisi paucissimis locis Lambini recensionem deseruerit, et raro tantum breves notulas adsperserit.

22) In Bipontina priori praeter contextum, e vulgatis editt. descriptum, invenis Lucretii vitam Lambino auctore, notitiam literariam e Fabricio, varias lectiones, maximam partem ex edit. Lond., ut videtur, depromptas, et indicem rarioris et obsoletae latinitatis. In posteriori vero, quae Wakefieldianam recensionem cum Eichstaedtii mutationibus ita repetit, ut vix uno alterove loco ab hoc editore discedat, notitiam literariam habes auctam, variis lectionibus omissis.



nensem expressi. *Ed. Franc. Car. Alter. Vindob., ap. Trattner, 1787. 8.* <sup>23</sup>).

17. — *de rer. nat. libros VI. ad exemplarium mss. fidem recensitos longe emendatioris reddidit, commentariis perpetuis illustravit, indicibus instruxit, et cum animadv. Ric. Bentleyi, non ante vulgatis, aliorum subinde miscuit Gilb. Wakefield. Lond., impensis editoris, typis A. Hamilton, 1796—97. 4. mai. III Voll. Iterum prodiit sic inscripta: T. Lucr. Cari de rer. nat. ll. VI. ad exemplar Gilb. Wakefield, cum eiusdem notis, commentariis, indicibus, fideliter excusi. Adiectae sunt editionum quinque, in quibus principis, lectt. variantes omnes, ut et integrae Ric. Bentleyi annot., illustratt., coniecturae, ex ipsius autographo. Glasguae, excud. Andr. Duncan, 1813. 8 mai. IV Voll.* <sup>24</sup>).

18. — *de rer. nat. ll. VI. ad optim. exemplar. fidem emendati. Cum Rich. Bentleyi animadv., Gilb. Wakefieldi praefatt. et commentariis integris, caeterorumque interpretum observv. selectis edidit, suas notas et indices copiosiss. adiecit H. C. Abr. Eichstaedt. Vol. I. Lips., ap. Wolf. et soc., 1801. 8. mai.* <sup>25</sup>).

23) De Alteri editione supra iam diximus p. XLIII.

24) Omnium, quae Lucretio obtigerunt, editionum longe praestantissima, prorsus novam et priori dissimillimam contextus recensionem offerens, e pluribus libris Mss. et vett. edit. (quas tamen editor accuratius consulere debuisset) innumeris in locis emendatam, „ut (Eichstaedt iudice) nunc demum, quem librariorum stupor atque editorum audacia nobis paene eripuisent, Lucretium in Lucretio agnoscamus.“ Hoc unum modo dolendum, Wakefieldum, nimis interdum ingenio suo indulgentem, saepe coniecturas recepisse admodum audaces minimeque necessarias. In iterata editione, Glasguae 1813., collatio edit. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. a Gerardo quodam ad Bipontinam a. 1782. facta, et integrae Bentleyi annotationes, exemplo edit. Faberianae adscriptae, quarum Wakef. ipse non nisi selectas receperat, gratissimae sunt accessiones.

25) Continet hoc Vol. I. editionis utilissimae, quam ali-

Hunc indicem finiat brevis versionum notissimarum recensio :

*T. Lucr. C. von der Natur der Dinge, aus d. Lat. (in Prosa) übers. von Fr. X. Mayr. Wien 1784. 8. 2 Voll. — T. Lucr. C. von der Natur. Ein Lehrgedicht in 6 Büchern. Uebersetzt u. erläutert von Joh. Heinr. Friedr. Meineke. Leipz. 1795. 8. mai. 2 Voll. — T. Lucr. C. von der Natur der Dinge. (Uebers. von v. Knebel.) Leipz. 1821. 8. mai. — Lucr. della natura delle cose libri VI. Trad. da Alessandro Marchetti. Londra 1717. 8. (saepius repetita.) — Lucr. Oeuvres, trad. en françois, avec des remarques (par Iac. Parrain, baron de Coutures. Par. 1692. (et ibid. 1708.) 12. 2 Voll. — Lucrèce, traduction nouvelle, avec des notes, par L\* G\*\*\* (La Grange). Par. 1768. 8. mai. 2 Voll. (et ibid. an 2. (1794.) 4. mai. 2 Voll.) — Lucrèce de la nature des choses, trad. en vers par Ant. le Blanc de Guillet. Par. 1788. 8. 2 Voll. — Lucr. of the nature of things, transl. into engl. verse by Th. Creech. Ox. 1682. 8. (Lond. 1714. et saep. 8. mai. 2 Voll.) — Lucr. The nat. of things, a didactic poem; transl. by F. Mason Good, with the lat. text and notes. Lond. 1805. 4. mai. 2 Voll. — Lucr. The nat. of things, a didascalie poem, transl. from the lat., (with the text) with commentaries and a life of Epicurus, by Th. Busby. Lond. 1813. 4 mai. 2 Voll. — De Werken van T. Lucr. C. van het Heelul. Uit het Latyn in het Nederduitsch vertaald (door Ian de Wit.) Amst. 1701. 8.*

---

quando absolutum iri, frustra sperare videntur omnes literarum elegantiorum amatores, epistolam ad b. Weissium, Wakefieldi praefationes, doctissimam de Lucretii vita et carmine commentationem, contextum poëtae Wakefieldianum, pluribus locis emendatum coniecturisque superfluis purgatum, et indicem verborum locupletissimum.

---

---

# ARGUMENTA SINGULORUM LIBRORUM.

---

## LIBRI PRIMII.

Invocata in principio operis Venere, poëta v. 43. transit ad laudes Memmii, cui libros suos de Rerum Natura dicavit: Epicurum, cuius rationes sequitur, celebrat; ab eius doctrina impietatis invidiam amolitur; religionum, et vulgaris, et poëtarum commentis exornatae, periculosam vanitatem declarat; huiusque et sequentium librorum tum argumenta proponit, tum tractationis poëticae difficultates ostendit [v. 45 — 159]. Deinde rem ipsam aggressus, docet I) ex nihilo nihil fieri, et in nihilum nihil reverti posse [v. 160 — 265]; II) minuta esse quaedam corpora, quae, licet sub sensum non cadant, mente tamen possint concipi, et e quibus res omnes componantur [v. 266 — 329]. III) His corpusculis subiungit vacuum, seu inane spatium [v. 330 — 430]. IV) demonstrat, nihil esse praeter corpus et inane; reliqua autem, quae videantur esse, tantum coniuncta esse vel eventa, proprietates seu accidentia corporis et inanis [v. 431 — 483]. Quod sic persequitur, ut prima corpuscula doceat esse perfecte solida, [v. 484 — 528], ideoque insecabilia, minima (neque enim corpus in infinitum dividi posse), et aeterna [v. 529 — 635]. Refutat porro philosophos, qui aliter statuerant, et quidem 1) Heraclitum, qui ignem, aliosque, qui aërem, aquam, terram, rerum omnium principium esse contenderant [v. 636 — 712]; 2) Empedoclem, cui placuerat, res e quatuor elementis componi [v. 713 — 829]; 3) Anaxagoram, qui homœomeriam induxerat [v. 830 — 919]. Postremo magna cum gravitate progreditur ad id, ut ostendat, universum esse ex omni parte infinitum, corpuscula esse numero infinita, et inane nullis terminis comprehendendi posse [v. 920 — 1050]. Ac postquam eos refellit, qui existimant, esse aliquod in universo centrum, quo gravia deorsum tendant, levia sponte sua sursum ferantur, ideoque antichthonas esse [v. 1051 — 1082], libro primo finem imponit.

---

## LIBRI SECUNDI

Ad studium philosophiae, quae sola leniat curas, animumque metu exsolvat, postquam Memmium suum poëta [v. 1—60] cohortatus est; de atomorum, seu seminum, affectionibus disputat, quarum primam in motu ponit. Moveri atomos, perpetuum incrementum atque detrimentum rerum arguit [v. 61—78]. Motum autem hunc atomi vel suoapte ponderi debent, vel ictibus aliarum. Et moventur deorsum: quippe omnes atomi sunt graves; sed quum concurrunt solidae, necesse est quoquo versum ab se invicem dissiliant [v. 79—87]. Quod e natura vacui demonstratur [v. 88—93]. Quaedam igitur atomi implicantur aliis: quae arctius iunguntur, res duras ac densas efficiunt; quae laxius, res molles et raras, aëra et lumen [v. 94—107]. Quaedam vero atomi nunquam coalescunt, sed, uti ramenta pulveris videmus in radiis solis, continuo motu per inane feruntur, atque alia corpora subinde percutiunt et agitant [v. 108—140]. Atomorum, deorsum tendentium, summa celeritas ita declaratur, ut solaris lucis per tanta haec spatia velocissima traiectio, tanquam argumentum a minori inducatur [v. 141—166]. Deinde poëta per digressionem eos insectatus, qui ex corpusculorum fortuita concursione hunc mundi pulcherrimum ornatum esse perfectum, et sine divina providentia ratum et immutabilem rerum ordinem conservari negant [v. 167—183], redit ad superius argumentum, asseritque, atomos ferri in locum inferiorem [v. 184—215]; easdem a recta linea declinare minimo intervallo [v. 216—221]. Quod nisi declinarent, nihil unquam oriretur, quoniam adhaesio nulla et complexio locum haberet; nihil liberum hominibus esset, quum ita moveretur animus, ut atomorum motu cogeretur [v. 222—271]. Sed motus ille voluntarius est, distatque multum a violento et necessario [v. 272—293]. Feruntur denique eodem atomi motu, quo ab aeterno ferebantur; nec, quod rerum summa alta quiete torpescere videatur, idcirco quisquam huic opinioni debet adversari: necessum enim est, motus atomorum cerni nequeant, quum atomi ipsae non percipiuntur, rerumque etiam, quae sub sensus cadunt, motus nostram e longinquo spectantium aciem saepe fugiat [v. 294—332]. Altera individuorum corpusculorum affectio in figura cernitur [v. 333—341]: qua quantum inter se differant, ex eo intelligitur, quod res, animatae pariter atque inanimatae, diversimode figuratae, naturaque sua et effectum diversae sunt [v. 342—425]. Itaque quod aliae sunt hamatae et asperae atomi, aliae leves et rotundae etc., inde explicandum, quae figurae amara, quae dulcia, quae dura, quae mollia corpora componant [v. 426—476]. Nec vero haec figurarum varietas est infinita; corpuscula tamen

eiusdem figurae infinita sunt: e quorum perpetuo concursu mundus perfectus est, resque gignantur [v. 477 — 580]. Sed res neque ex uno genere principiorum, neque ex omnibus unius figurae et similibus principiis constant; sed insunt in concretis quibusvis variarum figurarum principia: quod partim historia naturali telluris, partim allegorica quadam mythi de Cybele interpretatione illustratur [v. 531 — 728]. Porro, praeter pondus et figuram, elementa rerum non habent sensibiles, quas vocamus, qualitates, colorem videlicet, saporem, frigus, calorem; nec sensu praedita sunt: quamvis res coloratae, sapidae, frigidae, calidae et sensibiles ex iis gignantur [v. 729 — 1021]. Denique infinitae atomi, per infinitum inane volitantes, infinitos mundos efficiunt: qui mundi augentur aliquando ab atomis, ex infinito delapsis, aliquando etiam, avolantibus in infinitum atomis, diminuuntur ac dissolvuntur [v. 1022 — 1149]: uti ante oculos omnia paullatim effoeta fiunt, et, quae olim laetissime adoleverant, plantae atque animalia iam nunc senescunt, et ordine suo demum interibunt [v. 1150 — 1172].

---

### LIBRI TERTII.

Postquam Lucretius naturam et affectiones, quas dicimus, atomorum in superioribus libris explicaverat; quatuor reliquis ea, quae ex atomis istis fiunt, persequitur. Ac primas quidem partes detulit animo et animae: de quibus hoc toto libro ita disputat, ut a laudibus Epicureae doctrinae auspicetur [v. 1 — 13]. Quoniam enim Epicurus docuit primus, non a deo quodam, sed ex fortuita atomorum concursione mundum hunc omniaque esse facta; e sententia Nostri egregie perfecit, quod alii philosophi frustra conati sint, ut mortis poenarumque post mortem metu animos hominum liberaret [v. 14 — 40]. Quo metu, poeta dicit, et eos saepenumero excruciarum, qui robur animi simulent [v. 41 — 58], et scelera omnia atque flagitia progigni [v. 59 — 93]. Haec ita praefatus, porro docet, animum et animam partem esse hominis, aequae ac pedes, manus, brachia, reliqua membra [v. 94 — 97], neque habitum esse vitalem totius corporis, seu omnium partium corporis intentionem atque concentum eum, quem veteres quidam philosophi harmoniam appellaverunt [v. 98 — 106]. Hanc enim opinionem partim eo labefactari, quod interdum, qui corpore doleat, animo laetetur, et qui nihil doloris in corpore sentiat, animo perturbetur [v. 107 — 112], partim hoc everti, quod etiam in somno animi sit efficientia [v. 113 — 117]. Suam autem poeta sententiam firmat duobus argumentis: primo, quod in membris etiam mutilatis vita insit [v. 118 — 121],

altero, quod calore privatus et spiritu, homo moriatur [v. 122 — 137]. Verum, ne vocabulis promiscue usurpandis minus distincte disserere videatur, ostendit, animum et animam inter se quidem iunctissime teneri, sed *animum* (τὸ λογικόν) praecipuam esse partem, eiusque domicilium esse in medio pectore, utpote in quo affectiones animi existant; *animam* contra (τὸ ἄλογον) per totum diffusam corpus, ad nutum animi moveri [v. 138 — 161]. Animi et animae naturam corpoream esse: quippe ab animo tangi animam, quam moveat, ab anima autem corpus: nullum vero, nisi inter corpora, contactum [v. 162 — 177]. Eum corporeum animum componi ex atomis minutissimis, subtilissimis et maxime rotundis, partim ex magna mentis mobilitate [v. 178 — 203], partim ex eo demonstratur, quod corporis mortui eadem sit, quae fuit viventis, moles, idem pondus [v. 204 — 231]. Nec vero simplex est animus, sed conflatus e calore, vento, aëre et alia insuper re, quae ex tenuissimis, minutissimis et maxime mobilibus atomis constans, sensus principium et origo est [v. 232 — 258]. Quae quatuor res ita inter se miscentur, ut unam, pro diversa animantium natura, substantiam efficiant [v. 259 — 323]. Et tanta est animae et corporis coniunctio, ut sine utriusque pernicie separari nequeant [v. 324 — 350]. Neque anima solum sentit, sed etiam corpus; seu potius totum animal, e corpore et anima compositum [v. 351 — 370]. Post haec poëta refutat opinionem Democriti, singulas animae partes singulis corporis partibus oppositas esse atque connexas asseverantis [v. 371 — 396]; et, ut antea docuerat, animum esse potioris animalis partem, sic ab animo potius, quam ab anima, vitam pendere, salutemque conservari demonstrat [v. 397 — 417]. Deinde animos et animas nasci et interire cum corporibus, sex et viginti argumentis ostendere conatur, derisa etiam obiter transmiratione Pythagorae [v. 418 — 841]. Istis autem ex argumentis concludit, mortem esse omnium rerum finem, nec post mortem mortali animae quidquam timendum esse; imo, si animae immortalitas concedatur, mortem tamen nihil esse, quum anima, corpore seiuncta, non meminerit, se unquam antea existisse [v. 842 — 882]. Proinde ridet vanum mortis metum, et inanem hominum de sepultura sollicitudinem [v. 883 — 906]; docetque, mortem non esse malum, quia mortui non indigeant bonis, quibus vivi gaudeant, neque istis doloribus crucientur, qui miseros mortales affligant [v. 907 — 943], vitam etiam ipsam non esse desiderabilem, quippe quae nihil novi afferat, sed easdem semper voluptates usque ad nauseam subministret [v. 944 — 988]. Tum et terrificas fabulas, quas poëtae sunt de inferis et poenis post mortem commenti, allegorica quadam interpretatione elevat [v. 989 — 1036], ad consolandam vitae fragilitatem etiam

historiae voce usus, quae sapientissimos pariter atque potentissimos homines vim dirae necessitatis sensisse admoneat [v. 1037 — 1057]. Denique mortales ait vitam sollicitam et inquietam agere, quod mortis iustam contemplationem refugiant [v. 1058 — 1088]; stultaque et inepte votis omnibus eam vitam expetere, quam aliquando amissuri sint, quae nullam novam voluptatem ferat, innumeris vero doloribus et periculis obnoxia sit; praesertim quum vivendo et metuendo nihil detrahant de tempore mortis, quae omnes maneat aeterna [v. 1089 — 1107].

### LIBRI QUARTI.

Lucretius post magnificentum exordium, quo et attentionem lectoris, et suum ipsius spiritum resuscitat [v. 1 — 25], libri quarti argumentum cum superioribus connectit. Postquam enim primo et secundo libro docuerat, quae et qualia sint rerum primordia, quibus figuris distincta, quo motu ferantur, qua ratione ceteras res procreent, libro autem tertio animae atque animi naturam explicarat; aggreditur nunc ad disputationem de sensibus, incipiens a *simulacris* seu *imaginibus* Epicureis, quibus sensus omnes moveantur [v. 26 — 45]. Docet itaque, a rerum superficie tenuissima quaedam et subtilissima simulacra mitti, quae passim per aëra volitantia, singillatim sub visum non cadant, sed collecta et a speculis aut aqua repulsa, in oculos incurrant [v. 46 — 108]. Deinde tenuitatem horum simulacrorum demonstrat, simul primordiorum exiguitatem confirmans [v. 109 — 129]. Duplex autem simulacrorum distinguit genus; alterum eorum, quae sponte sua generentur in aëre, qualia nonnunquam videamus existere in nubibus, varias rerum figuras imitantibus; alterum eorum, quae a rerum superficie avolent, quasi tenues quaedam exuviae, facileque et perpetuo oriantur, et ea motus celeritate per aëra ferantur, ut luminis solaris iactum exsuperent [v. 130 — 216]. Sed quia visus omnium sensuum primus habetur, ab eo sic exorditur poeta, ut ex simulacrorum incursu eum gigni ostendat [v. 217 — 239]. Tum explicatis iis, quae ad visus causas spectant, varia de eo problemata, imprimis quae ad speculi imagines et lucis atque umbrae rationem pertinent, proponit et solvit [v. 240 — 379]. Porro sensus non esse incertos monet, quorum fidem multa temere existimantur labefactare; sed ex opinatu animorum nasci falsa illorum iudicia [v. 380 — 469]. Ne quis igitur ex illis problematis fallaciae arguat sensus, horum dignitatem demonstrat, refutatis etiam Academicis [v. 470 — 478], omnemque omnino veritatem fide et auctoritate sensuum niti, copiosius asserit [v. 479 — 523]. His ita de visu

disputatis, ad ceteros sensus progreditur. *Vocem et sonum* corporeas esse imagines, quae aurem pariter feriant et auditum efficiant [v. 524 — 544]; vocis quae sit natura, et quo modo formetur [v. 545 — 565]; cur eadem vox simul percipiatur a multis [v. 566 — 574]; quid sit echo, et unde oriatur [v. 575 — 597]; quo modo sonus per corpora multa penetret [v. 598 — 605], et in omnes partes diffundatur [v. 606 — 617]. De *sapore* docet, quid sit, et unde tanta eius diversitas [v. 618 — 675]; de *odore*, quo modo existat, et cur aliis alius magis sit aptus [v. 676 — 689]; comparat eundem cum ceteris sensibus [v. 690 — 708], inprimis cum visu, quem species atque colores rerum eodem modo afficiant [v. 709 — 724]. Tum de *imaginatione* atque *cogitatione* agit: quae existant per sensus externos, tenuissimis rerum simulacris horum ope in mentem incurrentibus [v. 725 — 759]. Inde explicanda somniorum ratio [v. 760 — 779]; inde solvenda quaestio, quare, quod cuique libuerit, id cogitet [v. 780 — 809]; inde fraus intelligenda, in quam, simulacris aut parum acute cognitis, aut inter se permutatis, saepe inducimur [v. 810 — 824]. Tum docet, linguam, oculos, aures, nares, omnia denique sensuum instrumenta prius nata esse, quam eorum usum: secus vero in artificiosis rebus, quae prodeant ex praevisa indigentia [v. 825 — 878]. Etiam motus animalium voluntarii causam esse in simulacris quibusdam ad meandum aptis, quae impulsu suo voluntatem movendi in animo excitent [v. 879 — 908]. Ab simulacris denique uberius repetit et somnum [v. 909 — 964], et insomnia, quorum varias causas enumerat [v. 965 — 1035], adiecta de amore, libidine eiusque affectibus elegantissima digressione [v. 1036 — 1283].

## LIBRI QUINTI

Exorsus poëta ab Epicuri laudibus, cui propter repertam explicatanque philosophiam plus debeant mortales, quam reliquis omnibus, qui de genere humano bene meruerint [v. 1 — 54], argumentum tum libri praecedentis repetit [v. 55 — 67], tum novi adiungit [v. 68 — 91]. Ac primum docet fore, universum mundum una ut diruat dies [v. 92 — 110]. Nam terram, mare, coelum, sidera esse mortalia; non esse, quod Stoici putarunt, animata deique ipsius partes, nec, quod vulgus existimet, sedem ac domicilium deorum [v. 111 — 156]. Ne quis autem hanc mundi compagem a diis, vel hominum causa, vel in suam ipsorum utilitatem oblectationemve, factam esse, atque ideo immortalem credat; Lucretius contrariae sententiae argumenta tum a natura deorum, tum a vitiosa mundi constructione, tum ab eo petit,



quod omnes eius partes subinde intereant [v. 157 — 235]. Nam sicut quatuor, e quibus constat, elementa, terra, aqua, aër et ignis, et nata sint et exstinguantur: ita mundum ipsum aliquando initium habuisse, aliquando finem habiturum esse [v. 236 — 324]. Initium eius patere tum ex principio historiae [v. 325 — 330], tum ex artium recens adinventarum ratione [v. 331 — 351]; finem autem cognosci partim ex eo, quod aeternitatis notio in mundum non cadat [v. 352 — 380], partim e continua pugna elementorum [v. 381 — 394]; et mythorum considerationem eo nos ducere, ut hanc compagem nec ab aeterno exstitisse, nec fore sempiternam putemus [v. 395 — 416]. Sequitur cosmogonia Epicuri [v. 417 — 432]; secundum quam poëta de ortu singularum mundi partium ex indigesta quadam mole pronuntiat, eisdemque, prout graviores levioresque sunt, sedes suas et locos attribuit [v. 433 — 509]: deinde de coeli siderumque motibus duas affert opiniones [v. 510 — 534]: docet porro, quo modo terrae huius compages, quum corpus grave sit, nullo fundamento innixa, pendeat [v. 535 — 564]: tum solem et lunam metitur, eaque nec maiora nec minora esse, quam nobis appareant, iudicat [v. 565 — 584]; sed stellas perparvum quiddam mutare videri lineamentum vel extremitatem in alterutram partem [v. 585 — 591]: simul refutat eos, qui ex tantulo sole tantum illorum calorem et lumen, per universum, quaque patet, aethera diffusum, emanare vix posse autumant [v. 592 — 612]: denique de solis ac lunae conversionibus, seu de solstitio aestivo hiemalique, disputans, varias utriusque causas reddit [v. 613 — 648]; et quo modo nox fiat [v. 649 — 654], quo modo, aurora solem praecedente, dies oriatur [v. 655 — 678]; cur dies et noctes vicissim se superent [v. 679 — 702]; cur luna vultum et figuram variet [v. 703 — 749]; cur sol et luna defectum patiantur [v. 750 — 777], adiungit. Post haec, e coelo descendens, herbarum, arborum, avium, brutorum, hominum origines a terra repetit, quae creatas res profuderit olim [v. 778 — 823], nunc sterilis facta et effeta [v. 824 — 834]. Sed quod fortuito sint omnia nata, ideo putandum esse, in principio mundi alia quaedam innumerabilia animalia miranda specie et magnitudine exstitisse, sed permanere non potuisse, quippe cibi sumendi coeundique facultate carentia: quapropter monstra et mutila quaedam et imperfecta animalia concedit, sed Chimaeras, Centauros, Scyllas reliquaque poëtarum portenta ridet [v. 835 — 922]. Primorum hominum rudis vita, rude ingenium [v. 923 — 1009]; paulo post initia culturae [v. 1010 — 1026], inventusque sermo [v. 1027 — 1089]. Tandem, post ignem in terras a fulmine delatum, humanior vita et victus mollior [v. 1090 — 1106]: facta hominum societas: reges constituti: agri divisi: post seditionem

denique res publica orta [v. 1107 — 1159]. His declaratis, Lucretius de origine religionis disputat, quam naturae divinae et causarum naturalium ignorantiae refert acceptam [v. 1160 — 1239]; ac postremo metallorum, imprimis ferri, inventionem et usum, primas bellandi artes, textorii artificii, agriculturae, musices, poëseos et aliarum artium, vel necessitati vel oblectationi inservientium, initia et progressionem describit [v. 1240 — 1456].

### LIBRI SEXTI.

Celebratis Epicuri Atheniensis meritis [v. 1 — 42], argumentisque superiorum librorum breviter repetitis [v. 43 — 81], ultimi libri materiem poëta explicat [v. 82 — 95]. Ac de meteoris disputaturus a *tonitru* incipit, cuius varias rationes affert. Nempe fieri istum fragorem, sive, quod nubes, adversis ventis pulsae, collidantur [v. 96 — 107]; seu, quod ventorum vi dirumpantur [v. 108 — 115]; seu, quod nubes nubis alterius latus radat [v. 116 — 120]; seu, quod aër, in nube inclusus, facto impetu erumpat [v. 121 — 131]; seu, quod nubium se partes eminentes ac proiectae invicem fricent [v. 132 — 136]; seu, quod ventus ex adverso in nubem impingatur [v. 137 — 141]; seu, quod nubila in aëre, ceu fluctus in mari, cum aestu frangantur [v. 142 — 144]; seu, quod ignis fulmineus, e nube arida excusus, in nubem humidam, tanquam candens ferrum, demergatur [v. 145 — 149], ipsamque saepe nubem accendat [v. 150 — 155]; seu, quod multa glaciei fragmina et grando e congelatis nubibus decident [v. 156 — 159]. Deinde de *fulgure* inquit: quod vel ex induratis nubibus inter se collisis exprimatur [v. 160 — 161], et, quia lux sono sit velocior, ideo fulgur prius cernatur, quam tonitru audiatur [v. 162 — 172]; vel ab aëre existat, circumrotato in nubibus celeriterque ex iis erumpente [v. 173 — 203]; vel oriatur ex ignis seminibus, quae nubes ipsae contineant, iisque aut ab aëre cum sonitu expressis [v. 204 — 213], aut decidentibus leniter, diductis et distractis nubium partibus [v. 214 — 218]. Tum dicit de fulminis et natura, quae igne subtilissimo constet, et maxima mobilitate [v. 219 — 230], et mira vi in vasa vino repleta [v. 231 — 238]. Emicant fulmina e nubibus densis, alteque exstructis, et vento igneque plenis [v. 239 — 273], et ortus illorum quadruplex est. Sive enim ignea materia et ventus ita iunguntur in nube, ut fulmen veluti quodam calido fornace intus fabricetur et excudatur [v. 274 — 294]; sive ventus extrinsecus impingens nubem rumpit, maturumque fulmen elicit [v. 295 — 299]; sive ventus, sine igne e nube erumpens, longo cursu et pernici motu incalescit et accenditur [v. 300 — 308]; sive im-

petus venti ex re perculsa semina ignis excitat [v. 309 — 322]. Porro Lucretius mobilitatis, quae est in fulmine, causas exponit. Nam ventus, nube inclusus, quando omnia eius latera perterritavit, tandemque erumpit, velocissimè evolet necesse est [v. 323 — 329]; praesertim quum e minutis constet levibusque elementis, ideoque per inanes meatus aëris facile transeat [v. 330 — 334]. Accedit eius gravitas, eaque ictu maxime adaucta [v. 335 — 339]. Et quod e longinquo cadit, idcirco plures celeritatis gradus momento quolibet acquirit, forsitan etiam ab ipso aëre iuvatur [v. 340 — 347]. Sed varia est ac multiplex vis, quam fulmen in corpora exserit; cuius rei rationes declarantur [v. 348 — 356]; addita causa, cur auctumno et vere crebriora sint tonitrua et fulmina [v. 357 — 378]. Denique eos poeta ridet, qui neglectis fulminis causis naturalibus, ex eo signa voluntatis incognitae indagant [v. 379 — 422]. Fulmini affinis est *prester*, cuius brevis explicatio adiungitur [v. 423 — 450]. Tum de *nubibus* disserit, quo pacto gignantur in coelo [v. 451 — 458], in montibus [v. 459 — 469], in mari [v. 470 — 480], per aestum aetheris aliasque res, quae extrinsecus veniunt, et in aëre coalescunt [v. 481 — 494]. Porro de *aqua pluvia* [v. 495 — 516], imprimisque de *imbribus* [v. 517 — 523] de *iride* [v. 524 — 526], aliisque *naturae phaenomenis* [v. 527 — 535], quae possint aliquam de diis et providentia opinionem facere, disputat. In his memorabiles sunt motus terrae: quae aut inclinatione quadam in latera nutat [v. 536 — 576], aut succussione sursum deorsum quatitur [v. 577 — 607]. Memorabile etiam, quod tot fluviis in mare decurrentibus, mare tamen nihilo maius fiat [v. 608 — 639]. Maiorem mirationem ignaris causarum Aetnae ignes iniiciunt [v. 640 — 712], et Nili ab aestivo solstitio ad aequinoctium usque auctumnale exundatio, quae et ipsa e quatuor causis naturalibus deducitur [v. 713 — 738]. Quemadmodum vero beneficum deum non agnoscit poeta: ita iratum negat; et ut coeli, aëris terraeque phaenomena diis superis, ita noxia quaedam et in terris admiranda diis inferis eripit. Hoc consilio et de avernis aliisque terrae tractibus exitiis [v. 739 — 840], et de puteis variisque benignis fontibus [v. 841 — 907] dicit, adiuncta lapidis, quem *magnetem* vocant, explicatione [v. 908 — 921]. Cuius lapidis insignem virtutem, Herculis beneficio fere tributam, ut rectius explicet, quatuor capita praemittit: unum, effluere continuo corpuscula quaedam ex omnibus rebus [v. 922 — 936]; alterum, nullum esse corpus adeo solidum, quin inania spatiola intercepta contineat [v. 937 — 959]; tertium, emissa corpuscula non omnibus rebus eadem ratione congruere [v. 960 — 979]; quartum, inania spatiola non eiusdem esse in omnibus rebus figurae et circumscriptionis, quare nec eadem quibuslibet

corpusculis accommodari [v. 980 — 1000]. His praemissis, vim magnetis attrahendi ferrum exponit partim ex eo, quod, quum effluant ex magnete corpuscula, inane spatium existat, quod ab aëre comprimatur [v. 1001 — 1054], partim e natura extremarum partium, quae in magnete quidem hamos, in ferro autem annulos referant [v. 1055 — 1088]. Postremo ortum et rationem morborum declarat [v. 1089 — 1136]; et pulcherrimam pestis illius, quae temporibus belli Peloponnesiaci Athenis acerrime saeviit, descriptionem, ex Thucydide expressam, subiungit [v. 1137 — 1285].

---

T. LUCRETII CARI  
DE  
RERUM NATURA  
LIBRI SEX.

---

corpusculis accommodari [v. 980 — 1000]. His praemissis, vim magnetis attrahendi ferrum exponit partim ex eo, quod, quum effluant ex magnete corpuscula, inane spatium existat, quod ab aëre comprimatur [v. 1001 — 1054], partim e natura extremarum partium, quae in magnete quidem hamos, in ferro autem annulos referant [v. 1055 — 1088]. Postremo ortum et rationem morborum declarat [v. 1089 — 1136]; et pulcherrimam pestis illius, quae temporibus belli Peloponnesiaci Athenis acerrime saeviit, descriptionem, ex Thucydide expressam, subiungit [v. 1137 — 1285].

---

**T. LUCRETII CARI**  
**DE**  
**RERUM NATURA**  
**LIBRI SEX.**

---





T. LUCRETII CARI  
DE  
RERUM NATURA  
LIBER PRIMUS.

---

**A**eneadum genetrix, hominum divomque voluptas,  
Alma Venus, coeli subter labentia signa  
Quae mare navigerum, quae terras frugiferentis  
Concelebras; per te quoniam genus omne animantum  
Concipitur visitque exortum lumina solis: 5  
Te, Dea, te fugiunt ventei, te nubila coeli,  
Adventumque tuum; tibi suaveis daedala tellus  
Summittit flores; tibi rident aequora ponti,  
Placatumque nitet diffuso lumine coelum.  
Nam simul ac species patefacta est verna dici, 10  
Et reserata viget genitalis aura Favoni,  
Aeriae primum volucres te, Diva, tuumque  
Significant initum, percussae corda tua vi.  
Inde ferae pecudes persultant pabula laeta,  
Et rapidos tranant amneis: ita, capta lepore, 15  
[Illecebrisque tuis omnis natura animantum]  
Te sequitur cupide, quo quamque inducere pergis.  
Denique per maria ac monteis fluviosque rapaceis  
Frundiferasque domos avium camposque virentis  
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem, 20  
Efficis, ut cupide generatim secla propagent.  
Quae quoniam rerum naturam sola gubernas,  
Nec sine te quidquam dias in luminis oras  
Exoritur, neque fit laetum neque amabile quidquam;  
Te sociam studeo scribundeis versibus esse, 25  
Quos ego de RERUM NATURA pangere conor  
Memmiadae nostro: quem tu, Dea, tempore in omni

Omnibus ornatum voluisti excellere rebus.

Quo magis aeternum da dicteis, Diva, leporem.

- 30 Effice, ut interea fera moenera militiai  
Per maria ac terras omneis sopita quiescant.  
Nam tu sola potes tranquilla pace iuvare  
Mortaleis: quoniam belli fera moenera Mavors  
Armipotens regit, in gremium qui saepe tuum se  
35 Reicit, aeterno devictus vulnere amoris:  
Atque ita, suspiciens tereti cervice reposta,  
Pascit amore avidos, inhians in te, Dea, visus,  
Equae tuo pendet resupini spiritus ore.

- 40 Hunc tu, Diva, tuo recubantem corpore sancto  
Circumfusa super, suaveis ex ore loquelas  
Fonde, petens placidam Romaneis, incluta, pacem.  
Nam neque nos agere hoc patriam tempore iniquo  
Possumus aequo animo, nec Memmi clara propago  
Talibus in rebus communi desse saluti.

- 45 Quod superest, vacuas aureis mihi, Memmius, et te,  
Semotum a curis, adhibe veram ad rationem;  
Ne mea dona, tibi studio disposta fideli,  
Intellecta prius quam sint, contemta relinquant.

- 50 Nam tibi de summa coeli ratione deumque  
Disserere incipiam, et rerum primordia pandam,  
Unde omneis natura creet res, auctet alatque,  
Quoque eadem rursum natura peremta resolvat;  
Quae nos materiem et genitalia corpora rebus  
Reddunda in ratione vocare, et semina rerum  
55 Appellare suemus, et haec eadem usurpare  
Corpera prima, quod ex ollis sunt omnia primis.

[Omnis enim per se divom natura necesse est

Immortali aevo summa cum pace fruatur,  
Semota ab nostris rebus seiunctaque longe;

- 60 Nam privata dolore omni, privata periculis,  
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,  
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.]

Humana ante oculos fede quom vita iaceret

- In terris, oppressa gravi sub Religione,  
65 Quae caput a coeli regionibus ostendebat,  
Horribili super aspectu mortalibus instans;  
Primum Graius homo mortaleis tollere contra  
Est oculos ausus, primusque obsistere contra:  
Quem neque fama deum, nec fulmina, nec minitanti  
70 Murmure compressit coelum; sed eo magis acrem  
Irritat virtutem animi, confringere ut arcta  
Naturae primus portarum claustra cupiret.

Ergo vivida vis animi pervicit, et extra  
 Processit longe flammantia moenia mundi,  
 Atque omne immensum peragravit mente animoque: 75  
 Unde refert nobis victor, quid possit oriri,  
 Quid nequeat; finita potestas denique quoique  
 Quanam sit ratione, atque alte terminus haerens.  
 Quare Religio, pedibus subiecta, vicissim  
 Obteritur; nos exaequat victoria coelo. 80

Illud in his rebus vereor, ne forte rearis  
 Impia te rationis inire elementa, viamque  
 Indugredi sceleris; quod contra saepius illa  
 Religio peperit scelerosa atque impia facta.  
 Aulide quo pacto Triviai virginis aram 85  
 Iphianassaeo turparunt sanguine fede  
 Ductores Danaum delectei, prima virorum.

Quoi simul infula, virgineos circumdata comtus,  
 Ex utraque pari malarum parte profusa est,  
 Et maestum simul ante aras adstare parentem 90  
 Sensit, et hunc propter ferrum celare ministros,  
 Aspectuque suo lacrimas effundere civeis;

Muta metu terram, genibus summissa, petebat:  
 Nec miserae prodesse in tali tempore quibat,  
 Quod patrio princeps donarat nomine regem. 95

Nam sublata virum manibus tremebundaque ad aras  
 Deducta est; non ut, solempni more sacrorum  
 Perfecto, posset claro comitari hymenaeo;  
 Sed, casta incestae, nubendi tempore in ipso 100  
 Hostia concideret mactatu maesta parentis,  
 Exitus ut classi felix faustusque daretur.  
 Tantum religio potuit suadere malorum!

Tutemet a nobis iam quovis tempore, vatium  
 Terriloquis victus dictis, desciscere quaeres?  
 Quippe etenim quam multa tibi iam fingere possum 105  
 Somnia, quae vitae rationes vortere possint,  
 Fortunaeque tuas omneis turbare timore.

Et merito: nam si certam finem esse viderent  
 Aerumnarum homines, aliqua ratione valerent  
 Religionibus atque minis obsistere vatium: 110  
 Nunc ratio nulla est restandi, nulla facultas,  
 Aeternas quoniam poenas in morte timendum.

Ignoratur enim, quae sit natura animae;  
 Nata sit, an contra nascentibus insinuetur;  
 Et simul intereat nobiscum, morte diremta, 115  
 An tenebras Orci visat vastasque lacunas;  
 An pecudes alias divinitus insinuet se,

- Ennius ut noster cecinit, qui primus amoeno  
 Detulit ex Helicone perenni frunde coronam,  
 120 Per genteis Italas hominum quae clara clueret:  
 Etsi praeterea tamen esse Acherusia templa  
 Ennius aeternis exponit versibus edens,  
 Quo neque permanent animae, neque corpora nostra,  
 Sed quaedam simulacra, modis pallentia miris:  
 125 Unde sibi exortam semper florentis Homeri  
 Commemoratur speciem lacrimas effundere salsas  
 Coepisse, et rerum naturam expandere dictis.  
 Quapropter, bene quom superis de rebus habenda  
 Nobis est ratio, solis lunaeque meatus  
 130 Qua fiant ratione, et qua vi quaeque gerantur  
 In terris; tunc cum primis ratione sagaci,  
 Unde anima atque animi constet natura, videndum  
 Et quae res, nobis vigilantibus obvia, menteis  
 Terrificet, morbo affecteis somnoque sepulcrais;  
 135 Cernere uti videamus eos audireque coram,  
 Morte obita quorum tellus amplectitur ossa.  
 Nec me animi fallit, Graiorum obscura reperta  
 Difficile illustrare Latinis versibus esse;  
 Multa novis verbis praesertim quom sit agendum,  
 140 Propter egestatem linguae et rerum novitatem:  
 Sed tua me virtus tamen et sperata voluptas  
 Suavis amicitiae quemvis efferre laborem  
 Suadet, et inducit nocteis vigilare serenas,  
 Quaerentem, dictis quibus et quo carmine demum  
 145 Clara tuae possim praepandere lumina menti,  
 Res quibus occultas penitus convisere possis.  
 Hunc igitur terrorem animi tenebrasque necesse est  
 Non radiei solis, neque lucida tela diei  
 Discussant, sed naturae species, ratioque:  
 150 Quoius principium hinc nobis exordia sumet,  
 Nullam rem e nihilo gigni divinitus unquam.  
 Quippe ita formido mortaleis continet omneis,  
 Quod multa in terris fieri coeloque tuentur,  
 Quorum operum causas nulla ratione videre  
 155 Possunt, ac fieri divino numine rentur.  
 Quas ob res, ubi viderimus nil posse creari  
 De nihilo, tum, quod sequimur, iam rectius inde  
 Perspiciemus, et unde queat res quaeque creari,  
 Et quo quaeque modo fiant opera sine divom.  
 160 Nam, si de nihilo fierent, ex omnibu' rebus  
 Omne genus nasci posset: nil semine egeret.  
 mare primum homines, e terra posset oriri

- Squamigerum genus et volucres; erumpere coelo  
 Armenta atque aliae pecudes; genus omne ferarum  
 Incerto partu culta ac deserta tenerent: 165  
 Nec fructus idem arboribus constare solerent,  
 Sed mutarentur: ferre omnes omnia possent.  
 Quippe, ubi non essent genitalia corpora quoique,  
 Qui posset mater rebus consistere certa?  
 At nunc, seminibus quia certis quaeque creantur, 170  
 Inde enascitur atque oras in luminis exit,  
 Materies ubi inest quouisque et corpora prima:  
 Atque hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni,  
 Quod certis in rebus inest secreta facultas.  
 Practerea, quur vere rosam, frumenta calore, 175  
 Viteis auctumno fundi suadente videmus;  
 Si non, certa suo quia tempore semina rerum  
 Quom confluerunt, patefit quodquomque creatur,  
 Dum tempestates adsunt, et vivida tellus  
 Tuto res teneras effert in luminis oras? 180  
 Quod si de nihilo fierent, subito exorerentur  
 Incerto spatio, atque alienis partibus anni:  
 Quippe ubi nulla forent primordia, quae genitali  
 Concilio possent arceri tempore iniquo.  
 Nec porro augendis rebus spatio foret usus 185  
 Seminis ad coitum, e nihilo si crescere possent.  
 Nam fierent iuvenes subito ex infantibus parvis,  
 E terraque, exorta repente, arbusta salirent.  
 Quorum nil fieri manifestum est, omnia quando  
 Paullatim crescunt, ut par est, semine certo; 190  
 Crescundoque genus servant: ut noscere possis  
 Quaeque sua de materia grandescere alique.  
 Huc accedit, uti sine certis imbribus anni  
 Laetificos nequeat fetus summittere tellus:  
 Nec porro, secreta cibo, natura animantium 195  
 Propagare genus possit vitamque tueri:  
 Ut potius multis communia corpora rebus  
 Multa putes esse, ut verbeis elementa videmus,  
 Quam sine principiis ullam rem existere posse.  
 Denique quur homines tantos natura parare 200  
 Non potuit, pedibus qui pontum per vada possent  
 Transire, et magnos manibus divellere monteis,  
 Multaque vivendo vitalia vincere secla;  
 Si non, materies quia rebus reddita certa est  
 Gignundeis, e qua constat quid possit oriri? 205  
 Nil igitur fieri de nilo posse fatendum est;  
 Semine quando opus est rebus, quo quaeque creatae

Aëris in teneras possent proferrier auras.

Postremo, quoniam inculteis praestare videmus

210 *Culta loca, et manibus meliores reddere fetus,  
Esse videlicet in terris primordia rerum;*

*Quae nos, fecundas vortentes vomere glebas,  
Terraïque solum subigentes, cimus ad ortus.*

*Quod si nulla forent, nostro sine quaeque labore*

215 *Sponte sua multo fieri meliora videres.*

*Huc accedit, uti quaeque in sua corpora rursum  
Dissolvat natura, neque ad nihilum interimat res.*

*Nam, si quid mortale e cunctis partibus esset,  
Ex oculis res quaeque repente erepta periret;*

220 *Nulla vi foret usus enim, quae partibus eius  
Discidium parere et nexus exsolvere posset.*

*Quod nunc, aeterno quia constant semine quaeque,  
Donec vis obiit, quae res diverberet ictu,*

*Aut intus penetret per inania, dissolvatque,*

225 *Nullius exitium patitur natura videri.*

*Praeterea, quaequomque vetustate amovet aetas,  
Si penitus perimit, consumens materiem omnem,  
Unde animale genus generatim in lumina vitae  
Reducit Venus; et reductum daedala tellus*

230 *Unde alit atque auget, generatim pabula praebens?*

*Unde mare, ingenui fontes, aeternaque longe  
Flumina suppeditant? unde aether sidera pascit?*

*Omnia enim debet, mortali corpore quae sunt,  
Infinita aetas consumse ante acta diesque.*

235 *Quod si in eo spatio atque ante acta aetate fuere,  
E quibus haec rerum consistit summa refecta;*

*Immortali sunt natura praedita certe:*

*Haud igitur possunt ad nilum quaeque reverti.*

*Denique res omneis eadem vis causaque volgo*

240 *Conficeret, nisi materies aeterna teneret*

*Inter se nexu minus aut magis indupedita:*

*Tactus enim leti satis esset causa profecto;*

*Quippe ubi nulla forent aeterno corpore; quorum  
Contextum vis deberet dissolvere quaeque.*

245 *At nunc, inter se quia nexus principiorum*

*Dissimiles constant, aeternaque materies est,*

*Incolumi remanent res corpore, dum satis acris*

*Vis obeat pro textura quouisque reperta.*

*Haud igitur redit ad nihilum res ulla, sed omnes*

250 *Discidium redeunt in corpore materiai.*

*Postremo, pereunt imbres, ubi eos pater Aether  
In gremium matris Terrai praecipitavit:*

- At nitidae surgunt fruges, rameique virescunt  
 Arboribus; crescunt ipsae, fetuque gravantur. 255  
 Hinc alitur porro nostrum genus atque ferarum;  
 Hinc laetas urbeis puerum florere videmus,  
 Frondiferasque novis avibus canere undique sylvas;  
 Hinc fessae pecudes pingues per pabula laeta  
 Corpora deponunt, et candens lacteus humor 260  
 Uberibus manat distentis: hinc nova proles  
 Artubus infirmis teneras lasciva per herbas  
 Ludit, lacte mero menteis percussa novellas.  
 Haud igitur penitus pereunt quaequomque videntur:  
 Quando alid ex alio reficit natura, nec ullam  
 Rem gigni patitur, nisi morte adiuta aliena. 265
- Nunc age, res quoniam docui non posse creari  
 De nihilo, neque itcm genitas ad nil revocari;  
 Ne qua forte tamen coeptes diffidere dictis,  
 Quod nequeunt oculis rerum primordia cerni;  
 Accipe praeterea, quae corpora tute necesse est 270  
 Confiteare esse in rebus, nec posse videri.
- Principio, venti vis verberat incita pontum,  
 Ingenteisque ruit naveis, et nubila differt;  
 Interdum, rapido percurrens turbine, campos  
 Arboribus magnis sternit monteisque supremos 275  
 Syivifragis vexat flabris: ita perfurit acri  
 Cum fremitu, saevitque minaci murmure pontus.  
 Sunt igitur ventei nimirum corpora caeca,  
 Quae mare, quae terras, quae denique nubila coeli  
 Verrunt, ac subito vexantia turbine raptant. 280  
 Nec ratione fluunt alia stragemque propagant,  
 Ac quom mollis aquae fertur natura repente  
 Flumine abundanti, quem largis imbribus auget  
 Montibus ex altis magnus decursus aquai,  
 Fragmina coniiiciens sylvarum arbustaque tota: 285  
 Nec validei possunt pontes venientis aquai  
 Vim subitam tolerare; ita, magno turbidus imbri,  
 Molibus incurrit validis cum viribus amnis;  
 Dat sonitu magno stragem, volvitque sub undis  
 Grandia saxa; ruit qua quidquam fluctibus obstat. 290  
 Sic igitur debent venti quoque flamina ferri:  
 Quae, veluti validum quom flumen procubuere  
 Quamlibet in partem, trudent res ante, ruuntque  
 Impetibus crebris; interdum vortice torto  
 Corripiunt, rapideique rotanti turbine portant. 295  
 Quare etiam atque etiam sunt ventei corpora caeca:  
 Quandoquidem factis et moribus aemula magnis

- Amnibus inveniuntur, aperto corpore quei sunt.  
 Tum porro varios rerum sentimus odores,  
 300 Nec tamen ad nareis venienteis cernimus unquam:  
 Nec validos aestus tuimur, nec frigora quimus  
 Usurpare oculis, nec voces cernere suemus;  
 Quae tamen omnia corporea constare necesse est  
 Natura; quoniam sensus impellere possunt:  
 305 Tangere enim aut tangi, nisi corpus, nulla potest res.  
 Denique fluctifrago suspensae in litore vestes  
 Urescunt; eadem dispansae in sole serescunt:  
 At neque, quo pacto persederit humor aquai,  
 Visum est, nec rursus quo pacto fugerit aestu.  
 310 In parvas igitur parteis dispergitur humor,  
 Quas oculi nulla possunt ratione videre.  
 Quin etiam, multis solis redeuntibus annis,  
 Annulus in digito subtertenuatur habendo:  
 Stillicidi casus lapidem cavat: uncus aratri  
 315 Ferreus occulte decrescit vomer in arvis:  
 Strataque iam volgi pedibus detrita viarum  
 Saxea conspiciamus: tum portas propter athena  
 Signa manus dextras ostendunt attenuari  
 Saepe salutantum tactu praeterque meantum.  
 320 Haec igitur minui, quom sint detrita, videmus;  
 Sed, quae corpora decedant in tempore quoque,  
 Invida praeclusit speciem natura videndi.  
 Postremo, quaequomque dies natura rebus  
 Paullatim tribuit, moderatim crescere cogens,  
 325 Nulla potest oculorum acies contenta tueri;!  
 Nec porro quaequomque aevo macieque senescunt:  
 Nec, mare quae impendent, vesco sale saxa peresa  
 Quid quoque amittant in tempore, cernere possis.  
 Corporibus caecis igitur natura gerit res.  
 330 Nec tamen undique corporea stipata tenentur  
 Omnia natura; namque est in rebus inane:  
 Quod tibi cognosse in multis erit utile rebus;  
 Nec sinet errantem dubitare, et quaerere semper  
 De summa rerum, et nostris diffidere dictis.  
 335 Quapropter locus est intactus, inane, vacansque.  
 Quod si non esset, nulla ratione moveri  
 Res possent; namque, officium quod corporis extat,  
 Officere atque obstare, id in omni tempore adesset  
 Omnibus: haud igitur quidquam procedere posset,  
 340 Principium quoniam cedendi nulla daret res.  
 At nunc per maria ac terras sublimaue coeli  
 Multa modis multis varia ratione moveri



Cernimus ante oculos: quae, si non esset inane,  
 Non tam sellicito motu privata carerent,  
 Quam genita omnino nulla ratione fuissent: 345  
 Undique materies quoniam stipata quiesset.

Praeterea, quamvis solidae res esse putentur,  
 Hinc tamen esse licet raro cum corpore cernas.  
 In saxis ac speluncis permanat aquarum  
 Liquidus humor, et uberibus flent omnia guttis: 350

Dissupat in corpus sese cibus omne animantum:  
 Crescunt arbusta, et fetus in tempore fundunt,  
 Quod cibus in totas, usque ab radicibus imis,  
 Per troncos ac per ramos diffunditur omnis: 355  
 Inter saepta meant voces, et clausa domorum  
 Transvolitant: rigidum permanat frigus ad ossa.  
 Quod, nisi inania sint, qua possent corpora quaeque  
 Transire, haud ulla fieri ratione videres.

Denique, quae alias aliis praestare videmus  
 Pondere res rebus, nihilo maiore figura? 360

Nam, si tantundem est in lanæ glomere, quantum  
 Corporis in plumbo est, tantundem pendere par est;  
 Corporis officium est quoniam premere omnia deorsum:  
 Contra autem natura manet sine pondere inanis.

Ergo, quod magnum est aequè, leviusque videtur, 365  
 Nimirum plus esse sibi declarat inanis:

At contra gravius plus in se corporis esse  
 Dedicat, et multo vacuum minus intus habere.

Est igitur nimirum id, quod ratione sagaci  
 Quaerimus, admixtum rebus; quod inane vocamus. 370

Illud, in his rebus ne te deducere vero  
 Possit, quod quidam fingunt, praecurrere cogor.  
 Cedere squamigeris latices nitentibus aiunt,  
 Et liquidas aperire vias, quia post loca pisces  
 Linqunt, quo possint cedentes confluere undae: 375

Sic alias quoque res inter se posse moveri,  
 Et mutare locum, quamvis sint omnia plena.  
 Scilicet id falsa totum ratione receptum est.

Nam quo squamigerei poterunt procedere tandem,  
 Ni spatium dederint latices? concedere porro 380

Quo poterunt undae, quom pisces ire nequibunt?  
 Aut igitur motu privandum est corpora quaeque,  
 Aut esse admixtum dicendum est rebus inane;  
 Unde initum primum capiat res quaeque movendi.

Postremo, duo de concurso corpora lata 385  
 Si cita dissiliant, nempe aër omne necesse est,  
 Inter corpora quod fiat, possidat inane.

- Is porro quamvis, circum celerantibus auris,  
 Confluat, haud poterit tamen uno tempore totum  
 390 Compleri spatium: nam primum quemque necesse est  
 Occupet ille locum, deinde omnia possideantur.  
 Quod si forte aliquis, quom corpora dissiluerit,  
 Tum putat id fieri, quia se condenseat aër,  
 Errat: nam vacuum tum fit, quod non fuit ante,  
 395 Et repletur item, vacuum quod constitit ante;  
 Nec tali ratione potest denserier aër,  
 Nec, si iam posset, sine inani posset, opinor,  
 Ipse in se trahere, et parteis conducere in unum.  
 Quapropter, quamvis causando multa moreris,  
 400 Esse in rebus inane tamen fateare necesse est.  
 Multaque praeterea tibi possum commemorando  
 Argumenta fidem dicteis conradere nostris:  
 Verum animo satis haec vestigia parva sagaci  
 Sunt, per quae possis cognoscere cetera tute.  
 405 Namque canes ut montivagae persaepe feraï  
 Naribus inveniunt intectas frunde quietes,  
 Quom semel institerunt vestigia certa viaï:  
 Sic alid ex alio per te tute ipse videre  
 Talibus in rebus poteris, caecisque latebras  
 410 Insiquare omneis, et verum protrahere inde.  
 Quod si pigraris, paullumve recesseris abs re,  
 Hoc tibi de plano possum promittere, Memmi:  
 Usque adeo largos haustus e fontibu' magnis  
 Lingua meo suavis diti de pectore fundet,  
 415 Ut verear, ne tarda prius per membra senectus  
 Serpat, et in nobis vitaï claustra resolvat,  
 Quam tibi de quavis una re versibus omnis  
 Argumentorum sit copia missa per aureis.  
 Sed nunc, ut repetam coeptum pertexere dictis.  
 420 Omnis, ut est, igitur per se natura duabus  
 Constitit in rebus: nam corpora sunt, et inane,  
 Haec in quo sita sunt, et qua divorsa moventur.  
 Corpus enim per se communis dedicat esse  
 Sensus: quoi nisi prima fides fundata valebit,  
 425 Haud erit, occultis de rebus quo referentes  
 Confirmare animos quidquam ratione queamus.  
 Tum porro locus, ac spatium, quod inane vocamus,  
 Si nullum foret, haud quaquam sita corpora possent  
 Esse, neque omnino quoquam divorsa meare:  
 430 Id quod iam supra tibi paullo ostendimus ante.  
 Praeterea nihil est, quod possis dicere ab omni  
 Corpore seiunctum secretumque esse ab inani;

Quod quasi tertia sit numero natura reperta.  
 Nam quodquomque erit, esse aliquid debebit id ipsum,  
 Augmine vel grandi, vel parvo denique dum sit; 435  
 Quom si tactus erit quamvis levis exiguusque,  
 Corporis augebit numerum, summamque sequetur:  
 Sin intactile erit, nulla de parte quod ullam  
 Rem prohibere queat per se transire meantem;  
 Scilicet hoc id erit vacuum, quod inane vocamus. 440

Praeterea per se quodquomque erit, aut faciet quid,  
 Aut aliis fungi debebit agentibus ipsum;  
 Aut erit, ut possunt in eo res esse gerique:  
 At facere et fungi sine corpore nulla potest res,  
 Nec praebere locum porro, nisi inane vacansque. 445  
 Ergo praeter inane et corpora tertia per se  
 Nulla potest rerum in numero natura relinqui;  
 Nec quae sub sensus cadat ullo tempore nostros,  
 Nec ratione animi quam quisquam possit apisci.

Nam quaequomque cluent, aut his coniuncta duabus 450  
 Rebus ea invenies, aut horum eventa videbis.

Coninunctum est id, quod nunquam sine pernicali  
 Discidio potis est sciungi seque gregari,  
 Pondus uti saxi, calor ignis, liquor aquai,  
 Tactus corporibus cunctis, intactus inani. 455  
 Servitium contra, paupertas, divitiaeque,  
 Libertas, bellum, concordia, cetera, quorum  
 Adventu manet incolomis natura abituque;  
 Haec solitei sumus, ut par est, eventa vocare.

Tempus item per se non est, sed rebus ab ipsis 460  
 Consequitur sensus, transactum quid sit in aevo;  
 Tum, quae res instet; quid porro deinde sequatur:  
 Nec per se quemquam tempus sentire fatendum est  
 Semotum ab rerum motu placidaque quiete.

Denique, Tyndaridem raptam, belloque subactas 465  
 Troiugenas genteis quom dicunt esse, videndum est,  
 Ne forte haec per se cogant nos esse fateri;  
 Quando ea secla hominum, quorum haec eventa fuerunt,  
 Irrevocabilis abstulerit iam praeterita aetas.  
 Namque aliud terreis, aliud legionibus ipseis 470  
 Eventum dici poterit, quodquomque erit actum.

Denique materies si rerum nulla fuisset,  
 Nec locus ac spatium, res in quo quaeque geruntur;  
 Nunquam Tyndaridis formae conflatus amore  
 Ignis, Alexandri Phrygio sub pectore gliscens, 475  
 Clara accendisset saevi certamina belli;  
 Nec clam durateus Troianis Pergama partu

- Inflammasset equus nocturno Graiugenarum:  
 Perspicere ut possis, res gestas funditus omneis
- 480 Non ita, uti corpus, per se constare, neque esse:  
 Nec ratione cluere eadem, qua constat inane:  
 Sed magis ut merito possis eventa vocare  
 Corporis atque loci, res in quo quaeque gerantur.  
 Corpora sunt porro partim primordia rerum,
- 485 Partim concilio quae constant principiorum.  
 Sed, quae sunt rerum primordia, nulla potest vis  
 Stringere; nam solido vincunt ea corpore demum;  
 Etsi difficile esse videtur, fors ita quidquam  
 In rebus solido reperiri corpore posse:
- 490 Transit enim fulmen coeli per saepta domorum,  
 Clamor ut ac voces; ferrum candescit in igni;  
 Dissiliuntque fere ferventi saxa vapore;  
 Collabefactatus rigor auri solvitur aestu;  
 Tum glacies aeris, flamma devicta, liquescit;
- 495 Permanat calor argentum penetrabileque frigus,  
 Quando utrumque manu, retinentes pocula rite,  
 Sensimus, infuso lympharum rore superne:  
 Usque adeo in rebus solidi nihil esse videtur.  
 Sed quia vera tamen ratio naturaque rerum
- 500 Cogit, ades, paucis dum versibus expediamus,  
 Esse ea, quae solido atque aeterno corpore constent;  
 Semina quae rerum primordiaque esse docemus:  
 Unde omnis rerum nunc constet summa creata.  
 Principio, quoniam duplex natura duarum
- 505 Dissimilis rerum longe constare reperta est,  
 Corporis, atque loci, res in quo quaeque geruntur;  
 Esse utramque sibi per se puramque necesse est:  
 Nam quaquomque vacat spatium, quod inane vocamus,  
 Corpus ea non est: qua porro quomque tenet se
- 510 Corpus, ea vacuum nequaquam constat inane.  
 Sunt igitur solida ac sine inani corpora prima.  
 Praeterea, quoniam genitis in rebus inane est  
 Materiem circum solidam constare necesse est:  
 Nec res ulla potest vera ratione probari.
- 515 Corpore inane suo celare atque intus habere,  
 Si non, quod cohibet, solidum constare relinquant.  
 Id porro nihil esse potest, nisi materiai  
 Concilium, quod inane queat tectum cohibere.  
 Materies igitur, solido quae corpore constat,
- 520 Esse aeterna potest, quom cetera dissolvantur.  
 Tum porro, si nil esset, quod inane vacaret,  
 Omne foret solidum: nisi contra corpora certa

Essent, quae loca complerent, quaequomque tenerent;  
 Omne, quod est, spatium, vacuum constaret inane. 525  
 Alternis igitur nimirum corpus inani  
 Distinctum; quoniam nec plenum gnauiter exstat,  
 Nec porro vacuum: sunt ergo corpora certa,  
 Quae spatium pleno possint distinguere inane.  
 Haec neque dissolvi plagis, extrinsecus icta,  
 Possunt, nec porro, penitus penetrata, retexi; 530  
 Nec ratione queunt alia tentata labare:  
 Id quod iam supra tibi paullo ostendimus ante.  
 Nam neque collidi sine inani posse videtur  
 Quidquam, nec frangi, nec findi in bina secando;  
 Nec capere humorem, neque item manabile frigus, 535  
 Nec penetralem ignem; quibus omnia conficiuntur.  
 Et quo quaeque magis cohibet res intus inane,  
 Tam magis his rebus penitus tentata labascit.  
 Ergo, si solida ac sine inani corpora prima  
 Sunt, ita uti docui, sint haec aeterna necesse est. 540  
 Praeterea, nisi materies aeterna fuisset,  
 Antehac ad nihilum penitus res quaeque redissent;  
 De nihiloque renata forent, quaequomque videmus.  
 At quoniam supra docui, nil posse creari  
 De nihilo, neque, quod genitum est, ad nil revocari; 545  
 Esse immortalis primordia corpore debent,  
 Dissolvi quo quaeque supremo tempore possint,  
 Materies ut suppeditet rebus reparandis.  
 Sunt igitur solida primordia simplicitate,  
 Nec ratione queunt alia, servata per aevom, 550  
 Ex infinito iam tempore res reparare.  
 Dènique, si nullam finem natura parasset  
 Frangundis rebus, iam corpora materiai  
 Usque redacta forent, aevo frangente priore, 555  
 Ut nihil ex ollis a certo tempore posset,  
 Conceptum, summum aetatis pervadere finem;  
 Nam quidvis citius dissolvi posse videmus,  
 Quam rursus refici: quapropter longa diei  
 Infinita aetas anteaeti temporis omnis, 560  
 Quod fregisset adhuc, disturbans dissoluensque,  
 Nunquam id relicuo reparari tempore posset:  
 At nunc nimirum frangundi reddita finis  
 Certa manet, quoniam refici rem quamque videmus,  
 Et finita simul generatim tempora rebus 565  
 Stare, quibus possint aevi contingere florem.  
 Huc accedit, uti solidissima materiai  
 Corpora quom constant, possint tamen omnia reddi

- Mollia, quae fiunt, aër, aqua, terra, vapores,  
 Quo pacto fiant, et qua vi quomque gerantur:
- 570 Admixtum quoniam simul est in rebus inane.  
 At contra, si mollia sint primordia rerum,  
 Unde queant validei silices ferrumque creari,  
 Non poterit ratio reddi: nam funditus omnis  
 Principio fundamenti natura carebit.
- 575 Sunt igitur solida pollentia simplicitate;  
 Quorum condenseo magis omnia conciliata  
 Arctari possunt, validasque ostendere vireis.  
 Porro, si nulla est frangundeis reddita finis  
 Corporibus, tamen ex aeterno tempore quaeque
- 580 Nunc etiam superare necesse est corpora rebus,  
 Quae nondum clueant ullo tentata periclo.  
 At quoniam fragili natura praedita constant,  
 Discrepat, aeternum tempus potuisse manere  
 Innumerabilibus plagis vexata per aevom.
- 585 Denique, iam quoniam generatim reddita finis  
 Crescundeis rebus constat vitamque tenendi,  
 Et quid quaeque queant, per foedera naturai,  
 Quid porro nequeant, sancitum quandoquidem exstat;  
 Nec commutatur quidquam; quin omnia constant
- 590 Usque adeo, variae volucres ut in ordine cunctae  
 Ostendant maculas generaleis corpore inesse:  
 Immutabile materiae quoque corpus habere  
 Debent nimirum. Nam si primordia rerum  
 Commutari aliqua possent ratione revicta,
- 595 Incertum quoque iam constet, quid possit oriri,  
 Quid nequeat; finita potestas denique quoique  
 Quanam sit ratione, atque alte terminus haerens;  
 Nec totiens possent generatim secla referre  
 Naturam, motus, victum, moresque parentum.
- 600 Tum porro, quoniam est extremum quodque cacumen  
 Corporis illius, quod nostri cernere sensus  
 Iam nequeunt; id nimirum sine partibus exstat,  
 Et minima constat natura: nec fuit unquam  
 Per se secretum, neque post haec esse valebit;
- 605 Alterius quoniam est ipsum pars primaque et ima:  
 Inde aliae atque aliae similes ex ordine partes  
 Agmine condenseo naturam corporis explent.  
 Quae, quoniam per se nequeunt constare, necesse est  
 Haerere; unde queant nulla ratione revelli.
- 610 Sunt igitur solida primordia simplicitate,  
 Quae minimis stipata cohaerent partibus arcte;  
 Non ex ullorum conventu conciliata,

Sed magis aeterna pollentia simplicitate :

Unde neque avelli quidquam, neque diminui iam

Concedit natura, reservans semina rebus.

615

Praeterea, nisi erit minimum, parvissima quaeque

Corpora constabunt ex partibus infinitis:

Quippe ubi dimidiae partis pars semper habebit

Dimidiam partem, nec res praefiniet ulla.

Ergo rerum inter summam minimumque quid escit?

620

Nil erit, ut distent: nam quamvis funditus omnis

Summa sit infinita, tamen, parvissima quae sunt,

Ex infinitis constabunt partibus aequae.

Quod, quoniam ratio reclamat vera, negatque

Credere posse animum, victus fateare necesse est,

625

Esse ea, quae nullis iam praedita partibus exstent,

Et minuma constant natura: quae quoniam sunt,

Olla quoque esse tibi solida atque aeterna fatendum.

Denique, ni minumas in parteis cuncta resolvi

Cogere consuesset rerum natura creatrix,

630

Iam nihil ex ollis eadem reparare valeret:

Propterea, quia, quae nullis sunt partibus aucta,

Non possunt ea, quae debet genitalis habere

Materies, varios connexus, pondera, plagas,

Concursus, motus, per quos res quaeque geruntur.

635

Quapropter, qui materiem rerum esse putarunt

Ignem, atque ex igni summam consistere solo,

Magno opere a vera lapsi ratione videntur.

Heraclitus inquit quorum dux proelia primus,

640

Clarus ob obscuram linguam magis inter inaneis,

Quamde graveis inter Graios, qui vera requirunt.

Omnia enim stolidi magis admirantur amantque,

Invorsis quae sub verbis latitantia cernunt;

Veraque constituunt, quae belle tangere possunt

Aureis, et lepido quae sunt fucata sonore.

645

Nam quur tam variae res possent esse, requiro,

Ex uno si sunt igni puroque creatae?

Nil prodesset enim calidum denserier ignem,

Nec rarefieri, si partes ignis eandem

Naturam, quam totus habet super ignis, haberent.

650

Acrior ardor enim conducteis partibus esset,

Languidior porro disiecteis disque supateis,

Amplius hoc fieri nihil est quod posse rearis

Talibus in causis; nedum variantia rerum

Tanta queat densis rarisque ex ignibus esse.

655

Id quoque, si faciant admixtum rebus inane,

Denseri poterunt ignes, rareique relinqui :

- Sed, quia multa sibi cernunt contraria inesse,  
 Et fugitant in rebus inane relinquere purum;
- 660 Ardua dum metuunt, amittunt vera viai:  
 Nec rursus cernunt exemptum rebus inane,  
 Omnia denseri, fierique ex omnibus unum  
 Corpus, nil ab se quod possit mittere raptim,  
 Aestifer ignis uti lumen iacit atque vaporem;
- 665 Ut videas non e stipatis partibus esse.  
 Quod si forte ulla credunt ratione potesse  
 Igneis in coctu stingui, mutareque corpus;  
 Scilicet ex nulla facere id si parte reparcent,  
 Occidet ad nihilum nimirum funditus ardor
- 670 Omnis, et ex nihilo fient quaequomque creantur.  
 Nam quodquomque suis mutatum finibus exit,  
 Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante;  
 Proinde aliquid superare necesse est incolume ollis,  
 Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes,
- 675 De nihiloque renata virescat copia rerum.  
 Nunc igitur, quoniam certissima corpora quaedam  
 Sunt, quae conservant naturam semper eandem,  
 Quorum abitu aut aditu, mutatoque ordine, mutant  
 Naturam res, et convertunt corpora sese;
- 680 Scire licet, non esse haec ignea corpora rerum.  
 Nil referret enim, quaedam discedere, abire,  
 Atque alio attribui, mutarique ordine quaedam,  
 Si tantum ardoris naturam cuncta tenerent:  
 Ignis enim foret omnimodis, quodquomque crearet.
- 685 Verum, ut opinor, ita est: sunt quaedam corpora, quorum  
 Concursus, motus, ordo, positura, figurae  
 Efficiunt igneis, mutatoque ordine mutant  
 Naturam; neque sunt igni simulata, neque ullae  
 Praeterea rei, quae corpora mittere possit
- 690 Sensibus, et nostros adiectu tangere tactus.  
 Dicere porro ignem res omneis esse, neque ullam  
 Rem veram in numero rerum constare, nisi ignem,  
 Quod facit hic idem, perdelirum esse videtur.  
 Nam contra sensus ab sensibus ipse repugnat,
- 695 Et labefactat eos, unde omnia credita pendent;  
 Unde hic cognitus est ipsi, quem nominat ignem.  
 Credit enim sensus ignem cognoscere vere;  
 Cetera non credit, quae nilo clara minus sunt:  
 Quod mihi quom vanum, tum delirum esse videtur.
- 700 Quo referemus enim? Quid nobis certius ipsis  
 Sensibus esse potest? Qui vera ac falsa notemus?  
 Praeterea, quare quisquam magis omnia tollat,



Et velit ardoris naturam linquere solam,  
 Quam neget esse igneis, summam tamen esse relinquat?  
 Aequa videtur enim dementia dicere utrumque. 705  
 Quapropter, quei materiem rerum esse putarunt  
 Ignem, atque ex igni summam consistere posse;  
 Et quei principium gignundeis aëra rebus  
 Constituere; aut humorem queiquomque putarunt  
 Fingere res ipsum per se, terramve creare 710  
 Omnia, et in rerum naturas vortier omneis;  
 Magnopere a vero longei dérrasse videntur.  
 Adde etiam, quei conduplicant primordia rerum,  
 Aëra iungentes igni terramque liquori;  
 Et quei quatuor ex rebus posse omnia rentur, 715  
 Ex igni, terra atque anima, prorescere, et imbri.  
 Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est;  
 Insula quem triquetris terrarum gessit in oris,  
 Quam fluitaus circum magnis amfractibus aequor  
 Ionium glaucis adspergit virus ab undis, 720  
 Angustoque fretu rapidum mare dividit undis  
 Acoliae terrarum oras a finibus eius:  
 Hic est vasta Charybdis, et hic Aetnaea minantur  
 Murmura, flammaram rursum se colligere iras,  
 Faucibus eruptos iterum vis ut vomat igneis, 725  
 Ad coelumque ferat flammai fulgura rursum.  
 Quae quom magna modis multis miranda videtur  
 Gentibus humanis regio, visundaque fertur,  
 Rebus opima bonis, multa munita virùm vi:  
 Nil tamen hoc habuisse viro praeclarius in se, 730  
 Nec sanctum magis et mirum carumque, videtur.  
 Carmina quin etiam divini pectoris eius  
 Vociferantur, et exponunt praeclara reperta;  
 Ut vix humana videatur stirpe creatus. 735  
 Hic tamen et, supra quos diximus, inferiores  
 Partibus egregie multis, multoque minores,  
 Quamquam, multa bene ac divinitus inuenientes,  
 Ex adyto tanquam cordis responsa dedere  
 Sanctius, et multo certa ratione magis, quam  
 Pythia, quae tripode ex Phoebi lauroque profatur; 740  
 Principiis tamen in rerum fecere ruinas,  
 Et graviter magnei magno cecidere ibi casu:  
 Primum, quod motus, excemto rebus inani,  
 Constituunt, et res molleis rarasque relinquunt,  
 Aëra, solem, ignem, terras, animalia, fruges; 745  
 Nec tamen admiscent in eorum corpus inane:  
 Deinde, quod omnino finem non esse secandis

- Corporibus faciunt, neque pausam stare fragori;  
 Nec prorsum in rebus minimum consistere quidquam;
- 750 Quom videamus id extremum quouisque cacumen  
 Esse, quod ad sensus nostros minimum esse videtur;  
 Coniicere ut possis ex hoc, quod cernere non quis,  
 Extremum quod habent, minimum consistere rebus.  
 Huc accedit item, quoniam primordia rerum
- 755 Mollia constituunt, quae nos nativa videmus  
 Esse, et mortali cum corpore funditus: atqui  
 Debeat ad nihilum iam rerum summa reverti,  
 De nihiloque renata vigescere copia rerum:  
 Quorum utrumque quid a vero iam distet, habebas.
- 760 Deinde inimica modis multis sunt atque venena  
 Ipsa sibi inter se: quare aut congressa peribunt,  
 Aut ita diffugient, ut, tempestate coacta,  
 Fulmina diffugere atque imbreis ventosque videmus.  
 Denique, quatuor ex rebus si cuncta creantur,
- 765 Atque in eas rursus res omnia dissoluuntur,  
 Qui magis olla queunt rerum primordia dici,  
 Quam contra res ollorum, retroque putari?  
 Alternis gignuntur enim, mutantque colorem  
 Et totam inter se naturam tempore ab omni.
- 770 Sin ita forte putas ignis terraeque coire  
 Corpus et aërias auras roremque liquorum,  
 Nil in concilio naturam ut mutet eorum;  
 Nulla tibi ex ollis poterit res esse creata,  
 Non animans, non exanimo cum corpore, ut arbos;
- 775 Quippe suam quidque in coetu variantis acervi  
 Naturam ostendet, mixtusque videbitur aër  
 Cum terra simul et quodam cum rore manere:  
 At primordia gignundis in rebus oportet  
 Naturam clandestinam caecamque adhibere;
- 780 Emineat ne quid, quod contra pugnet et obstet,  
 Quo minus esse queat proprie, quodquomque creatur.  
 Quin etiam repetunt a coelo atque ignibus eius;  
 Et primum faciunt ignem se vortere in auras  
 Aëris; hinc imbrem gigni, terramque creari
- 785 Ex imbri; retroque a terra cuncta reverti,  
 Humorem primum, post aëra, deinde calorem;  
 Nec cessare haec inter se mutare, meare  
 A coelo ad terram, de terra ad sidera mundi:  
 Quod facere haud ullo debent primordia facto.
- 790 Immutabile enim quiddam superare necesse est;  
 Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.  
 Nam quodquomque suis mutatum finibus exit,

Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante.  
 Quapropter, quoniam quae paullo diximus ante,  
 In commutatum veniunt, constare necesse est 795  
 Ex aliis ea, quae nequeant conuertier usquam:  
 Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes.  
 Quin potius, tali natura praedita, quaedam  
 Corpora constituas; ignem si forte crearint,  
 Posse eadem, demtis paucis, paucisque tributis, 800  
 Ordine mutato et motu, facere aëris auras:  
 Sic alias aliis rebus mutarier omneis.

At manifesta palam res indicat, inquis, in auras  
 Aëris e terra res omneis crescere alicue;  
 Et, nisi tempestas indulget tempore fausto, 805  
 Imbribus et tabe nimborum arbusta vacillant;  
 Solque sua pro parte fovet, tribuitque calorem;  
 Crescere non possint fruges, arbusta, animantes.  
 Scilicet; et nisi nos cibus aridus et tener humor  
 Adiuvet, amisso iam corpore, vita quoque omnis 810  
 Omnibus e nervis atque ossibus exsoluatur:

Adiutamur enim dubio procul atque alimur nos  
 Certis ab rebus, certis aliae atque aliae res:  
 Nimirum, quia multimodis communia multis 815  
 Multarum rerum in rebus primordia multa  
 Sunt; ideo variis variae res rebus aluntur.  
 Atque eadem magni refert primordia saepe  
 Cum quibus et quali positura contineantur,  
 Et quos inter se dent motus accipiantque.  
 Namque eadem coelum, mare, terras, flumina, solem 820  
 Constituunt, eadem fruges, arbusta, animanteis:  
 Verum aliis alioque modo commixta moventur.

Quin etiam passim nostris in versibus ipsis  
 Multa elementa vides, multis communia verbis:  
 Quom tamen inter se versus ac verba necesse est 825  
 Confitere et re et sonitu distare sonanti:  
 Tantum elementa queunt, permutato ordine solo!  
 At rerum quae sunt primordia, plura adhibere  
 Possunt, unde queant variae res quaeque creari.

Nunc et Anaxagorae scrutemur *ὁμοιομέρειαν*, 830  
 Quam Graiei memorant, nec nostra dicere lingua  
 Concedit nobis patrii sermonis egestas:  
 Sed tamen ipsam rem facile est exponere verbis,  
 Principium rerum, quam dicit *ὁμοιομέρειαν*.  
 Ossa videlicet e paucillis atque minutis 835  
 Ossibu', sic et de paucillis atque minutis  
 Visceribus viscus gigni, sanguenque creari

- Sanguinis inter se multis coëuntibu' guttis;  
 Ex auriq̄ue putat micis consistere posse
- 840 Aurum, et de terris terram concreescere parvis;  
 Ignibus ex igneis, humorem humoribus esse.  
 Cetera consimili fingit ratione putatq̄ue.  
 Nec tamen esse ulla parte idem in rebus inane  
 Concedit, neque corporibus finem esse secandcis.
- 845 Quare in utraque mihi pariter ratione videtur  
 Errare; atque ollis iuxta, quos diximus ante.  
 Adde, quod imbecilla nimis primordia fingit;  
 Si primordia sunt, simili quae praedita constant  
 Natura atque ipsae res sunt; aequaque laborant,
- 850 Et pereunt, neque ab exitio res ulla refracnat.  
 Nam quid in oppressu valido durabit eorum,  
 Ut mortem effugiat, leti sub dentibus ipsis?  
 Ignis? an humor? an aura? quid horum? sanguis an? anne os?  
 Nil, ut opinor; ubi ex aequo res funditus omn̄is
- 855 Tam mortalis erit, quam quae manifesta videmus  
 Ex oculis nostris, aliqua vi victa, perire.  
 At neque recidere ad nihilum res posse, neque autem  
 Crescere de nihilo, testor res ante probatas.  
 Praeterea, quoniam cibus auget corpus alitq̄ue;
- 860 Scire licet, nobis venas et sanguen et ossa  
 Et nervos alienigenis ex partibus esse:  
 Sive cibos omneis commixto corpore dicent  
 Esse; et habere in se nervorum corpora parva,  
 Ossaq̄ue, et omnino venas parteisque cruoris;
- 865 Fiet, uti cibus omnis et aridus, et liquor ipse,  
 Ex alienigenis rebus constare putentur,  
 Ossibus et nervis venisque et sanguine mixta.  
 Praeterea, quaequomq̄ue e terra corpora crescunt,  
 Si sunt in terris, terram constare necesse est
- 870 Ex alienigenis, quae terris exoriuntur.  
 Transfer item, totidem verbis utare hocbit:  
 In lignis si flamma latet fumusq̄ue cinisque,  
 Ex alienigenis consistant ligna necesse est.  
 Linquitur hic quaedam latitandi copia tenvis,
- 875 Id quod Anaxagoras sibi sumit; ut omnibus omneis  
 Res putet immixtas rebus latitare, sed illud  
 Apparere unum, quocius sint plurima mixta,  
 Et magis in promptu primaq̄ue in fronte locata:  
 Quod tamen a vera longe ratione repulsum est.
- 880 Conveniebat enim, fruges quoque saepe, minaci  
 Robore quom saxi franguntur, mittere signum  
 Sanguinis, aut aliquid, nostro quae corpore aluntur:

[Quom lapidem in lapidem terimus, manare cruorem.]

Consimili ratione herbas quoque saepe decebat  
Et laticis dulcibus guttas similique sapore 885

Mittere, lanigeræ quales sunt ubere lactis:  
Scilicet; et glebis terrarum saepe friatis  
Herbarum genera et fruges frundeisque videri  
Dispertita, ac in terram latitare minute:

Postremo in lignis cinerem fumumque videri, 890  
Quom praefracta forent, igneisque latere minutos.

Quorum nil fieri quoniam manifesta docet res,  
Scire licet, non esse in rebus res ita mixtas;  
Verum semina multimodis immixta latere  
Multarum rerum in rebus communia debent. 895

At saepe in magnis fit montibus, inquis, ut altis  
Arboribus vicina cacumina summa terantur  
Inter se, validis facere id cogentibus austris,  
Donec flamma fulserunt flore coorto:

Scilicet; et non est lignis tamen insitus ignis, 900  
Verum semina sunt ardoris multa, terendo

Quae quom confluxere, creant incendia sylvis.  
Quod si facta foret sylvis abscondita flamma,  
Non possent ullum tempus celarier ignes:  
Conficerent volgo sylvas, arbusta cremarent. 905

Iamne vides igitur, paullo quod diximus ante,  
Permagni referre, eadem primordia saepe  
Cum quibus et quali positura confineantur,  
Et quos inter se dent motus accipiantque? 910

Atque eadem, paullo inter se mutata, creare  
Igneis e lignis? quo pacto verba quoque ipsa  
Inter se paullo mutatis sunt elementis,  
Cum ligna atque igneis distincta voce notemus.

Denique, iam quaequomque in rebus cernis apertis,  
Si fieri non posse putas, quin materiai 915

Corpora consimili natura praedita fingas,  
Hac ratione tibi pereunt primordia rerum.  
Fiet, uti risu tremulo concussa cachinent,  
Et lacrumis salsis humectent ora genasque.

Nunc age, quod superest, cognosce et clarius audi: 920  
Nec me animi fallit, quam sint obscura; sed acri

Percussit thyrsō laudis spes magna meum cor,  
Et simul incussit suavem mi in pectus amorem  
Musarum: quo nunc instinctus mente vigenti  
Avia Pieridum peragro loca, nullius ante 925

Trita solo; iuvat integros accedere fonteis,  
Atque haurire; iuvatque novos decerpere flores,

- Insignemque meo capiti petere inde coronam,  
Unde prius nulli velarint tempora Musae.
- 930 Primum, quod magnis doceo de rebus, et arctis  
Religionum animum nodis exsolvere pergo:  
Deinde, quod obscura de re tam lucida pango  
Carmina, Musaeo contingens cuncta lepore:  
Id quoque enim non ab nulla ratione videtur;
- 935 Sed, veluti pueris absinthia tetra medentes  
Quom dare conantur, prius oras pocula circum  
Contingunt mellis dulci flavoque liquore,  
Ut puerorum aetas improvida ludificetur  
Labrorum tenuis; interea perpotet amarum
- 940 Absinthii laticem, deceptaque non capiatur,  
Sed potius, tali facto recreata, valescat:  
Sic ego nunc, quoniam haec ratio plerumque videtur  
Tristior esse, quibus non est tractata, retroque  
Vulgus abhorret ab hac, volui tibi suaviloquenti
- 945 Carmine Pierio rationem exponere nostram,  
Et quasi Musaeo dulci contingere melle;  
Si tibi forte animum tali ratione tenere  
Versibus in nostris possem, dum perspicis omnem  
Naturam rerum, qua constet comata figura.
- 950 Sed quoniam docui, solidissima materiai  
Corpora perpetuo volitare invicta per aevom;  
Nunc age, summae quaedam sit finis eorum,  
Necne sit, evolvamus: item, quod inane repertum est,  
Seu locus ac spatium, res in quo quaeque gerantur,
- 955 Pervideamus, utrum finitum funditus omne  
Constet, an immensum pateat vasteque profundum.  
Omne quod est, igitur, nulla regione viarum  
Finitum est; namque extremum debebat habere:  
Extremum porro nullius posse videtur
- 960 Esse, nisi ultra sit quod finiat; ut videatur,  
Quo non longius haec sensus natura sequatur.  
Nunc extra summam quoniam nihil esse fatendum est,  
Non habet extremum; caret ergo fine modoque:  
Nec refert, quibus assistas regionibus eius:
- 965 Usque adeo, quem quisque locum possedit, in omneis  
Tantundem parteis infinitum omne relinquit.  
Praeterea, si iam finitum constituatur  
Omne, quod est, spatium, si quis procurrat ad oras  
Ultimus extremas, iaciatque volatile telum,
- 970 Id validis utrum contortum viribus ire,  
Quo fuerit missum, mavis, longeque volare;  
An prohibere aliquid censes obstareque posse?

Alterutrum fatearis enim sumasque, necesse est,  
 Quorum utrumque tibi effugium praecludit, et omne  
 Cogit ut exempta concedas sine patere. 975

Nam sive est aliquid, quod prohibeat efficiatque,  
 Quo minu', quo missum est, veniat, finique locet se;  
 Sive foras fertur, non est a fine profectum.  
 Hoc pacto sequar, atque, oras ubiquomque locaris  
 Extremas, quaeram, quid telo denique fiat. 980  
 Fiet, uti nusquam possit consistere finis;  
 Effugiumque fugae prolatet copia semper.

Praeterea spatium summaï totius omne  
 Undique si inclusum certis consisteret oris,  
 Finitumque foret; iam copia materiaï 985

Undique ponderibus solidis confluet ad imum;  
 Nec res ulla geri sub coeli tegmine posset;  
 Nec foret omnino coelum, neque lumina solis:  
 Quippe ubi materies omnis cumlata iaceret  
 Ex infinito iam tempore subsidendo. 990

At nunc nimirum requies data principiorum  
 Corporibus, nulla est; quia nil est funditus imum,  
 Quo quasi confluere, et sedeis ubi ponere possint;  
 Semper in assiduo motu res quaeque geruntur  
 Partibus in cunctis, infernaque suppeditantur, 995  
 Ex infinito cita, corpora materiaï.

Postremo ante oculos res rem finire videtur:  
 Aër dissaepit colleis, atque aëra montes;  
 Terra mare, et contra mare terras terminat omneis:  
 Omne quidem vero nihil est, quod finiat, extra. 1000

Est igitur natura loci spatiumque profundi,  
 Quod neque clara suo percurrere flumina cursu  
 Perpetuo possint aevi labentia tractu;  
 Nec prorsum facere, ut restet minus ire, meando:  
 Usque adeo passim patet ingens copia rebus, 1005  
 Finibus exemptis, in cunctas undique parteis.

Ipsa modum porro sibi rerum summa parare  
 Ne possit, natura tenet: quia corpus inani,  
 Et, quod inane autem est, finiri corpore cogit:  
 Ut sic alternis infinita omnia reddat. 1010

Aut etiam, alterutrum nisi terminet alterum eorum,  
 Simplice natura, ut pateat tamen immoderatum:  
 Nec mare, nec tellus, neque coeli lucida templa,  
 Nec mortale genus, nec divom corpora sancta  
 Exiguum possent horai sistere tempus. 1015

Nam dispulsa suo de coetu, materiaï  
 Copia ferretur magnum per inane soluta;  
 Sive adeo potius nunquam concreta creasset

- Ullam rem, quoniam cogi disiecta nequisset.
- 1020 Nam certe neque consilio primordia rerum  
Ordine se suo quaeque sagaci mente locarunt;  
Nec, quos quaeque darent motus, pepigere profecto:  
Sed, quia multa, modis multis mutata, per omne  
Ex infinito vexantur percita plagis,
- 1025 Omne genus motus et coetus experiundo  
Tandem deveniunt in talis disposituras,  
Qualibus haec rebus consistit summa creata:  
Et multos etiam magnos servata per annos,  
Ut semel in motus coniecta est convenientis,
- 1030 Efficit, ut largis avidum mare fluminis undis  
Integrent amnes, et solis terra vapore  
Fota novet fetus, summa quoque gens animantium  
Floreat, et vivant labentes aetheris ignes.  
Quod nullo facerent pacto, nisi materiai
- 1035 Ex infinito suboriri copia posset,  
Unde amissa solent reparare in tempore quaeque.  
Nam veluti, privata cibo, natura animantium  
Diffluit, amittens corpus; sic omnia debent  
Dissolvi, simul ac defecit suppeditare
- 1040 Materies, aliqua ratione avorsa viai.  
Nec plagae possunt extrinsecus undique summam  
Conservare omnem, quaequomque est conciliata:  
Cudere enim crebro possunt, partemque morari,  
Dum veniant aliae, ac suppleri summa queatur.
- 1045 Interdum resilire tamen coguntur, et una  
Principiis rerum spatium tempusque fugai  
Largiri, ut possint a coetu libera ferri.  
Quare etiam atque etiam suboriri multa necesse est:  
Et tamen, ut plagae quoque possint suppetere ipsae,
- 1050 Infinita opus est vis undique materiai.  
Illud in his rebus longe fuge credere, Memmi,  
In medium summae, quod dicunt, omnia niti;  
Atque ideo mundi naturam stare sine ullis  
Ictibus externis, neque quoquam posse resolveri
- 1055 Summa atque ima, quod in medium sint omnia nixa:  
Ipsam si quidquam posse in se sistere credis;  
Et, quae pondera sunt sub terris, omnia sursum  
Nitier, in terraque retro requiescere posta;  
Ut per aquas quae nunc rerum simulacra videmus:
- 1060 Et simili ratione animalia suppa vagari  
Contendunt, neque posse e terris in loca coeli  
Recidere inferiora magis, quam corpora nostra  
Sponte sua possint in coeli templa volare:  
Ollei quom videant solem, nos sidera noctis



Cernere, et alternis nobiscum tempora coeli 1065  
Dividere, et nocteis parileis agitare diebus.

Sed vanus stolidis haec omnia finxerit error,  
Amplexi quod habent perverse prima viai.  
Nam medium nihil esse potest, ubi inane locusque  
Infinita: neque omnino, si iam medium sit, 1070

Possit ibi quidquam haec potius consistere causa,  
Quam quavis alia longe ratione manere.  
Omnis enim locus ac spatium, quod inane vocamus,  
Per medium, per non medium, concedere debet  
Aequis ponderibus, motus quaquoque feruntur. 1075

Nec quisquam locus est, quo corpora quom venere,  
Ponderis amissa vi, possint stare in inani:  
Nec, quod inane autem est, ulli subsistere debet,  
Quin, sua quod natura petit, concedere pergat:  
Haud igitur possunt tali ratione tencri 1080  
Res in concilium, medii cupedine victae.

Praeterea, quoniam non omnia corpora fingunt  
In medium niti, sed terrarum atque liquoris,  
Humorem ponti magnasque e montibus uudas,  
Et quasi terreno quae corpore contineantur: 1085

At contra tenuis exponunt aëris auras  
Et calidos simul a medio differric igneis;  
Atque ideo totum circumtremere aethera signis,  
Et solis flammam per coeli caerulea pasci,  
Quod calor, a medio fugiens, ibi colligat omnis: 1090

[Quippe etiam vesci e terra mortalia secla;]  
Nec prorsum arboribus summos frundescere ramos  
Posse, nisi a terris paullatim quoique cibatum  
Terra det: at supra circumtegere omnia coelum,  
Ne, volueri ritu flammaram, moenia mundi 1095  
Diffugiant subito magnum per inane soluta;

Et ne cetera consimili ratione sequantur,  
Neve ruant coeli tonitralia templa superne,  
Terraque se pedibus raptim subducat, et omnes,  
Inter permixtas rerum coelique ruinas, 1100

Corpora solventes, abeant per inane profundum:  
Temporis ut puncto nihil exstet reliquiarum,  
Desertum praeter spatium et primordia caeca.

Nam, quaquoque prius de parti corpora desse  
Constitues, haec rebus erit pars ianua leti: 1105  
Hae se turba foras dabit omnis materiai.

Haec si pernosces, parva perductus opella,  
(Namque aliud ex alio clarescet,) nec tibi caeca  
Nox iter eripiet, quin ultima naturai  
Pervideas: ita res accendent lumina rebus. 1110

T. LUCRETII CARI  
DE  
RERUM NATURA  
LIBER SECUNDUS.

---

- Suave, mari magno turbantibus aequora ventis,  
E terra magnum alterius spectare laborem;  
Non, quia vexari quemquam est iocunda voluptas,  
Sed, quibus ipse malis careas, quia cernere suave est.
- 5 Per campos instructa, tua sine parte pericli,  
Suave etiam, belli certamina magna tueri,  
Sed nil dulcius est, bene quam munita tenere,  
Edita doctrina sapientum, templa serena;  
Despicere unde queas alios, passimque videre
- 10 Errare, atque viam palanteis quaerere vitae,  
Certare ingenio, contendere nobilitate,  
Nocteis atque dies niti praestante labore  
Ad summas emergere opes, rerumque potiri.  
O miseris hominum mentibus! o pectora caeca!
- 15 Qualibus in tenebris vitae quantisque periculis  
Degitur hoc aevi, quodquomque est! Nonne videre est,  
Nil aliud sibi naturam latrare, nisi ut, quoi  
Corpore seiunctus dolor absit, mente fruatur  
Iocundo sensu, cura semota metuque?
- 20 Ergo corpoream ad naturam pauca videmus  
Esse opus omnino, quae demant quomque dolorem,  
Delicias quoque uti multas substernere possint;  
Gratius interdum neque natura ipsa requirit.  
Si non aurea sunt iuvenum simulacra per aedeis,
- 25 Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,  
Lumina nocturneis epuleis ut suppeditentur;  
Nec domus argento fulgēt auroque renidet;

Nec citharae reboant laqueata aurataque templa:  
 Quom tamen inter se, prostratei in gramine molli,  
 Propter aquae rivum, sub ramis arboris altae, 30  
 Non magnis opibus iocunde corpora curant:  
 Praesertim quom tempestas arridet, et anni  
 Tempora conspergunt viridanteis floribus herbas.  
 Nec calidae citius decedunt corpore febres,  
 Textilibus si in picturis ostroque rubenti 35  
 Iactaris, quam si plebeia in veste cubandum est.

Quapropter, quoniam nil nostro in corpore gazae  
 Proficiunt, neque nobilitas, nec gloria regni;  
 Quod superest, animo quoque nil prodesse putandum:  
 Si non forte tuas legiones per loca campi 40  
 Fervere quom videas, belli simulacra cienteis;  
 [Fervere quom videas classem lateque vagari;]  
 His tibi cum rebus timefactae religiones  
 Effugiunt animo pavidae, mortisque timores  
 Tum vacuum tempus linquunt curaque solutum. 45  
 Quod si ridicula haec ludibriaque esse videmus,  
 Re veraque metus hominum curaque sequaces  
 Nec metuunt sonitus armorum, nec fera tela;  
 Audacterque inter reges rerumque potentis  
 Vorsantur, neque fulgorem reverentur ab auro, 50  
 Nec clarum vestis splendorem purpureae:  
 Quid dubitas, quin omni sit haec rationi potestas,  
 Omnis quom in tenebris praesertim vita laboret?  
 Nam veluti puerei trepidant, atque omnia caecis  
 In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus 55  
 Interdum, nihilo quae sunt metuenda magis, quam  
 Quae puerei in tenebris pavitant, finguntque futura.  
 Hunc igitur terrorem animi tenebrasque necesse est  
 Non radiei solis, neque lucida tela diei  
 Discussant, sed naturae species, ratioque. 60

Nunc age, quo motu genitalia materiai  
 Corpora res varias gignant, genitasque resolvant,  
 Et qua vi facere id cogantur, quaeve sit olleis  
 Reddita mobilitas magnum per inane meandi,  
 Expediam: tu te dicteis praebere memento. 65

Nam certe non inter se stipata cohaeret  
 Materies, quoniam minui rem quamque videmus,  
 Et quasi longinquo fluere omnia cernimus aevo,  
 Ex oculisque vetustatem subducere nostris;  
 Quom tamen incolomis videatur summa manere; 70  
 Propterea, quia, quae decedunt corpora quoique,  
 Unde abeunt, minuunt, quo venire, augmine donant:

- Olla senescere, at haec contra florescere cogunt.  
Nec remorantur ibi: sic rerum summa novatur
- 75 Semper, et inter se mortales mutua vivunt.  
Augescunt aliae gentes, aliae minuuntur;  
Inque brevi spatio mutantur secla animantum,  
Et, quasi cursores, vitae lampada tradunt.  
Si cessare putas rerum primordia posse,
- 80 Cessandoque novos rerum progignere motus;  
Avius a vera longe ratione vagaris.  
Nam, quoniam per inane vagantur, cuncta necesse est  
Aut gravitate sua ferri primordia rerum,  
Aut ictu forte alterius: nam quom, cita saepe,
- 85 Obvia confluxere, fit, ut divorsa repente  
Dissiliant: neque enim mirum, durissima quae sint,  
Ponderibus solidis, neque quidquam a tergo ibus obstet.  
Et quo iactari magis omnia materiai  
Corpora pervideas, reminiscere, totius imum
- 90 Nil esse in summa; neque habere, ubi corpora prima  
Consistant: quoniam spatium sine fine modoque est,  
Immensumque patere in cunctas undique parteis,  
Pluribus ostendit; certa et ratione probatum est.  
Quod quoniam constat, nimirum nulla quies est
- 95 Reddita corporibus primaeis per inane profundum;  
Sed magis, assiduo varioque exercita motu,  
Partim intervallis magnis conflictata resultant,  
Pars etiam brevibus spatiis nexantur ab ictu.  
Et quaequomque, magis condense conciliatu,
- 100 Exiguus intervallis convecta resultant,  
Indupedita suis perplexis ipsa figuris;  
Haec validas saxi radices et fera ferri  
Corpora constituunt, et cetera de genere horum  
Paucula: quae porro magnum per inane vagantur,
- 105 Cetera dissiliunt longe, longaeque recursant  
In magnis intervallis: haec aera rarum  
Sufficiunt nobis et splendida lumina solis.  
Multaque praeterca magnum per inane vagantur,  
Conciliis rerum quae sunt reiecta, nec usquam
- 110 Consociare etiam motus potuere recepta.  
Quoius, nti memoro, rei simulacrum et imago  
Aute oculos semper nobis vorsatur et instat.  
Contemplator enim, quom solis lumina quoinque  
Insertim fundunt radios per opaca domorum:
- 115 Multa minuta modis multis per inane videbis  
Corpora misceri radiorum lumine in ipso,  
Et velut aeterno certamine, proelia pugnasque

Edere, turmatim certantia; nec dare pausam,  
 Conciliis et discidiis exercita crebris:  
 Coniicere ut possis ex hoc, primordia rerum, 120  
 Quale sit, in magno iactari semper inani.  
 Dumtaxat rerum magnarum parva potest res  
 Exemplare dare et vestigia notitiai.  
 Hoc etiam magis haec animum te advortere par est  
 Corpora, quae in solis radiis turbare videntur; 125  
 Quod tales turbae motus quoque materiai  
 Significant clandestinos caccosque subesse.  
 Multa videbis enim plagis ibi percita caecis  
 Commutare viam, retroque repulsa revorti,  
 Nunc huc, nunc illuc, in cunctas undique parteis. 130  
 Scilicet hic a principiis est omnibus error:  
 Prima moventur enim per se primordia rerum;  
 Inde ea, quae parvo sunt corpora conciliatu,  
 Et quasi proxima sunt ad vireis principiorum,  
 Ictibus olorum caecis impulsa cientur, 135  
 Ipsaque, quae porro paullo maiora, lacescunt.  
 Sic a principiis ascendit motus et exit  
 Paullatim nostros ad sensus; ut moveantur  
 Olla quoque, in solis quae lumine cernere quimus;  
 Nec quibus id faciant plagis apparet aperte. 140  
 Nunc, quae mobilitas sit reddita materiai  
 Corporibus, paucis licet hinc cognosceré, Memmi.  
 Primum, Aurorâ novo quom spargit lumine terras,  
 Et variae volucres, nemora avia pervolitantes,  
 Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplent, 145  
 Quam subito soleat sol ortus tempore tali  
 Convestire sua perfundens omnia luce,  
 Omnibus in promptu manifestumque esse videmus.  
 At vapor is, quem sol mittit, lumenque sérenum  
 Non per inane meat vacuum; quo tardius ire 150  
 Cogitur, aërias quod sic diverberat undas:  
 Nec singillatim corpuscula quaeque vaporis,  
 Sed complexa meant inter se conque globata:  
 Quapropter simul inter se retrahuntur, et extra  
 Officiuntur, uti cogantur tardius ire. 155  
 At, quae sunt solida primordia simplicitate,  
 Quom per inane meant vacuum, nec res remoratur  
 Ulla foris, atque ipsa, suis e partibus unum,  
 Unum, in quem coepere locum, connixa feruntur;  
 Debent nimirum praecellere mobilitate, 160  
 Et multo citius ferri, quam lumina solis,  
 Multiplexque loci spatium transcurrere eodem

- Tempore, quo solis pervolgant fulgura coelum  
 Nam neque consilio debent tardata morari,
- 165 Nec persectari primordia singula quaeque,  
 Ut videant, qua quidque geratur cum ratione.  
 At quaedam contra haec ignarei, materiai  
 Naturam non posse deum sine numine reddi  
 Tantopere humanis rationibus admoderate;
- 170 Tempora mutare annorum, frugesque creare;  
 Et iam cetera, mortaleis quae suadet adire,  
 Ipsaque deducit dux vitae, dia Voluptas,  
 Ut res per Veneris blanditum secla propagent,  
 Ne genus occidat humanum: quorum omnia causa
- 175 Constituisse deos quom fingunt, omnibu' rebus  
 Magnopere a vera lapsi ratione videntur.  
 Nam quamvis rerum ignorem primordia quae sint,  
 Hoc tamen ex ipsis coeli rationibus ausim  
 Confirmare aliisque ex rebus reddere multis,
- 180 Nequaquam nobis divinitus esse creatam  
 Naturam mundi: quamquam haec sint praedita culpa;  
 Quae tibi posterius, Memmi, faciemus aperta.  
 Nunc id, quod superest, de motibus expediemus.  
 Nunc locus est, ut opinor, in his illud quoque rebus
- 185 Confirmare tibi, nullam rem posse sua vi  
 Corpoream sursum ferri sursumque meare.  
 Ne tibi dent in eo flammaram corpora fraudem;  
 Sursus enim vorsus gignuntur et augmina sumunt;  
 Et sursum nitidae fruges arbustaque crescunt,
- 190 Pondera, quantum in se est, quom deorsum cuncta ferantur.  
 Nec, quom subsiliunt ignes ad tecta domorum,  
 Et celeri flamma degustant tigna trabeisque,  
 Sponte sua facere id sine vi subigente putandum est:  
 Quod genus, e nostro quom missus corpore sanguis
- 195 Emicat, exsultans alte, spargitque cruorem.  
 Nonne vides etiam, quanta vi tigna trabeisque  
 Respuat humor aquae? Non, quo magis ursimus altum  
 Directa, et magna vi multei pressimus aegre,  
 Tam cupide sursum revomit magis atque remittit;
- 200 Plus ut parte foras emergant exsiliantque?  
 Nec tamen haec, quantum est in se, dubitamus, opinor,  
 Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur.  
 Sic igitur debet flammae quoque posse per auras  
 Aëris, expressae sursum, succedere; quamquam
- 205 Pondera, quantum in se est, deorsum deducere pugnent:  
 Nocturnasque facies, coeli sublime volanteis,  
 Nonne vides longos flammaram ducere tractus,

- In quasquomque dedit parteis natura meatum?  
 Non cadere in terram stellas et sidera cernis?  
 Sol etiam summo de vortice dissipat omneis . 210  
 Ardorem in parteis, et lumine conserit arva:  
 In terras igitur quoque solis vergitur ardor.  
 Transvorsosque volare per imbreis fulmina cernis;  
 Nunc hinc, nunc illinc abruptei nubibus ignes  
 Concursant; cadit in terras vis flammea volgo. 215
- Illud in his quoque te rebus cognoscere avemus:  
 Corpora, quom deorsum rectum per inane feruntur,  
 Ponderibus propriis incerto tempore ferme,  
 Incertisque locis, spatio depellere paullum:  
 Tantum, quod minimum mutatum dicere possis. 220
- Quod nisi declinare solerent, omnia deorsum,  
 Imbris uti guttae, caderent per inane profundum;  
 Nec foret offensus natus, nec plaga creata  
 Principieis: ita nil unquam natura creasset.
- Quod si forte aliquis credit, graviora potesse 225  
 Corpora, quo citius rectum per inane feruntur,  
 Incidere e supero levioribus, atque ita plagas  
 Gignere, quae possint genitalcis reddere motus;  
 Avius a vera longe ratione recedit.
- Nam per aquas quaequomque cadunt atque aëra deorsum, 230  
 Haec pro ponderibus casus celerare necesse est:  
 Propterea, quia corpus aquae naturaque tenuis  
 Aëris haud possunt aeque rem quamque morari;  
 Sed citius cedunt, gravioribus exsuperata.
- At contra nulli, de nulla parte, neque ullo 235  
 Tempore inane potest vacuum subsistere rei;  
 Quin, sua quod natura petit, concedere pergat.  
 Omnia quapropter debent per inane quietum  
 Aeque, ponderibus non aequis, concita ferri.
- Haud igitur poterunt levioribus incidere unquam 240  
 Ex supero graviora, neque ictus gignere per se,  
 Quoi varient motus, per quos natura gerat res.
- Quare etiam atque etiam paullum inclinare necesse est  
 Corpora, nec plus quam minimum; ne fingere motus  
 Obliquos videamur, et id res vera refutet. 245
- Namque hoc in promptu manifestumque esse videmus,  
 Pondera, quantum in se est, non posse obliqua meare,  
 Ex supero quom praecipitant, quod cernere possis.  
 Sed nihil omnino recta regione viai
- Declinare, quis est, qui possit cernere, scese? 250
- Denique si semper motus connectitur omnis,  
 Et vetere exoritur semper novus ordine certo,

- Nec declinando faciunt primordia motus  
Principium quoddam, quod fati foedera rumpat,  
255 Ex infinito ne causam causa sequatur:  
Libera per terras unde haec animantibus exstat,  
Unde est haec, inquam, fati avolsa voluntas,  
Per quam progredimur, quo ducit quemque voluptas;  
Declinamus item motus, nec tempore certo,  
260 Nec regione loci certa, sed uti ipsa tulit mens?  
Nam dubio procul heis rebus sua quoque voluntas .  
Principium dat; et hinc motus per membra rigantur.  
Nonne vides etiam, patefactis tempore puncto  
Carceribus, non posse tamen prorumpere equorum  
265 Vim cupidam tam de subito, quam mens avet ipsa?  
Omnis enim totum per corpus materiai  
Copia conquiri debet, concita per artus  
Omneis, ut studium mentis connexa sequatur:  
Ut videas initum motus a corde creati,  
270 Ex animique voluntate id procedere primum;  
Inde dari porro per totum corpus et artus.  
Nec simile est, ut quom impulsei procedimus ictu,  
Viribus alterius magnis magnoque coactu;  
Nam tum materiem totius corporis omnem  
275 Perspicuum est nobis invitis ire rapique,  
Donec eam refrenavit per membra voluntas.  
Iamne vides igitur, quamquam vis extera multos  
Pellat, et invitos cogat procedere saepe  
Praecipiteisque rapi, tamen esse in pectore nostro  
280 Quiddam, quod contra pugnare obstareque possit;  
Quoius ad arbitrium quoque copia materiai  
Cogitur interdum flecti per membra, per artus  
Et proiecta refrenatur retroque residit?  
Quare in seminibus quoque idem fateare necesse est,  
285 Esse aliam praeter plagas et pondera causam  
Motibus, unde haec est ollis innata potestas:  
De nihilo quoniam fieri nil posse videmus.  
Pondus enim prohibet, ne plagis omnia fiant,  
Externa quasi vi: sed ne mens ipsa necessum  
290 Intestinum habeat cunctis in rebus agundis,  
Et, devicta quasi, cogatur ferre patique:  
Id facit exiguum clinamen principiorum  
Nec regione loci certa, nec tempore certo.  
Nec stipata magis fuit unquam materiai  
295 Copia, nec porro maioribus intervallis:  
Nam neque adaugescit quidquam, neque deperit inde.  
Quapropter, quo nunc in motu principiorum



Corpora sunt, in eodem ante acta actate fuere,  
 Et post haec semper simili ratione ferentur ;  
 Et quae consuerunt gigni, gignentur eadem  
 300  
 Conditione ; et erunt et crescent inque valebunt,  
 Quantum quoque datum est per foedera naturai :  
 Nec rerum summam conmutare ulla potest vis.  
 Nam, neque quo possit genus ullum materiai  
 Effugere ex omni, quidquam est, neque rursus, in omne  
 305  
 Unde coorta queat nova vis irrumpere, et omnem  
 Naturam rerum mutare et vortere motus.

Illud in his rebus non est mirabile, quare,  
 Omnia quom rerum primordia sicut in motu,  
 Summa tamen summa videatur stare quiete,  
 310  
 Praeterquam si quid proprio dat corpore motus.

Omnis enim longe nostris ab sensibus infra  
 Primorum natura iacet: quapropter, ubi ipsam  
 Cernere iam nequeas, motus quoque surpere debent ;  
 Praesertim quom, quae possimus cernere, celent  
 315  
 Saepe tamen motus, spatio diducta locorum.

Nam saepe in colli, tondentes pabula laeta,  
 Lanigerae reptant pecudes, quo quamque vocantes  
 Invitant herbae gemmantes rore recenti ;  
 Et satiatei agnei ludunt, blandique coruscant :  
 320

Omnia quae nobis longe confusa videntur,  
 Et veluti in viridi candor consistere colli.

Praeterea, magnae legiones quom loca cursu  
 Camporum complent, belli simulacra cientes,  
 Fulgur ibi ad coelum se tollit, totaque circum  
 325  
 Aere remidescit tellus, subterque virum vi  
 Excitur pedibus sonitus, clamoreque montes  
 Ictei reiectant voces ad sidera mundi ;

Et circumvolitant equites, mediosque repente  
 Tramittunt, valido quatientes impete, campos :  
 330  
 Et tamen est quidam locus altis montibus, unde  
 Stare videntur, et in campis consistere fulgur.

Nunc age, iam deinceps cunctarum exordia rerum  
 Qualia sint, et quam longe distantia formis,  
 Percipe ; multigenis quam sint variata figuris :  
 335

Non, quo multa parum simili sint praedita forma,  
 Sed quia non volgo paria omnibus omnia constant.  
 Nec mirum : nam quom sit eorum copia tanta,  
 Ut neque finis, ut docui, neque summa sit ulla ;  
 Debent nimirum non omnibus omnia prorsum  
 340  
 Esse pari filo similique affecta figura.

Praeterea genus humanum, mutaeque natantes

- Squamigerum pecudes, et lacta armenta feracque,  
 Et variae volucres, lactantia quae loca aquarum  
 345 Concelebrant circum ripas fontibusque lacusque,  
 Et quae pervolgant nemora avia pervolitantes;  
 Quorum unum quodvis generatim sumere perge:  
 Invenies tamen inter se differre figuris.  
 Nec ratione alia proles cognoscere matrem,  
 350 Nec mater posset prolem; quod posse videmus,  
 Nec minus, atque homines, inter se nota cluere.  
 Nam saepe ante deum vitulus delubra decora  
 Turicremas propter mactatus concidit aras,  
 Sanguinis exspirans calidum de pectore flumen:  
 355 At mater, virideis saltus orbata peragrans,  
 Linqvit humi pedibus vestigia pressa bisulcis,  
 Omnia convisans oculis loca, si queat usquam  
 Conspicere amissum fetum; completque querelis  
 Frundiferum nemus, adsistens; et crebra revisit  
 360 Ad stabulum, desiderio perfixa iuvenci;  
 Nec tenerae salices, atque herbae rore vigentes,  
 Fluminaque ulla queunt, summis labentia ripis,  
 Oblectare animum, subitamque avortere curam;  
 Nec vitulorum aliae species per pabula laeta  
 365 Derivare queunt animum curaque levare:  
 Usque adeo quiddam proprium notumque requirit.  
 Praeterea teneri tremulis cum vocibus haedei  
 Cornigeras norunt matres, agnique petulci  
 Balatum pecudes: ita, quod natura reposit,  
 370 Ad sua quisque fere decurrunt ubera lactis.  
 Postremo quodvis frumentum, non tamen omne,  
 Quidque suo genere, inter se simile esse videbis,  
 Quin intercurrat quaedam distantia formis;  
 Concharumque genus parili ratione videmus  
 375 Pingere telluris gremium, qua mollibus undis  
 Litoris incurvi bibulam pavit aequor arenam.  
 Quare etiam atque etiam simili ratione necesse est,  
 Natura quoniam constant, neque facta manu sunt  
 Unius ad certam formam primordia rerum,  
 380 Dissimili inter se quadam volitare figura.  
 Perfacile est animi ratione exsolvere nobis,  
 Quare fulmineus multo penetratior ignis,  
 Quam noster, fluat, e caedis terrestribus ortus.  
 Dicere enim possis, coelestem fulminis ignem  
 385 Subtilem magis e parvis constare figuris;  
 Atque ideo transire foramina, quae nequit ignis  
 Noster hic, e lignis ortus taedaque creatus.

Praeterea lumen per cornum transit; at imber  
Respuitur. Quare? nisi luminis illa minora  
Corpora sunt, quam de quibus est liquor almus aquarum. 390

Et quamvis subito per colum vina videmus  
Perfluere; at contra tardum conctatur oliuom:  
Aut quia nimirum maioribus est elementis,  
Aut magis hamatis inter se perque plicatis;  
Atque idco fit, uti non tam deducta repente 395  
Inter se possint primordia singula quaeque  
Singula per quouisque foramina permanare.

Huc accedit, uti mellis lactisque liquores  
Iocundo sensu linguae tractentur in ore;  
At contra tetra absinthi natura ferique 400  
Centauri feto pertorquent ora sapore;

Ut facile agnoscas, e levibus atque rotundis  
Esse ea, quae sensus iocunde tangere possunt;  
At contra, quae amara atque aspera quomque videntur,  
Haec magis hamatis inter se nexa teneri; 405  
Proptereaque solere vias rescindere nostris  
Sensibus, introituque suo perrumpere corpus.

Omnia postremo bona sensibus, et mala tactu,  
Dissimili inter se pugnant perfecta figura:  
Ne tu forte putes, serrae stridentis acerbum 410  
Horrorem constare elementis levibus aequae,  
Ac Musaea mele, per chordas organici quae

Mobilibus digitis expergefacta figurant:  
Neu simili penetrare putes primordia forma  
In nareis hominum, quom tetra cadavera torrent, 415  
Et quom scena croco Cilici perfusa recens est,  
Araque Panchaeos exhalat propter odores:  
Neve bonos rerum simili constare colores

Semine constituas, oculos qui pascere possunt,  
Et qui compungunt aciem, lacrumaque cogunt, 420  
Aut feda specie tetrei turpesque videntur.

Omnis enim, sensus quae mulcet quomque videntum,  
Haud sine principiali aliquo levore creata est:  
At contra, quaequomque molesta atque aspera constat,  
Non aliquo sine materiae squalore reperta est. 425

Sunt etiam, quae iam nec levia iure putantur  
Esse, neque omnino flexis mucronibus unca;  
Sed magis angellis paullum prostantibus, et quae  
Titillare magis sensus, quam laedere, possint:  
Faecula iam quo de genere est inulaeque sapes. 430

Denique iam calidos igneis gelidamque pruina,  
Dissimili dentata modo, compungere sensus

- Corporis, indicio nobis est tactus uterque.  
Tactus enim, tactus, pro divom numina sancta!
- 435 Corporis est sensus, vel quom res externa sese  
Insinuat, vel quom laedit, quae in corpore nata est,  
Aut iuvat egrediens genitaleis per Veneris res:  
Aut, ex offensus quom turbant corpore in ipso  
Semina, confundunt inter se concita sensum:
- 440 Ut, si forte manu quamvis iam corporis ipse  
Tute tibi partem ferias, atque experiare.  
Quapropter longe formas distare necesse est  
Principiis, varios quae possint edere sensus.  
Denique, quae nobis durata ac spissa videntur,
- 445 Haec magis hamatis inter sese esse necesse est,  
Et quasi ramosis alte compacta teneri:  
In quo iam genere in primis adamantina saxa  
Prima acie constant, ictus contemnere sueta,  
Et validei silices, ac duri roborata ferri,
- 450 Aeraque, quae claustris restantia vociferantur.  
Olla quidem debent ex levibus atque rotundis  
Esse magis, fluido quae corpore liquida constant;  
[Namque papaveris haustus item est facilis quod aquarum:  
Nec retinentur enim inter se glomeramina quaeque,
- 455 Et procursum item in proclive volubilis exstat.  
Omnia postremo, quae puncto tempore cernis  
Diffugere, ut fumum, nebulas, flammisque, necesse est,  
Si minus omnia sunt e levibus atque rotundis,  
At non esse tamen perplexis indupedita;
- 460 Pungere uti possint corpus, penetrarcque saxa:  
Nec tamen haerere inter se, quod quisque videmus  
Sentibus esse datum: facile ut cognoscere possis,  
Non e perplexis, sed acutis esse elementis.  
Sed quod amara vides eadem, quae fluvida constant,
- 465 Suder uti maris est, minime mirabile quoiquam.  
Nam quod fluxidum est, e levibus atque rotundis  
Est; et levibus atque rotundis mixta doloris  
Corpora: nec tamen haec retinere hamata necessum:  
Scilicet esse globosa tamen, quom squalida constant,
- 470 Provolvi simul ut possint et laedere sensus.  
Et quod mixta putes magis aspera levibus esse  
Principiis, unde est Neptuni corpus acerbum;  
Est ratio secernendi seorsumque videndi.  
Humor dulcis, ubi per terras crebrius idem
- 475 Percolatur, ut in foveam fluat ac mansuescat.  
Linguit enim supra tetri primordia viri  
Aspera, quo magis in terris haerescere possint.

- Quod quoniam docui, pergam connectere rem, quae  
 Ex hoc apta fidem ducit: primordia rerum  
 Finita variare figurarum ratione. 480  
 Quod si non ita sit, rursus iam semina quaedam  
 Esse infinito debebunt corporis auctu.  
 Nam, quod eadem una quovisvis in brevitate  
 Corporis, inter se multum variare figurae  
 Non possunt: face enim, minumis e partibus esse 485  
 Corpora prima; tribus, vel paullo pluribus, auge;  
 Nempe ubi eas parteis unius corporis omnes,  
 Summa atque ima, locans, transmutans dextera laevis,  
 Omnimodis expertus eris, quam quisque det ordo  
 Formarum speciem totius corporis eius: 490  
 Quod superest, si forte voles variare figuras,  
 Addendum parteis alias erit; inde sequetur  
 Adsimili ratione, alias ut postulet ordo,  
 Si tu forte voles etiam variare figuras.  
 Ergo formarum novitatem corporis augmen 495  
 Subsequitur: quare non est ut credere possis,  
 Esse infinitis distantia semina formis;  
 Ne quaedam cogas immani maxumitate  
 Esse: supra quod iam docui non esse probare.  
 Iam tibi barbaricae vestes Meliboeaque fulgens 500  
 Purpura, Thessalico concharum tincta colore, et  
 Aurea pavonum ridenti imbuta lepore  
 Secla, novo rerum superata colore, iacerent;  
 Contemptus sudor smyrnae mellis sapores;  
 Et cycnea melc Phoebeaque, daedala chordis, 505  
 Carmina consimili ratione oppressa silerent;  
 Namque aliis aliud praestantius exoreretur.  
 Cedere item retro possent in deteriores  
 Omnia sic parteis, ut diximus in meliores:  
 Namque aliis aliud retro quoque tetrius esset 510  
 Naribus, auribus, atque oculis, orisque saporibus.  
 Quae quoniam non sunt, quin rebus reddita certa  
 Finis utrinque tenet summam; fateare necesse est,  
 Materiam quoque finitis differre figuris.  
 Denique ab ignibus ad gelidas hiemis pruinis 515  
 Finitum est, retroque pari ratione remensum est.  
 Omnis enim calor ac frigus; medii que tepores  
 Inter utrasque iacent, explentes ordine summam.  
 Ergo finita distant ratione creata;  
 Ancipiti quoniam mucrone utrinque notantur, 520  
 Hinc flammis, illinc rigidis insessa pruinis.  
 Quod quoniam docui, pergam connectere rem, quae

- Ex hoc apta fidem ducit: primordia rerum,  
 Inter se simili quae sunt perfecta figura,  
 525 Infinita cluere: etenim distātia quom sit  
 Formarum finita, necesse est, quae similes sint,  
 Esse infinitas; aut summam materiai  
 Finitam constare: id quod non esse probavi.  
 Quod quoniam docui, nunc suaviloquis, age, paucis  
 530 Versibus ostendam, corpuscula materiai  
 Ex infinito summam rerum usque tenere,  
 Undique protelo plagarum continuato.  
 Nam quod rara vides magis esse animalia quaedam,  
 Fecundamque magis naturam cernis in ollis;  
 535 At regione, locoque alio, terrisque remotis,  
 Multa licet genere esse in eo, numerumque repleti:  
 Sic, uti quadrupedum cum primis esse videmus  
 In genere anguimanos elephantos, India quorum  
 Millibus e multis vallo munitur eburno,  
 540 Ut penitus nequeat penetrari: tanta ferarum  
 Vis est; quarum nos perpauca exempla videmus.  
 Sed tamen, id quoque uti concedam, quam lubet esto  
 Unica res quaedam, nativo corpore sola,  
 Quoi similis toto terrarum non sit in orbi;  
 545 Infinita tamen nisi erit vis materiai,  
 Unde ea progigni possit concepta, creari  
 Non poterit, neque, quod superest, procreescere alicue.  
 Quippe etenim sumant oculi, finita per omne  
 Corpora iactari unius genitalia rei;  
 550 Unde, ubi, qua vi, et quo pacto congressa coibunt  
 Materiae tanto in pelago turbaeque aliena?  
 Non, ut opinor, habent rationem conciliandi:  
 Sed, quasi naufragiis magnis multisque coortis,  
 Disiectare solet magnum mare transtra, cavernas,  
 555 Antennas, proram, malos, tonsasque, natanteis;  
 Per terrarum omneis oras fluitantia aplustra  
 Ut videantur, et indicium mortalibus edant,  
 Infidi maris insidias vireisque dolumque  
 Ut vitare velint, neve ullo tempore credant,  
 560 Subdola quom ridet placidi pellacia ponti:  
 Sic tibi, si finita semel primordia quaedam  
 Constitues, aevom debebunt sparsa per omnem  
 Disiectare aestus divorsi materiai:  
 Nunquam in concilium ut possint compulsa coire,  
 565 Nec remorari in concilio, nec crescere adaucta:  
 Quorum utrumque palam fieri manifesta docet res,  
 Et res progigni, et genitas procreescere posse.

Esse igitur genere in quovis primordia rerum  
Infinita palam est, unde omnia suppeditantur.

Nec superare queunt motus itaque exitiales 570  
Perpetuo, neque in aeternum sepelire salutem;  
Nec porro rerum genitales auctificeique  
Motus perpetuo possunt servare creata.

Sic aequo geritur certamine principiorum  
Ex infinito contractum tempore bellum. 575

Nunc hic, nunc illic superant vitalia rerum,  
Et superantur item: miscetur funere vagor,  
Quem pneri tollunt, visentes luminis oras;  
Nec nox ulla diem, neque noctem aurora sequuta est,  
Quae non audierit mixtos vagitibus aegris 580  
Ploratus, mortis comites et funeris atri.

Illud in his obsignatum quoque rebus habere  
Convenit, et memori mandatum mente tenere:  
Nil esse, in promptu quorum natura videtur,  
Quod genere ex uno consistat principiorum: 585  
Nec quidquam, quod non permixto semine constet.  
Et quaequomque magis vis multas possidet in se  
Atque potestates, ita plurima principiorum  
In sese genera ac varias docet esse figuras.

Principio, tellus habet in se corpora prima, 590  
Unde mare immensum volventes frigora fontes  
Assidue renovent; habet, ignes unde oriantur.  
Nam multis succensa locis ardent sola terrae;  
Eximiis vero furit ignibus impetus Aetnae.

Tum porro nitidas fruges arbustaque laeta 595  
Gentibus humanis habet unde extollere possit;  
Unde etiam fluidas frundeis et pabula laeta  
Montivago generi possit praebere ferarum:

Quare magna deum mater, materque ferarum,  
Et nostri genetrix haec dicta est corporis una. 600

Hanc veteres Graium doctei cecinere poetae  
Sedibus in curru biugos agitare leones;  
Aëris in spatio magnam pendere docentes  
Tellurem, neque posse in terra sistere terram.

Adiunxere feras; quod, quamvis effera, proles 605

Officiis debet molliri victa parentum:

Muralique caput summum cinxere corona;

Eximiis munita locis quod sustinet urbeis:

Quo nunc insigni per magnas praedita terras 610

Horrifice fertur divinae Matris imago.

Hanc variae gentes antiquo more sacrorum  
Idaeam vocitant matrem, Phrygiasque catervas

- Dant comites, quia primum ex ollis finibus edunt  
 Per terrarum orbis fruges coepisse creari.
- 615 Gallos attribuunt; quia, numen quei violarint  
 Matris, et ingrati genitoribus inventei sint,  
 Significare volunt indignos esse putandos,  
 Vivam progeniem quei in oras luminis edant.  
 Tympana tenta tonant palmeis et cymbala circum
- 620 Concava, raucisonoque minantur cornua cantu,  
 Et Phrygio stimulat numero cava tibia menteis;  
 Telaque praeportant, violenti signa furoris,  
 Ingratos animos atque impia pectora volgi  
 Conterrere metu quae possint numine divae.
- 625 Ergo quom primum, magnas invecta per urbeis,  
 Munificat tacita mortaleis muta salute;  
 Aere atque argento sternunt iter omne viarum,  
 Largifica stipe ditantes, ninguntque rosarum  
 Floribus, umbrantes Matrem comitumque catervam.
- 630 Hic armata manus, Curetas nomine Graecei  
 Quos memorant Phrygios, inter se forte catenas  
 Ludunt, in numerumque exsultant, sanguine fletui;  
 Terrificas capitum quatientes numine cristas,  
 Dictaeos referunt Curetas, quei Iovis ollum
- 635 Vagitum in Creta quondam occultasse feruntur;  
 Quom pueri circum puerum pernice chorea  
 Armatei in numerum pulsarent aeribus aera,  
 Ne Saturnus eum maleis mandaret adeptus,  
 Aeternumque daret matri sub pectore volnus.
- 640 Propterea magnam armatei Matrem comitantur:  
 Aut, quia significant divam praedicere, ut armis  
 Ac virtute velint patriam defendere terram;  
 Praesidioque parent decorique parentibus esse.  
 Quae, bene et eximie quamvis disposta ferantur,
- 645 Longe sunt tamen a vera ratione repulsa.  
 Omnis enim per se divom natura necesse est  
 Immortali aevo summa cum pace fruatur,  
 Semota a nostris rebus seiunctaque longe;  
 Nam privata dolore omni, privata periculis,
- 650 Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,  
 Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.  
 Terra quidem vero caret omni tempore sensu;  
 Sed, quia multarum potitur primordia rerum,  
 Multa modis multis effert in lumina solis.
- 655 Hic si quis mare Neptunum, Cereremque vocare  
 Constituet fruges, et Bacchi nomine abuti  
 Mavolt, quam laticis proprium proferre vocamen;



Concedamus, ut hic terrarum dicitur orbem  
Esse deum matrem, dum vera re tamen ipse.

Saepe itaque, ex uno tondentes gramina campo, 660

Lanigerae pecudes et equorum duellica proles

Buceriaeque greges, eodem sub tegmine coeli,

Ex unoque sitim sedantes flumine aquae,

Dissimili vivunt specie, retinente parentem

Naturam, et mores generatim quaeque imitantur: 665

Tanta est in quovis genere herbae materiae

Dissimilis ratio, tanta est in flumine quoque.

Hinc porro quemvis animantem ex omnibus una

Ossa, cruor, venae, calor, humor, viscera, nervei

Constituunt; quae sunt porro, distantia longe, 670

Dissimili perfecta figura principiorum.

Tum porro quaequomque igni flammata cremantur,

Si nil praeterea, tamen haec in corpore aluntur,

Unde ignem iacere et lumen summittere possint,

Scintillasque agere, ac late differre favillam. 675

Cetera consimili mentis ratione peragrans,

Invenies igitur multarum semina rerum

Corpore celare, et varias cohibere figuras.

Denique multa vides, quibus et color et sapor una

Reddita sunt cum odore; inprimis pleraque dona, 680

Religione animum turpi quom tangere pacto.

Haec igitur variis debent constare figuris:

Nidor enim penetrat, qua succus non it in artus;

Sucus item seorsum, et seorsum sapor insinuatur

Sensibus; ut noscas primis differre figuris. 685

Dissimiles igitur formae glomeramen in unum

Conveniunt, et res permixto semine constant.

Quin etiam passim nostris in versibus ipsis

Multa elementa vides multis communia verbis;

Quom tamen inter se versus ac verba necesse est 690

Confiteare alia ex aliis constare elementis:

Non, quo multa parum communis litera currat,

Aut nulla inter se duo sint ex omnibus eadem;

Sed quia non volgo paria omnibus omnia constant.

Sic aliis in rebus item communia multa, 695

Multarum rerum quom sint primordia, longe

Dissimili tamen inter se consistere summa

Possunt: ut merito ex aliis constare feratur

Humanum genus et fruges arbustaque laeta. 700

Nec tamen omnimodis connecti posse putandum est

Omnia: nam volgo fieri portenta videres;

Semiferas hominum species existere; et altos

- Interdum ramos e gigni corpore vivo;  
 Multaque connecti terrestria membra marineis;
- 705 Tum flammam tetro spiranteis ore Chimaeras  
 Pascere naturam per terras omniparenteis.  
 Quorum nil fieri manifestum est; omnia quando  
 Seminibus certis certa genetrice creata  
 Conservare genus crescentia posse videmus.
- 710 Scilicet id certa fieri ratione necesse est:  
 Nam sua quoique cibus ex omnibus intus in artus  
 Corpora discedunt; connexaque convenienteis  
 Efficiunt motus: at contra aliena videmus  
 Reicere in terras naturam; multaque caecis
- 715 Corporibus fugiunt e corpore percita plagis;  
 Quae neque connecti quoquam potuere, neque inter  
 Vitaleis motus consentire atque animari.  
 Sed ne forte putes animalia sola teneri  
 Legibus his, quaedam ratio disternat omneis.
- 720 Nam, veluti tota natura dissimiles sunt  
 Inter se genitae res quaeque, ita quamque necesse est  
 Dissimili constare figura principiorum:  
 Non, quo multa parum simili sint praedita forma;  
 Sed quod non volgo paria omnibus omnia constant.
- 725 Semina quom porro distent, differre necesse est  
 Intervalla, vias, connexus, pondera, plagas,  
 Concursus, motus; quae non animalia solum  
 Corpora seiungunt, sed terras ac mare totum  
 Secernunt, coelumque a terris omne retentant.
- 730 Nunc age, dicta meo dulci quaesita labore  
 Percipe: ne forte haec albis ex alba rearis  
 Principiis esse, ante oculos quae candida cernis;  
 Aut ea, quae nigrant, nigro de semine nata;  
 Neve alium quemvis quae sunt imbuta colorem,
- 735 Propterea gerere hunc credas, quod materiai  
 Corpora consimili sint eius tincta colore.  
 Nullus enim color est omnino materiai  
 Corporibus, neque par rebus, neque denique dispar.  
 In quae corpora si nullus tibi forte videtur
- 740 Posse animi iniectus fieri, procul avius erras.  
 Nam quom caecigenae, solis quae lumina nunquam  
 Despexere, tamen cognoscant corpora tactu,  
 Ex ineunte aevo nullo coniuncta colore;  
 Scire licet, nostrae quoque menti corpora posse
- 745 Vorti in notitiam, nullo circumlita fuco.  
 Denique nos ipsi, caecis quaequomque tenebris  
 Tangimus, haud ullo sentimus tincta colore.

Quod, quoniam vinco fieri, nunc esse docebo.  
 Omnis enim color omnino mutatur in omnibus;  
 Quod facere haud ullo debent primordia pacto: 750  
 Immutabile enim quiddam superare necesse est,  
 Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.  
 Nam quodquomque suis mutatum finibus exit,  
 Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante.  
 Proinde colore cave contingas semina rerum; 755  
 Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes.

Praeterea, si nulla coloris principieis est  
 Reddita natura, et variis sunt praedita formis,  
 E quibus omnigenos gignunt variantque colores;  
 Praeterea, magni quod refert, semina quaeque 760  
 Cum quibus et quali positura contineantur,  
 Et quos inter se dent motus accipiantque:  
 Perfacile extemplo rationem reddere possis,  
 Cur ea, quae nigro fuerint paullo ante colore,  
 Marmoreo fieri possint candore repente: 765

Ut mare, quom magnei commorunt aequora venti,  
 Vortitur in canos candenti marmore fluctus.  
 Dicere enim possis nigram, quod saepe videmus,  
 Materies ubi permixta est illius, et ordo  
 Principiis mutatus, et addita denataque quaedam; 770  
 Continuo id fieri ut candens videatur et album.

Quod si caeruleis constarent aequora ponti  
 Semiis, nullo possent albescere pacto:  
 Nam quoquomque modo perturbes, caerulea quae sint,  
 Nunquam in marmoreum possint migrare colorem. 775  
 Sin alio atque alio sunt semina tincta colore,  
 Quae maris efficiunt unum purumque nitorem:

Ut saepe ex aliis formis variisque figuris  
 Efficitur quiddam quadratum, unaque figura:  
 Conveniebat, uti in quadrato cernimus esse 780  
 Dissimileis formas; ita cernere in aequore ponti,  
 Aut alio in quovis uno puroque nitore,  
 Dissimileis longe inter se variosque colores.

Praeterea, nihil officiant obstantque figurae  
 Dissimiles, quo quadratum minus omne sit extra: 785  
 At variei rerum impediunt prohibentque colores,  
 Quo minus esse uno possit res tota nitore.

Tum porro, quae ducit et inlicit, ut tribuamus  
 Principieis rerum nonnunquam, causa, colores, 790  
 Occidit; ex albis quoniam non alba creantur,  
 Nec, quae nigra cluent, de nigris, sed variis ex.  
 Quippe etenim multo proclivius exorientur

- Candida de nullo, quam nigro, nata colore,  
 Aut alio quovis, qui contra pugnet et obstet.
- 795 Praeterea, quoniam nequeunt sine luce colores  
 Esse, neque in lucem existunt primordia rerum;  
 Scire licet, quam sint nullo velata colore.  
 Qualis enim caecis poterit color esse tenebris,  
 Lumine qui in ipso mutatur, propterea quod,
- 800 Recta aut obliqua percussus luce, refulget?  
 Pluma columbarum quo pacto in sole videtur,  
 Quae sita cervices circum collumque coronat:  
 Namque alia fit, uti claro sit rubra pyropo;  
 Interdum quodam sensu fit, uti videatur
- 805 Inter caeruleum virideis miscere smaragdos;  
 Caudaque pavonis, larga quom luce repleta est,  
 Consimili mutat ratione obversa colores.  
 Quei quoniam quodam gignuntur luminis ictu,  
 Scire licet, sine eo fieri non posse putandum.
- 810 Et quoniam plagae quoddam genus excipit in se  
 Pupula, quom sentire colorem dicitur album,  
 Atque aliud porro, nigrum quom et cetera sentit;  
 Nec refert, ea quae tangis, quo forte colore  
 Praedita sint, verum quali magis apta figura:
- 815 Scire licet, nil principieis opus esse colores,  
 Sed variis formis varianteis edere tactus.  
 Praeterea, quoniam non certis certa figureis  
 Est natura coloris, et omnia principiorum  
 Formamenta queunt in quovis esse nitore:
- 820 Quur ea, quae constant ex ollis, non pariter sunt  
 Omnigenis perfusa coloribus in genere omni?  
 Conveniebat enim, corvos quoque saepe volanteis  
 Ex albis album pennis iactare colorem,  
 Et nigros fieri nigro de semine cycnos,
- 825 Aut alio quovis uno varioque colore.  
 Quin etiam, quanto in parteis res quaeque minutas  
 Distrabitur magis, hoc magis est, ut cernere possis  
 Evanescere paulatim stinguique colorem:  
 Ut fit, ubi in parvas parteis discerpitur aurum,
- 830 Purpura, poeniceusque color clarissimu' multo,  
 Filatim quom distractu'st, disperditur omnis:  
 Noscere ut hinc possis, prius omnem efflare colorem  
 Particulas, quam discedant ad semina rerum.  
 Postremo, quoniam non omnia corpora vocem
- 835 Mittere concedis, neque odorem; propterea fit,  
 Ut non omnibus attribuas sonitus et odores:  
 Sic, oculis quoniam non omnia cernere quimus,

Scire licet, quaedam tam constare orba colore,  
 Quam sine odore ullo quaedam, sonituque remota :  
 Nec minus haec animum cognoscere posse sagacem, 840  
 Quam quae sunt aliis rebus privata notisque.

Sed, ne forte putes, solo spoliata colore  
 Corpora prima manere ; etiã secreta teporis  
 Sunt ac frigoris omnino calidique vaporis ;  
 Et sonitu sterila et suco ieiuna feruntur ; 845

Nec iaciunt ullum proprium de corpore odorem.  
 Sicut amaracini blandum stactaeque liquorem  
 Et nardi florem, nectar qui naribus halat,  
 Quom facere instituas ; cumprimis quaerere par est,  
 Quoad licet ac possis reperire, inolentis olivi 850  
 Naturam, nullam quae mittat naribus auram ;  
 Quam minime ut possit mixtos in corpore odores  
 Concoctosque suo contactos perdere viro.

Propterea tandem debent primordia rerum  
 Non adhibere suum gignundis rebus odorem, 855

Nec sonitum ; quoniam nihil ab se mittere possunt,  
 Nec simili ratione saporem denique quemquam,  
 Nec frigus, neque item calidum tepidumque vaporem.  
 Cetera, quae quom ita sunt tamen, ut mortalia constant,  
 Molli lenta, fragosa putri, cava corpore raro, 860  
 Omnia sint a principiis seiuncta necesse est ;  
 Immortalia si volumus subiungere rebus  
 Fundamenta, quibus nitatur summa salutis :  
 Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes.

Nunc ea, quae sentire videmus quomque, necesse est, 865

Ex insensilibus tamen omnia confiteare  
 Principiis constare : neque id manifesta refutant,  
 Nec contra pugnant, in promptu cognita quae sunt ;  
 Sed magis ipsa manu ducunt et credere cogunt,  
 Ex insensilibus, quod dico, animalia gigni. 870

Quippe videre licet, vivos existere vermeis !  
 Stercore de tetro, putorem quom sibi nacta est  
 Intempestivis ex imbribus humida tellus ;  
 Praeterea cunctas itidem res vortere sese. 875

Vortunt se fluviei in frundeis, et pabula laeta  
 In pecudes ; vortunt pecudes in corpora nostra  
 Naturam ; et nostro de corpore saepe ferarum  
 Augescunt vires et corpora pennipotentum.  
 Ergo omneis natura cibos in corpora viva  
 Vortit, et hinc sensus animantium procreat omneis ; 880

Non alia longe ratione, atque arida ligna  
 Explicat in flammis, et in igneis omnia vorsat.

- Iamne vides igitur, magni primordia rerum  
 Referre in quali sint ordine quaeque locata,  
 885 Et commixta quibus dent motus accipiantque?  
 Tum porro, quid id est, animom quod percutit ipsum,  
 Quod movet, et varios sensus expromere cogit,  
 Ex insensilibus ne credas sensile gigni?  
 Nimirum lapides et ligna et terra, quod una  
 890 Mixta, tamen nequeunt vitalem reddere sensum.  
 Illud in his igitur foedus meminisse decebit,  
 Non ex omnibus omnino, quaequomque creant res,  
 Sensile et extemplo me gigni dicere sensus:  
 Sed magni referre, ea primum quantula constent,  
 895 Sensile quae faciunt, et qua sint praedita forma;  
 Motibus, ordinibus, posituris denique, quae sint:  
 Quarum nil rerum in lignis glebisque videmus.  
 Et tamen haec, quom sunt quasi putrefacta per imbreis,  
 Vermiculos pariunt, quia corpora materiai,  
 900 Antiquis ex ordinibus permota nova re,  
 Conciliantur ita, ut debent animalia gigni.  
 Deinde, ex sensilibus quom sensile posse creari  
 Constituunt, porro, ex aliis sentire suætei,  
 Mollia tum faciunt: nam sensus iungitur omnis  
 905 Visceribus, nerveis, veneis, quaequomque videmus  
 Mollia mortali consistere corpore creta.  
 Sed tamen esto iam, posse haec aeterna manere;  
 Nempe tamen debent aut sensum partis habere,  
 Aut similes totis animalibus esse putari.  
 910 At, nequeant per se partes sentire, necesse est.  
 Namque alios sensus membrorum respuit omnis:  
 Nec manus a nobis potis est secreta, neque ulla  
 Corporis omnino sensum pars sola tenere.  
 Linquntur, ut toteis animalibus adsimilentur;  
 915 Vitali ut possint consentire undique sensu.  
 Qui poterunt igitur rerum primordia dici,  
 Et leti vitare vias, animalia quom sint,  
 Atque, animalibus in mortalibus, una eademque?  
 Quod tamen ut possint, ab coetu concilioque  
 920 Nil facient praeter volgum turbamque animantum;  
 Scilicet, ut nequeant homines, armenta, feraeque  
 Inter sese ullam rem gignere conveniundo.  
 Sic itidem, qua sentimus, sentire necesse est.  
 Quod si forte suum dimittunt corpore sensum,  
 925 Atque alium capiunt; quid opus fuit attribui id, quod  
 Detrahitur? Tum praeterea, quo fugimus ante,  
 Quatenus in pullos animaleis vortier ova

Cernimus alituum, vermeisque effervere, terram  
 Intempestivos quom putror cepit ob imbreis;  
 Scire licet gigni posse ex non sensibu'sensus. 930

Quod si forte aliquis dicet, dumtaxat oriri  
 Posse ex non sensu sensus mutabilitate,  
 Ante, aliquo tanquam partu, quam proditur extra;  
 Huic satis illud erit planum facere atque probare,  
 Non fieri partum, nisi concilio ante coacto, 935  
 Nec quidquam commutari sine conciliatu  
 Principiôm; nequeunt ullius corporis esse  
 Sensus ante ipsam genitam naturam animantis:  
 Nimirum, quia materies disiecta tenetur  
 Aëre, fluminibus, terris, terraque creatis; 940  
 Nec, congressa modo, vitaleis convenienteis  
 Contulit inter se motus, quibus omne tuentes  
 Accensei sensus animantem quamque tuentur.

Praeterea quamvis animantem grandior ictus,  
 Quam patitur natura, repente affligit, et omneis 945  
 Corporis atque animi pergit confundere sensus.

Dissolvuntur enim positurae principiorum,  
 Et penitus motus vitales impediuntur;  
 Donec materies, omneis concussa per artus,  
 Vitaleis animae nodos e corpore solvit, 950  
 Dispersamque foras per caulas eicit omneis.

Nam quid praeterea facere ictum posse reamur  
 Oblatum, nisi discutere ac dissolvere quaeque?

Fit quoque, uti soleant, minus oblato acriter ictu,  
 Reliquiae motus vitalis vincere saepe; 955

Vincere, et ingenteis plagae sedare tumultus,  
 Inque suos quidquid rursus revocare meatus;  
 Et quasi iam leti dominantem in corpore motum  
 Discutere, ac paene amissos accendere sensus.  
 Nam, qua re potius leti iam limine ab ipso 960  
 Ad vitam possint, coniecta mente, reverti,  
 Quam, quo decursum prope iam siet, ire et abire?

Praeterea, quoniam dolor est, ubi materiai  
 Corpora, vi quadam per viscera viva, per artus  
 Sollicitata, suis trepidunt in sedibus intus; 965

Inque locum quando renigrant, fit blanda voluptas:  
 Scire licet, nullo primordia posse dolore

Tentari, nullamque voluptatem capere ex se:  
 Quandoquidem non sunt ex ollis principiorum

Corporibus, quorum motuz novitate laborent, 970  
 Aut aliquem fructum capiant dulcedinis almae:

Haud igitur debent esse ullo praedita sensu.

- Denique, uti possint sentire animalia quaeque,  
 Principiis si iam est sensus tribuendus eorum;
- 975 Quid? genus humanum propriim de quibus auctum est,  
 Scilicet et risu tremulo concussa cachinnant,  
 Et lacrumis spargunt rorantibus ora genasque;  
 Multaque de rerum mixtura dicere callent,  
 Et, sibi porro quae sint primordia, quaerunt.
- 980 Quandoquidem toteis mortalibus assimilata,  
 Ipsa quoque ex aliis debent constare elementis;  
 Inde alia ex aliis, nusquam consistere ut ausis.  
 Quippe sequar, quodquomque loqui ridereque dices,  
 Et sapere, ex aliis, eadem haec facientibus, ut sit.
- 985 Quod si delira haec furiosaque cernimus esse:  
 Et ridere potest non ex ridentibus auctus,  
 Et sapere, et doctis rationem reddere dictis,  
 Non ex seminibus sapientibus atque disertis:  
 Qui minus esse queant ea, quae sentire videmus,
- 990 Seminibus permixta carentibus undique sensu?  
 Denique coelesti sumus omnes semine oriundi;  
 Omnibus ille idem pater est, unde alma liquenteis  
 Humoris guttas mater quom terra recepit,  
 Feta parit nitidas fruges arbustaque laeta
- 995 Et genus humanum, parit omnia secla ferarum;  
 Pabula quom praebet, quibus omnes corpora pascunt,  
 Et dulcem ducunt vitam, prolemque propagant:  
 Quapropter merito maternum nomen adepta est.  
 Cedit item retro, de terra quod fuit ante,
- 1000 In terras; et quod missum est ex aetheris oris,  
 Id rursus coeli relatum templa receptant:  
 Nec sic interimit mors res, ut materiai  
 Corpora conficiat, sed coctum dissipat olleis:  
 Inde aliis aliud coniungit, et efficit, omnes
- 1005 Res ita convortant formas, mutantque colores,  
 Et capiant sensus, et puncto tempore reddant;  
 Ut noscas referre, eadem primordia rerum  
 Cum quibus et quali positura contineantur,  
 Et quos inter se dent motus accipiantque:
- 1010 Neve putes aeterna parum residere potesse  
 Corpora prima, quod in summis fluitare videmus  
 Rebus, et interdum nasci, subitoque perire:  
 Quin etiam refert nostris in versibus ipsis,  
 Cum quibus et quali sint ordine quaeque locata.
- 1015 Namque eadem coelum, mare, terras, flumina, solem  
 Significant, eadem fruges, arbusta, animanteis:  
 Si non omnia sint, at multo maxuma pars est



- Consimilis; verum positura discrepitant res.  
 Sic ipsis in rebus item iam materiai  
 Intervalla, viae, connexus, pondera, plagae, 1020  
 Concursus, motus, ordo, positura, figurae.  
 Quom permutantur, mutari res quoque debent.  
 Nunc animum nobis adhibe veram ad rationem.  
 Nam tibi vehementer nova res molitur ad aureis  
 Accidere, et nova se species ostendere rerum. 1025  
 Sed neque tam facilis res ulla est, quin ea primum  
 Difficilis magis ad credendum constet; itemque  
 Nil adeo magnum, neque tam mirabile quidquam,  
 Quod non paullatim minuant mirarier omnes. 1030  
 Principio coeli clarum purumque colorem,  
 Quemque in se cohibent palantia sidera passim,  
 Lunai et solis praeclara luce nitorem:  
 Omnia quae nunc si primum mortalibus essent,  
 Ex improvise si sint obiecta repente;  
 Quid magis his rebus poterat mirabile dici, 1035  
 Aut minus ante quod auderent fore credere gentes?  
 Nil, ut opinor; ita haec species miranda fuisset,  
 Quam tibi iam nemo, fessus satiate videndi,  
 Suspiciere in coeli dignatur lucida templa. 1040  
 Desine quapropter, novitate exterritus ipsa,  
 Exspuere ex animo rationem: sed magis acri  
 Iudicio perpende, et, si tibi vera videntur,  
 Dede manus; aut, si falsum est, accingere contra.  
 Quaerit enim rationem animus, quom summa loci sit  
 Infinita foris haec extra moenia mundi, 1045  
 Quid sit ibi porro, quo prospicere usque velit mens,  
 Atque animi iactus liber quo pervoluit ipse.  
 Principio nobis in cunctas undique parteis,  
 Et latere ex utroque, infraque superque, per omne  
 Nulla est finis, uti docui, res ipsaque per se 1050  
 Vociferatur, et elucet natura profundi.  
 Nullo iam pacto veri simile esse putandum est,  
 Undique quom vorsum spatium vacet infinitum,  
 Seminaque innumero numero summaque profunda  
 Multimodis volitent, aeterno percita motu, 1055  
 Hunc unum terrarum orbem coelumque creatum;  
 Nil agere olla foris tot corpora materiai:  
 Quom praesertim hic sit natura factus, et ipsa  
 Sponte sua forte offensando semina rerum  
 Multimodis, temere, incassum, frustra coacta, 1069  
 Tandem coaluerint ea, quae, coniecta repente,  
 Magnarum rerum fierent exordia semper,

- Terrai, maris, et coeli, generisque animantum.  
 Quare etiam atque etiam taleis fatcare necesse est
- 1065 Esse alios alibi congressus materiai,  
 Qualis hic est, avido complexu quem tenet aether.  
 Praeterea, quom materies est multa parata,  
 Quom locus est praesto, nec res, nec causa moratur  
 Ulla; geri debent nimirum et confieri res.
- 1070 Nunc, et seminibus si tanta est copia, quantam  
 Enumerare aetas animantum non queat omnis;  
 Visque eadem et natura manet, quae semina rerum  
 Conicere in loca quaeque queat, simili ratione  
 Atque huc sunt coniecta; necesse est confiteare,
- 1075 Esse alios aliis terrarum in partibus orbeis,  
 Et varias hominum genteis, et secla ferarum.  
 Huc accedit, uti in summa res nulla sit una,  
 Unica quae gignatur, et unica solaque crescat;  
 Quin aliquoius siet secli, permultaque eodem
- 1080 Sint genere: in primis animalibus indice mente  
 Invenies sic montivagum genus esse ferarum,  
 Sic hominum geminam prolem, sic denique mutas  
 Squamigerum pecudes, et corpora cuncta volantum.  
 Quapropter coelum simili ratione fatendum est,
- 1085 Terramque, et solem, lunam, mare, cetera, quae sunt,  
 Non esse unica, sed numero magis innumerabili;  
 Quandoquidem vitae depactus terminus alte  
 Tam manet haec, et tam nativo corpore constant,  
 Quam genus omne, quod his generatim rebus abundans.
- 1090 Quae bene cognita si teneas, natura videtur  
 Libera continuo, dominis privata superbis,  
 Ipsa sua per se sponte omnia dis agere experts.  
 Nam, pro sancta deum tranquilla pectora pace  
 Quae placidum degunt aevom multumque serenum!
- 1095 Quis regere immensi summam, quis habere profundi  
 Indu manu validas potis est moderanter habenas?  
 Quis pariter coelos omneis convertere, et omneis  
 Ignibus aetheriis terras suffire feraceis;  
 Omnibus inve locis esse omni tempore praesto,
- 1100 Nubibus ut tenebras faciat, coelique serena  
 Concutiat sonitu? tum fulmina mittat, et aedeis  
 Saepe suas disturbet; et in deserta recedens  
 Saeviat, exercens telum, quo saepe nocentis  
 Praeterit, exanimatque indignos inque merentis?
- 1105 Multaque post mundi tempus genitale, diemque  
 Primigenum maris, et terrae solisque coortum,  
 Addita corpora sunt extrinsecus, addita circum

Semina, quae magnum iaculando contulit omne;  
 Unde mare et terrae possent augescere, et unde  
 Appareret spatium coeli domus, altaque tecta 1110  
 Tolleret a terris procul, et consurgeret aër.  
 Nam sua quoique locis ex omnibus omnia plagis  
 Corpora distribuuntur, et ad sua secla recedunt:  
 Humor ad humorem, terreno corpore terra  
 Crescit, et ignem ignes procidunt aetheraque aether: 1115  
 Denique ad extremum crescendi perfica finem  
 Omnia perduxit rerum natura creatrix:  
 Ut fit, ubi nihilo iam plus est, quod datur intra  
 Vitaleis venas, quam quod fluit atque recedit.  
 Omnibus his aetas debet consistere rebus; 1120  
 Hic natura suis refrenat viribus auctum.

Nam quaequomque vides hilarem grandescere ad auctum  
 Paullatimque gradus aetatis scandere adultae,  
 Plura sibi assumunt, quam de se corpora mittunt;  
 Dum facile in venas cibus omneis inditur, et dum 1125  
 Non ita sunt late dispersa, ut multa remittant,  
 Et plus dispendi faciant, quam vescitur aetas.  
 Nam certe fluere atque recedere corpora rebus  
 Multa, manus dandum est; sed plura accedere debent,  
 Donec alescendi summum tetigere cacumen. 1130

Inde minutatim vireis et robur adultum  
 Frangit, et in partem peiorem liquitur aetas.  
 Quippe etenim, quanto est res amplior, augmine adempto,  
 Et quo latior est, in cunctas undique parteis  
 Plura modo dispergit, et a se corpora mittit; 1135  
 Nec facile in venas cibus omnis diditur ei:

Nec satis est, pro quam largos exaestuat aestus,  
 Unde queant tantum suboriri ac suppeditare,  
 [Quantum opus est, et, quod satis est, natura novare.]  
 Iure igitur pereunt, quom rarefacta fluundo 1140  
 Sunt, et quom externeis succumbunt omnia plageis:  
 Quandoquidem grandi cibus aevo denique defit;  
 Nec tuditantia rem cessant extrinsecus ullam  
 Corpora conficere, et plagis infesta domare.

Sic igitur magni quoque circum moenia mundi 1145  
 Expugnata dabunt labem putreisque ruinas.  
 Omnia debet enim cibus integrare novando,  
 Et fulcire cibus, cibus omnia sustentare.  
 Nequidquam; quoniam nec venae perpefiuntur,  
 Quod satis est, neque, quantum opus est, natura ministrat. 1150

Iamque adeo fracta est aetas, effetaque tellus  
 Vix animalia parva creat, quae cuncta creavit

- Secla, deditque ferarum ingentia corpora partu.  
 Haud, ut opinor, enim mortalia secla superne  
**1155** Aurea de coclo demisit funis in arva,  
 Nec mare, nec fluctus, plangentes saxa, crearunt;  
 Sed genuit tellus eadem, quae nunc alit ex se.  
 Praeterea nitidas frugeis vinetaque laeta  
 Sponte sua primum mortalibus ipsa creavit;  
**1160** Ipsa dedit dulceis fetus per pabula laeta,  
 Quae nunc vix nostro grandescunt aucta labore;  
 Conterimusque boves, et vireis agricolarum  
 Conficimus, sereis vix arveis suppeditatei:  
 Usque adeo pereunt fetus, augentque labore!  
**1165** Iamque, caput quassans, grandis suspirat arator,  
 Crebrius in cassum magnum cecidisse laborem:  
 Et, quom tempora temporibus praesentia confert  
 Praeteriteis, laudat fortunas saepe parentis.  
 Tristis item vetulae vitis sator [atque fatiscens].  
**1170** Temporis incusat momen, coelumque fatigat;  
 Et crepat, antiquum genus ut, pietate repletum,  
 Perfacile angustis tolerarit finibus aevom,  
 Quom minor esset agri multo modus ante viritim:  
 Nec tenet, omnia paullatim tabescere et ire  
**1175** Ad capulum, spatio aetatis defessa vetusto.
-

T. LUCRETII CARI  
DE  
RERUM NATURA  
LIBER TERTIUS.

---

E tenebris tantis tam clarum extollere lumen  
 Qui primus potuisti, illustrans commoda vitae,  
 Te sequor, o Graiae gentis decus! inque tuis nunc  
 Ficta pedum pono pressis vestigia signis;  
 Non ita certandi cupidus, quam propter amorem, 5  
 Quod te imitari aveo. Quid enim contendat hirundo  
 Cycneis? aut quidnam tremulis facere artubus haedei  
 Consimile in cursu possint, et fortis equi vis?  
 Tu, Pater, es rerum inventor; tu patria nobis  
 Suppeditas praecepta, tuisque ex, inclute, chartis, 10  
 Floriferis ut apes in saltibus omnia limant,  
 Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,  
 Aurea, perpetua semper dignissima vita.

Nam simul ac ratio tua coepit vociferari 15  
 Naturam rerum, divina mente coortam,  
 Diffugiunt animi terrores; moenia mundi  
 Discedunt; totum video per inane gexi res;  
 Apparet divom numen sedesque quietae,  
 Quas neque concutiunt ventei, nec nubila nimbis  
 Adspergunt, neque nix, acri concreta pruina, 20  
 Cana cadens violat; semp̄r innubilus aether  
 Integer et large diffuso lumine ridet.

Omnia suppeditat porro natura, neque ulla  
 Res animi pacem delibat tempore in ullo.  
 At contra nusquam apparent Acherusia templa; 25  
 Nec tellus obstat, quin omnia despiciantur,  
 Sub pedibus quaequomque infra per inane geruntur.

- His ibi me rebus quaedam divina voluptas  
 Percipit atque horror; quod sic natura, tua vi  
 30 Tam manifesta patens, ex omni parte resecta est.  
 Et quoniam docui, cunctarum exordia rerum  
 Qualia sint, et quam variis distantia formis  
 Sponte sua volitent, aeterno percita motu,  
 Quoque modo possint res ex his quacque creari;  
 35 Hasce secundum res animi natura videtur.  
 Atque animae clarae meis iam versibus esse;  
 Et metus ille foras praecipuus Acheruntis agendus,  
 Funditus humanam qui vitam turbat ab imo,  
 Omnia suffundens mortis nigrore, neque ullam  
 40 Esse voluptatem liquidam puramque relinquit.  
 Nam, quod saepe homines morbos magis esse timendos  
 Infamemque ferunt vitam, quam Tartara leti;  
 Et se scire animae naturam, sanguinis esse,  
 Aut etiam venti, si fert ita forte voluntas,  
 45 Nec prorsum quidquam nostrae rationis egere;  
 Hinc licet advortas animum, magis omnia laudis  
 Iactari causa, quam quod res ipsa probetur:  
 Extorres idem patria longeque fugatei  
 Conspectu ex hominum, fedatei crimine turpi,  
 50 Omnibus aerumnis affectei denique vivunt;  
 Et quoquomque tamen misere venere, parentant,  
 Et nigras mactant pecudes, et manibus diveis  
 Inferias mittunt; multoque in rebus acerbis  
 Acrius advortunt animos ad religionem.  
 55 Quo magis in dubiis hominem spectare periculis  
 Convenit, adversisque in rebus noscere, quid sit.  
 Nam verae voces tum demum pectore ab imo  
 Eliciuntur, et eripitur persona, manet res.  
 Denique avarities et honorum caeca cupido,  
 60 Quae miseros homines cogunt transcendere finis  
 Iuris, et interdum, socios scelerum atque ministros,  
 Noctis atque dies niti praestante labore  
 Ad summas emergere opes: haec volnera vitae  
 Non minumam partem mortis formidine astantur.  
 65 Turpis enim ferme contentus et acris egestas  
 Semota ab dulci vita stabilique videntur,  
 Et quasi iam leti portas conctarier ante.  
 Unde homines, dum se, falso terrore coacti,  
 Effugisse volunt longe, longeque remosse,  
 70 Sanguine civili rem conflant, divitiasque  
 Conducunt avidi, caedem caede accumulantes;  
 Crudeles gaudent in tristi funere fratris;

Et consanguineum mensas odere timentque.

Consimili ratione ab eodem saepe timore  
Macerat invidia: ante oculos ollum esse potentem, 75

Ollum adspectari, claro qui incedit honore;

Ipei se in tenebris volvi coenoque queruntur.

Intereunt partim statuarum et nominis ergo;

Et saepe usque adeo mortis formidine vitae  
Percipit humanos odium lucisque videndae, 80

Ut sibi consciscant moerenti pectore letum,

Oblitei, fontem curarum hunc esse timorem;

Hunc vexare pudorem; hunc vincula amicitiae

Rumpere; et in summa pietatem evortere suadet.  
Nam iam saepe homines patriam carosque parenteis 85

Prodiderunt, vitare Acherusia templa petentes.

Nam veluti puerci trepidant, atque omnia caecis

In tenebris metuunt; sic nos in luce timemus

Interdum, nihilo quae sunt metuenda magis, quam  
Quae puerei in tenebris pavitant, finguntque futura. 90

Hunc igitur ferrorem animi tenebrasque, necesse est,

Non radice solis, neque lucida tela diei

Discutiant, sed naturae species, ratioque.

Primum animum dico, mentem quem saepe vocamus,  
In quo consilium vitae regimenque locatum est, 95

Esse hominis partem nihilo minus, ac manus et pes

Atque oculi partes animantis totius exstant.

Quamvis multa quidem sapientum turba putarunt,

Sensum animi certa non esse in parte locatum;

Verum habitum quendam vitalem corporis esse, 100

*Ἀνομίαν* Graeci quam dicunt, qui faciat nos

Vivere sum sensu, nulla quom in parte siet mens:

Ut bona saepe valetudo quom dicitur esse

Corporis, et non est tamen haec pars ulla valentis;

Sic animi sensum non certa parte reponunt: 105

Magnopere in quo in divorsei errare videntur.

Saepe itaque in promptu-corpus, quod cernitur, aegrum,

Quom tamen ex alia laetamur parte latenti;

Et retro fit, uti contra sit saepe vicissim,

Quom miser ex animo laetatur corpore toto; 110

Non alio pacto, quam si, pes quom dolet aegri,

In nullo caput interea sit forte dolore.

Practerea molli quom somno dedita membra,

Effusumque iacet sine sensu corpus onustum;

Est aliud tamen in nobis, quod tempore in illo 115

Multimodis agitatur, et omnis accipit in se

Lactitiae motus ac curas cordis inaneis.

- Nunc animam quoque ut in membris cognoscere possis  
Esse, neque harmoniam corpus retinere solere;
- 120 Principio fit, uti, detracto corpore multo,  
Saepe tamen nobis in membris vita moretur;  
Atque eadem rursum, quom corpora pauca caloris  
Diffugere, forasque per os est editus aër,  
Deserit extemplo venas, atque ossa relinquit;
- 125 Noscere ut hinc possis, non aequas omnia parteis  
Corpora habere, neque ex aequo fulcire salutem;  
Sed magis haec, venti quae sunt calidique vaporis  
Semina, curare in membris ut vita moretur.  
Est igitur calor ac ventus vitalis in ipso
- 130 Corpore, qui nobis moribundos deserit artus.  
Quapropter; quoniam est animi natura reperta  
Atque animae, quasi pars hominis; redde harmoniaï  
Nomen, ab organicis alto delatum Heliconi,  
Sive aliunde ipsei porro traxere et in ollam
- 135 Transtulerunt, proprio quae tum res nomine egebat;  
Quidquid is est, habeant; tu cetera percipe dicta.  
Nunc animum atque animam dico coniuncta teneri  
Inter se, atque unam naturam conficere ex se;  
Sed caput esse quasi, et dominari in corpore toto
- 140 Censilium, quod nos animum mentemque vocamus:  
Idque situm media regione in pectoris haeret.  
Hic exsultat enim pavor ac metus; haec loca circum  
Laetitiae mulcent; hic ergo mens animusque est.  
Cetera pars animae, per totum dissita corpus,
- 145 Paret, et ad numen mentis momenque movetur:  
Idque sibi solum per se sapit, et sibi gaudet,  
Quom neque res animam, neque corpus commovet una.  
Et quasi quom caput aut oculus, tentante dolore,  
Laeditur in nobis, non omni concruciamur
- 150 Corpore; sic animus nonnunquam laeditur ipse,  
Laetitiaeque viget, quom cetera pars animai  
Per membra atque artus nulla novitate cietur.  
Verum, ubi vehementi magis est commota metu mens,  
Consentire animam totam per membra videmus,
- 155 Sudoresque ita palloremque existere toto  
Corpore, et infringi linguam vocemque aboriri,  
Caligare oculos, sonere aureis, succidere artus.  
Denique concidere ex animi terrore videmus  
Saepe homines: facile ut quivis hinc noscere possit,
- 160 Esse animam cum animo coniunctam; quae, quom animi vi  
Percussa est, exin corpus propellit et icit.  
Haec eadem ratio naturam animi atque animai



Corpoream docet esse: ubi enim propellere membra,  
 Corripere ex somno corpus, mutareque voltum,  
 Atque hominem totum regere ac vorsare videtur: 165  
 Quorum nil fieri sine tactu posse videmus,  
 Nec tactum porro sine corpore; nonne fatendum est,  
 Corporea natura animum constare animamque?

Praeterea pariter fungi cum corpore et una  
 Consentire animum nobis in corpore cernis. 170

Si minus offendit vitam vis horrida teli,  
 Ossibus ac nervis disclusis, intus adacta;  
 At tamen insequitur languor terraeque petitus  
 Suavis, et in terra mentis qui gignitur aestus,  
 Interdumque quasi exurgendi incerta voluntas. 175  
 Ergo corpoream naturam animi esse, necesse est;  
 Corporeis quoniam telis ictuque laborat.

Is tibi nunc animus quali sit corpore, et unde  
 Constiterit, pergam rationem reddere dictis.

Principio esse aio persubtilem, atque minutis 180  
 Perquam corporibus factum constare: id ita esse,  
 Hinc, licet advortas animum, ut pernoscere possis.  
 Nil adeo fieri celeri ratione videtur,

Quam si mens fieri proponit, et inchoat ipsa.  
 Ocius ergo animus, quam res se perciet ulla, 185  
 Ante oculos quorum in promptu natura videtur.

At, quod mobile tantopere est, constare rotundis  
 Perquam seminibus debet perquamque minutis;  
 Momine uti parvo possint impulsa moveri.  
 Namque movetur aqua, et tantillo momine flutat, 190  
 Quippe volubilibus parvisque creata figuris.

At contra mellis constantior est natura,  
 Et pigrei latices magis, et conctantior actus.  
 Haeret enim inter se magis omnis materiai

Copia; nimirum quia non tam levibus exstat 195  
 Corporibus, neque tam subtilibus atque rotundis.

Namque papaveris, aura potest suspensa levisque  
 Cogere, ut ab summo tibi diffluat altus acervus;  
 At contra lapidum coniectum spicarumque  
 Nenu potest: igitur parvissima corpora pro quam 200  
 Et levissima sunt, ita mobilitate fruuntur.

At contra, quaequomque magis cum pondere magno  
 Asperaque inveniuntur, eo stabilita magis sunt.

Nunc igitur, quoniam est animi natura reperta  
 Mobilis egregie, perquam constare necesse est 205  
 Corporibus parvis et levibus atque rotundis.

Quae tibi cognita res in multis, o bone, rebus

Utilis inveniatur, et opportuna cluebit.

- Haec quoque res etiam naturam dedicat eius,
- 210 Quam tenui constet textura; quamque loco se  
Contineat parvo, si possit conglomerari:  
Quod, simul atque hominem leti secura quies est  
Indepta, atque animi natura animaeque recessit,  
Nil ibi libatum de toto corpore cernas
- 215 Ad speciem, nihil ad pondus: mors omnia praestat,  
Vitalem praeter sensum calidumque vaporem.  
Ergo animam totam perparvis esse necesse est  
Seminibus, nexam per venas, viscera, nervos:  
Quatenus, omnis ubi e toto iam corpore cessit,
- 220 Extrema membrorum circumcaesura tamen se  
Incolumem praestat, nec deficit ponderis hilum:  
Quod genus est, Bacchi quom flos evanuit, aut quom  
Spiritus unguenti suavis diffugit in auras,  
Aut aliquo quom iam succus de corpore cessit:
- 225 Nil oculis tamen esse minor res ipsa videtur  
Propterea, neque detractum de pondere quidquam;  
Nimirum, quia multa minutaque semina sucos  
Efficiunt et odorem in toto corpore rerum.  
Quare etiam atque etiam mentis naturam animaeque
- 230 Scire licet perquam paucillis esse creatam  
Seminibus; quoniam fugiens nil ponderis aufert.  
Nec tamen haec simplex nobis natura putanda est:  
Tenuis enim quaedam moribundos deserit aura  
Mixa vapore; vapor porro trahit aëra secum;
- 235 Nec calor est quisquam, quom non sit mixtus et aër.  
Rara quod eius enim constat natura, necesse est  
Aëris inter eum primordia multa moveri.  
Iam triplex animi est igitur natura reperta.  
Nec tamen haec sat sunt ad sensum cuncta creandam;
- 240 Nil horum quoniam recipit mens posse creare  
Sensiferos motus, quaedam quom mente volutant.  
Quarta quoque his igitur quaedam natura necesse est  
Attribuatur: ea est omnino nominis experts:  
Qua neque mobilius quidquam neque tenuius exstat,
- 245 Nec magis est parvis et levibus ex elementis;  
Sensiferos motus quae dedit prima per artus.  
Prima cietur enim, parvis perfecta figuris;  
Inde calor motus et venti caeca potestas  
Accipit; inde aër, inde omnia mobilitantur:
- 250 Concutitur sanguis, tum viscera persentiscunt  
Omnia; postremis datur ossibus atque medullis,  
Sive voluptas est, sive est contrarius ardor.

Nec temere huc dolor usque potest penetrare, neque acre  
 Permanare malum, quin omnia perturbentur:  
 Usque adeo vitae deficit locus, atque animai 255  
 Diffugiunt partes per caulas corporis omneis.  
 Sed plerumque fit in summo quasi corpore finis  
 Motibus: hanc ob rem vitam retinere valeamus.  
 Nunc, ea quo pacto inter sese mixta, quibusqu  
 Comta modis vigeant, rationem reddere aventem 260  
 Abstrahit invitum patrii sermonis egestas:  
 Sed tamen, ut potero summatim attingere, tangam.  
 Inter enim cursant primordia principiorum  
 Motibus inter se, nihil ut secernit unum  
 Possit; nec spatium fieri divisa potestas; 265  
 Sed quasi multae vis unius corporis exstant.  
 Quod genus, in quo vis animantium visere volgo,  
 Est odor et quidam calor et sapor; et tamen ex his  
 Omnibus est unum perfectum corporis augmen.  
 Sic calor atque aer et venti caeca potestas 270  
 Mixta creant unam naturam, et mobilis olla  
 Vis, initum motus ab se quae dividit olleis;  
 Sensifer unde oritur primum per viscera motus.  
 Nam penitus prorsum latet haec natura, subestque;  
 Nec magis hac infra quidquam est in corpore nostro; 275  
 Atque anima est animae proporro totius ipsa:  
 Quod genus in nostris membris et corpore toto  
 Mixta latens animi vis est animaeque potestas;  
 Corporibus quia de parvis paucisque creata est.  
 Sic tibi nominis haec expertis vis, facta minutis 280  
 Corporibus, latet; atque animae quasi totius ipsa  
 Proporro est anima, et dominatur corpore toto.  
 Consimili ratione necesse est, ventus et aer  
 Et calor inter se vigeant commixta per artus,  
 Atque alicis aliud subsit magis emineatque; 285  
 Ut quiddam fieri videatur ab omnibus unum:  
 Ne calor ac ventus seorsum, seorsumque potestas  
 Aeris interimant sensum, diductaque solvant.  
 Est etiam calor ille animo, quem sumit in ira,  
 Quom fervescit, et ex oculis micat acrius ardor. 290  
 Est et frigida multa, comes formidinis, aura,  
 Qua ciet horrorem membris, et concitat artus.  
 Est etiam quoque pacati status aeris ille,  
 Pectore tranquillo fit qui voltuque sereno.  
 Sed calidi plus est olleis, quibus acria corda, 295  
 Iracundaque mens facile effervescit in ira:  
 Quo genere in primis vis est violenta leonum,

- Pectora quei fremitu rumpunt plerumque gementes,  
Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.
- 300 At ventosa magis cervorum frigida mens est,  
Et gelidas citius per viscera concitat auras,  
Quae tremulum faciunt membris existere motum.  
At natura boum placido magis aëre vivit,  
Nec minus irai fax nunquam subdita percit
- 305 Fumida, suffundens caecae caliginis umbram;  
Nec gelidis torpet telis perfixa vaporis:  
Inter utrasque sita est, cervos saevosque leones.  
Sic hominum genus est: quamvis doctrina politos  
Constituatur pariter quosdam, tamen olla relinquit
- 310 Naturae quousque animi vestigia prima:  
Nec radicitus evelli mala posse putandum est,  
Quin proclivius hic iras decurrat ad acreis;  
Ille metu citius paullo tentetur; at ille  
Tertius accipiat quaedam clementius aequo;
- 315 Inque aliis rebus multis differre necesse est  
Naturas hominum varias moresque sequacis:  
Quorum ego nunc nequeo caecas exponere causas,  
Nec reperire figurarum tot nomina, quot sunt  
Principiis, unde haec oritur variantia rerum.
- 320 Illud in his rebus videor firmare potesse,  
Usque adeo naturarum vestigia linqui  
Parvula, quae nequeat ratio depellere dictis;  
Ut nihil impediatur dignam dis degere vitam.  
Haec igitur natura tenetur corpore ab omni,
- 325 Ipsaque corporis est custos, et causa salutis;  
Nam communibus inter se radicibus haerent,  
Nec sine pernicie divelli posse videntur.  
Quod genus, e turis glebis evellere odorem  
Haud facile est, quin intereat natura quoque eius.
- 330 Sic animi atque animae naturam corpore toto  
Extrahere haud facile est, quin omnia dissolvantur:  
Implexis ita principiis ab origine prima  
Inter se fiunt consorti praedita vita;  
Nec sibi quaeque, sine alterius vi, posse videtur
- 335 Corporis atque animi, seorsum sentire potestas:  
Sed communibus inter eos conflatur utrinque  
Motibus accensus nobis per viscera sensus.  
Praeterea, corpus per se nec gignitur unquam,  
Nec crescit, neque post mortem durare videtur.
- 340 Non enim, ut humor aquae, dimittit saepe vaporem,  
Qui datus est; neque ea causa convellitur ipse,  
Sed manet incolumis: non, inquam, sic animam

- Discidium possunt artus perferre relictæ ;  
 Sed penitus pereunt convolsæ, conque putrescunt.  
 Ex ineunte ævo sic corporis atque animæ 345  
 Mutua vitaleis discunt contagia motus,  
 Maternis etiam membris, alvoque reposto ;  
 Discidium ut nequeat fieri sine peste maloque :  
 Ut videas, quoniam coniuncta est causa salutis,  
 Coniunctam quoque naturam consistere eorum. 350
- Quod superest, si quis corpus sentire refutat,  
 Atque animam credit, permixtam corpore toto,  
 Suscipere hunc motum, quem sensum nominamus ;  
 Vel manifestas res contra verasque repugnat.  
 Quid sit enim corpus sentire, quis afferet unquam, 355  
 Si non ipsa palam quod res dedit ac docuit nos ?  
 At, dimissa anima, corpus caret undique sensu :  
 Perdit enim, quod non proprium fuit eius in ævo ;  
 [Multaque præterea perdit, quom expellitur ævo.] 360
- Dicere porro, oculos nullam rem cernere posse,  
 Sed per eos animum ut foribus spectare reclusis,  
 Difficile est, contra quom sensus ducat eorum ;  
 Sensus enim trahit, atque acies detrudit ad ipsas :  
 Fulgida præsertim quom cernere sæpe nequimus,  
 Lumina luminibus quia nobis præpediuntur ; 365  
 Quod foribus non fit: neque enim, qua cernimus ipsei,  
 Ostia suscipiunt ullum reclusa laborem.
- Praeterea, si pro foribus sunt lumina nostra,  
 Iam magis, exemptis oculis, debere videtur  
 Cernere res animum, sublatis postibus ipsis. 370
- Illud in his rebus nequaquam sumere possis,  
 Democriti quod sancta viri sententia ponit,  
 Corporis atque animi primordia singula, privæis  
 Apposita, alternis variare ac nectere membra. 375  
 Nam quom multo sunt animæ elementa minora,  
 Quam quibus et corpus nobis et viscera constant,  
 Tum numero quoque concedunt, et rara per artus  
 Dissita sunt, dumtaxat ut hoc promittere possis,  
 Quantula prima quæcant, nobis iniecta, cære  
 Corpora sensiferos motus in corpore, tanta 380  
 Intervalla tenere exordia prima animæ.
- Nam neque pulveris interdum sentimus adhaesum  
 Corpore, nec membris incussam sidere cretam ;  
 Nec nebulam noctu, neque aranei tenvia fila  
 Obvia sentimus, quando obretimur euntes ; 385  
 Nec supera caput eiusdem cecidisse vietam  
 Vestem, nec plumas avium papposque volanteis,

- Quei nimia levitate cadunt plerumque gravatim;  
 Nec repentis itum quouisvisquomque animantis  
 390 Sentimus, nec prima pedum vestigia quaeque,  
 Corpore quae in nostro culices et cetera ponunt.  
 Usque adeo prius est in nobis multa ciendum,  
 Quam primordia sentiscant concussa animai,  
 Semina, corporibus nostreis immixta per artus,  
 395 Et, quantis intervallis tuditantia! possint  
 Concursare, coire, et dissultare vicissim.  
 Et magis est animus vitae claustra coërcens,  
 Et dominantior ad vitam, quam vis animai.  
 Nam sine mente animoque nequit residere per artus  
 400 Temporis exiguam partem pars ulla animai:  
 Sed comes insequitur facul, et discedit in auras,  
 Et gelidos artus in leti frigore linquit.  
 At manet in vita, quoi mens animusque remansit,  
 Quamvis est circum caesis lacer undique membris:  
 405 Truncus, adempta anima circum, membrisque remotus,  
 Vivit et aetherias vitaleis suscipit auras;  
 Si non omnimodis, at magna parte, animai  
 Privatus, tamen in vita conctatur et haeret.  
 Ut lacerato oculo circum, si pupula mansit  
 410 Incolumis, stat cernundi vivata potestas;  
 Dummodo ne totum corrumpas luminis orbem,  
 Sed circumcidas aciem, solamque relinquas;  
 Id quoque enim sine pernicie non fiet eorum:  
 At, si tantula pars oculi media illa peresa est,  
 415 Occidit extemplo lumen, tenebraeque sequuntur;  
 Incolumis quamvis alioqui splendidus orbis.  
 Hoc anima atque animus iunctei sunt foedere semper.  
 Nunc age, nativos animantibus et mortaleis  
 Esse animos, animasque leveis, ut noscere possis;  
 420 Conquisita diu, dulcique reperta labore,  
 Digna tua pergam disponere carmina vita.  
 Tu face utrumque uno subiungas nomine eorum,  
 Atque animam verbi causa quom dicere pergam,  
 Mortalem esse docens; animum quoque dicere credas:  
 425 Quatenus est unum inter se, coniunctaque res est.  
 Principio, quoniam tenuem constare minutis  
 Corporibus docui, multoque minoribus esse  
 Principiis factam, quam liquidus humor aquai,  
 Aut nebula, aut fumus: nam longe mobilitate  
 430 Praestat, et a tenui causa magis icta movetur;  
 Quippe ubi imaginibus fumi nebulaeque moventur:  
 Quod genus, in somnis sopitei, ubi cernimus alta

Exhalare vapore altaria, ferreque fumum :  
 Nam procul haec dubio nobis simulacra genuntur :  
 Nunc igitur quoniam, quassatis undique vasis, 435  
 Diffluere humorem et laticem discedere cervis ;  
 Et nebula ac fumus quoniam discedit in auras ;  
 Crede, animam quoque diffundi, multoque perire  
 Ocuis, ac citius dissolvi in corpora prima,  
 Quom semel ex hominis membris ablata recessit. 440  
 Quippe etenim corpus, quod vas quasi constitit eius,  
 Quam cohibere nequit, conquassatum ex aliqua re  
 Ac rarefactum, detracto sanguine veneis,  
 Aëre qui credas posse hanc cohiberier ullo ?  
 Corpore qui nostro rarus magis incohibessit ? 445  
 Praeterea, gigni pariter cum corpore et una  
 Crescere sentimus, pariterque senescere mentem.  
 Nam velut infirmo puerei teneroque vagantur  
 Corpore, sic animi sequitur sententia tenuis :  
 Inde, ubi robustis adolevit viribus aetas, 450  
 Consilium quoque maius et auctior est animi vis :  
 Post, ubi iam validis quassatum est viribus aevi  
 Corpus, et obtusis ceciderunt viribus artas ;  
 Claudicat ingenium, delirat linguaque mensque ,  
 Omnia deficiunt, atque uno tempore desunt. 455  
 Ergo dissolvi quoque convenit omnem animam  
 Naturam, ceu fumus in altas aëris auras :  
 Quandoquidem gigni pariter, pariterque videmus  
 Crescere, et, ut docui, simul aevo fessa fatisci.  
 Hunc accedit, uti videamus, corpus ut ipsum 460  
 Suscipere immanis morbos durumque laborem ;  
 Sic animum curas acreis luctumque metumque.  
 Quare participem leti quoque convenit esse.  
 Quin etiam morbis in corporis avius errat  
 Saepe animus ; dementit enim, deliraque fatur ; 465  
 Interdumque gravi lethargo fertur in altum  
 Aeternumque soporem, oculis nutuque cadenti ;  
 Unde neque exaudit voces, nec noscere voltus  
 Ollorum potis est, ad vitam quei revocantes  
 Circumstant, lacrumis rorantes ora genasque. 470  
 Quare animum quoque dissolvi fateare necesse est,  
 Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.  
 Nam dolor ac morbus leti fabricator uterque est ;  
 Multorum exitio perdoctei quod sumus ante.  
 Denique, cor hominum quom vini vis penetravit 475  
 Acris, et in venas discessit diditus ardor,  
 Consequitur gravitas membrorum, praepediuntur

- Crura vacillanti, tardescit lingua, madet mens,  
Nant oculi; clamor, singultus, iurgia gliscunt;  
480 Et iam cetera de genere hoc, quaequomque sequuntur:  
Quir ea sunt, nisi quod vehemens violentia vini  
Conturbare animam consuevit corpore in ipso?  
At, quaequomque queunt conturbari inque pediri,  
Significant, paullo si durior insinuarit
- 485 Causa, fore ut pereant, aevo privata futuro.  
Quin etiam subito, vi morbi saepe coactus,  
Ante oculos aliquis nostros, ut fulminis ictu,  
Concidit, et spumas agit, ingemit, et tremit artus,  
Desipit, extentat nervos, torquetur, anhelat
- 490 Inconstanter, et in iactando membra fatigat:  
Nimirum, quia vis morbi, distracta per artus,  
Turbat agens animam, spumanti ut in aequore salso  
Ventorum validis fervescunt viribus undae.  
Exprimitur porro gemitus, quia membra dolore
- 495 Afficiuntur, et omnino quod semina vocis  
Eliciuntur, et ore foras glomerata feruntur,  
Qua quasi consuerunt, et sunt munita viai.  
Desipientia fit, quia vis animi atque animai  
Conturbatur et, ut docui, divisa seorsum
- 500 Disiectatur, eodem ollo distracta veneno.  
Inde ubi iam morbi reflexit causa, reditque  
In latebras acer corrupti corporis humor;  
Tum, quasi vacillans, primum consurgit, et omneis  
Paullatim redit in sensus, animamque recepat.
- 505 Haec igitur tantis ubi morbis corpore in ipso  
Iactentur, miserisque modis distracta laborant;  
Quir eadem credis sine corpore in aere aperto  
Cum validis ventis aetatem degere posse?  
Et quoniam mentem sanari, corpus ut aegrum,
- 510 Cernimus, et flecti medicina posse videmus;  
Id quoque praesagit, mortalem vivere mentem.  
Addere enim parteis, aut ordine traicere, acquum est,  
Aut aliquid prorsum de summa detrahere hilum,  
Commutare animum quiquomque adoritur et inquit;
- 515 Aut aliam quamvis naturam flectere quaerit.  
At neque transferri sibi parteis nec tribui volt,  
Immortale quod est, quidquam, neque defluere hilum.  
Nam quodquomque suis mutatum finibus exit,  
Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante.
- 520 Ergo animus, sive aegrescit, mortalia signa  
Mittit, ut edocui; seu flectitur a medicina:  
Usque adeo falsae rationis vera videtur



Res occurrere, et effugium praeccludere eunti,  
Ancipitique refutatu convincere falsum.

Denique saepe hominem paullatim cernimus ire,  
Et membratim vitalem deperdere sensum: 525

In pedibus primum digitos livescere et ungueis;  
Inde pedes et crura mori; post inde per artus  
Ire alios tractim gelidi vestigia leti.

Scinditur atque animo quoniam natura, nec uno 530  
Tempore sincera existit, mortalis habenda est.

Quod si forte putas, ipsam se posse per artus  
Introrsum trahere, et parteis conducere in unum,  
Atque ideo cunctis sensum deducere membris;  
At locus ille tamen, quo copia tanta animai 535  
Cogitur, in sensu debet maiore videri.

Qui quoniam nusquam est, nimiram, ut diximus ante,  
Dilaniata foras dispergitur: interit ergo.

Quin etiam, si iam libeat concedere falsum,  
Et dare, posse animam glomerari in corpore eorum, 540  
Lumina quei relinquunt moribundi particulatim;

Mortalem tamen esse animam fateare necesse est:  
Nec refert, utrum pereat dispersa per auras,

An contracta suis e partibus obbrutescat;  
Quando hominem totum magis ac magis undique sensus 545  
Deficit, et vitae minus et minus undique restat.

Et quoniam mens est hominis pars una, locoque  
Fixa manet certo, velut aures atque oculi sunt,  
Atque aliei sensus, quei vitam quomque gubernant;  
Et veluti manus, atque oculus, naresve seorsum, 550  
Secreta ab nobis, nequeunt sentire, neque esse:

Secta etenim parvo liquuntur tempore tibi:  
Sic animus per se non quit sine corpore et ipso  
Esse homine, illius quasi quod vas esse videtur,  
Sive aliud quid vis potius connexius ei 555  
Fingere; quandoquidem connexu corpus adhaeret.

Denique corporis atque animi vivata potestas,  
Inter se coniuncta, valent, vitaeque fruuntur:  
Nec sine corpore enim vitaleis edere motus  
Sola potest animi per se natura; nec autem 560  
Cassum anima corpus durare, et sensibus uti.

Scilicet avolsus radicibus ut nequit ullam  
Displicere ipse oculus rem seorsum corpore toto;  
Sic anima atque animus per se nil posse videtur:  
Nimirum, quia per venas et viscera mixtim, 565  
Per nervos atque ossa tenentur corpore ab omni:  
Nec magnis intervallis primordia possunt

- Libera dissultare; ideo conclusa moventur  
 Sensiferos motus; quos extra corpus, in auras
- 570 Aëris, haud possunt post mortem, eiecta, movere:  
 Propterea, quia non simili ratione tenentur.  
 Corpus enim atque animam serit aër, si cohibere  
 Sese anima, atque in eos poterit concludere motus,  
 Quos ante in nervis et in ipso corpore agebat.
- 575 Quare etiam atque etiam, resoluta corporis omni  
 Tegmine, et eiectis extra vitalibus auris,  
 Dissolvi sensus animi fateare, necesse est,  
 Atque animam; quoniam coniuncta est causa duobus.  
 Denique, quom corpus nequeat perferre animam
- 580 Discidium, quin in tetro tabescat odore;  
 Quid dubitas, quin, ex imo penitusque coorta,  
 Emanarit, uti fumus, diffusa animae vis?  
 Atque ideo tanta mutatum putre ruina  
 Conciderit corpus penitus, quia mota loco sunt
- 585 Fundamenta, foras manant animaeque per artus,  
 Perque viarum omneis flexus, in corpore quei sunt,  
 Atque foramina? multimodis ut noscere possis  
 Dispertitam animae naturam exisse per artus;  
 Et prius esse sibi distractam corpore in ipso,
- 590 Quam, prolapsa foras, enaret in aëris auras?  
 Quin etiam, fincis dum vitae vortitur intra,  
 Saepe aliqua tamen e causa labefacta videtur  
 Ire anima, et toto solvi de corpore mentem;  
 Et quasi supremo languescere tempore voltus,
- 595 Molliaque exsangui cadere omnia corpore membra.  
 Quod genus est, animo male factum quom perhibetur,  
 Aut animam liquisse, ubi iam trepidatur, et omnes  
 Extremum cupiunt vitae reprehendere vinculum.  
 Conquassatur enim tum mens animaeque potestas
- 600 Omnis; et haec ipso cum corpore collabefiunt:  
 Ut gravior paullo possit dissolvere causa.  
 Quid dubitas, tandem quin extra prodita corpus  
 Imbecilla foras, in aperto, tegmine demto,  
 Non modo non omnem possit durare per aevum,
- 605 Sed minumum quodvis nequeat consistere tempus?  
 Nec sibi enim quisquam moriens sentire videtur,  
 Ire foras animam incolumem de corpore toto;  
 Nec prius ad iugulum et superas succedere fauceis;  
 Verum deficere in certa regione locatam:
- 610 Ut sensus alios, in partu quemque sua, scit  
 Dissolvi: quod, si immortalis nostra foret mens,  
 Non tam se moriens dissolvi conquereretur;

Sed magis ire foras, vestemque relinquere, ut anguis,  
[Gauderet, praelonga senex aut cornua cervus.]

Denique quur animi nunquam mens consiliumque 615

Gignitur in capite, aut pedibus, manibusve, sed unis

Scdibus et certis regionibus omnibus haeret;

Si non certa loca ad nascendum reddita quoique

Sunt, et ubi quidquid possit durare creatum;

Atque ita multimodis pro totis artubus esse, 620

Membrorum ut nunquam existat praeposterus ordo?

Usque adeo sequitur res rem; neque flamma creari

Fluminibus solita est, neque in igni gignier algor.

Praeterea, si immortalis natura animai est,

Et sentire potest, secreta a corpore nostro; 625

Quinque, ut opinor, eam faciundum est sensibus auctam:

Nec ratione alia nosmet proponere nobis

Possumus infernas animas Acherunte vagare.

Pictores itaque et scriptorum secla priora

Sic animas introduxerunt sensibus auctas. 630

At neque seorsum oculo, neque nares, nec manus ipsa

Esse potest anima, neque seorsum lingua, neque aures

Auditum per se possunt sentire, neque esse.

Et quoniam toto sentimus corpore inesse

Vitalem sensum, et totum esse animale videmus; 635

Si subito medium celeri praeciderit ictu

Vis aliqua, ut seorsum partem secernat utramque,

Dispertita procul dubio quoque vis animai,

Et discissa simul cum corpore, disiicietur.

At quod scinditur, et parteis discedit in ulla, 640

Scilicet aeternam sibi naturam abnuit esse.

Falciferos memorant currus abscidere membra

Saepe ita de subito, permixta caede calenteis,

Ut tremere in terra videatur ab artubus id quod

Decidit abscisum; quom mens tamen atque hominis vis 645

Mobilitate mali non quit sentire dolorem;

Et simul in pugnae studio quod dedita mens est,

Corpore cum reliquo pugnam caedeisque petessit:

Nec tenet, amissam laevam cum tegmine saepe

Inter equos abstraxe rotas falceisque rapaceis; 650

Nec cecidisse alius dextram, quom scandit et instat.

Inde alius conatur adempto surgere crure,

Quom digitos agit propter moribundus humi pes;

Et caput, abscisum calido viventeque trunco,

Servat humi voltum vitalem oculosque patenteis, 655

Donec reliquias animai reddidit omneis.

Quin etiam, tibi si, lingua vibrante, minanti

- Serpentis cauda et procero corpore, utrumque  
 Sit lubitum in multas parteis discidere ferro ;
- 660 Omnia iam seorsum cernes, amcisa recenti  
 Volnere, tortari, et terram conspergere fabo ;  
 Ipsam seque retro partem petere ore priorem,  
 Volneris ardenti, ut morsu premat, icta dolore.  
 Omnibus esse igitur totas dicemus in ollis
- 665 Particulis animas? At ea ratione sequetur,  
 Unam animantem animas habuisse in corpore multas.  
 Ergo divisa est ea, quae fuit una simul cum  
 Corpore : quapropter mortale utrumque putandum est ;  
 In multas quoniam parteis disciditur aequae.
- 670 Praeterea, si immortalis natura animarum  
 Constat, et in corpus nascentibus insinuat ;  
 Quur super ante actam aetatem meminisse nequimus,  
 Nec vestigia gestarum rerum ulla tenemus?  
 Nam si tantopere est animi mutata potestas,
- 675 Omnis ut actarum exciderit retinentia rerum ;  
 Non, ut opinor, id ab leto iam longiter errat.  
 Quapropter fateare necesse est, quae fuit ante,  
 Interiisse, et, quae nunc est, nunc esse creatam.  
 Praeterea, si, iam perfecto corpore, nobis
- 680 Inferri solita est animi vivata potestas  
 Tum, quom gignimur et vitae quom limen inimus ;  
 Haud ita conveniebat, uti cum corpore et una  
 Cum membris videatur in ipso sanguine cresse :  
 Sed, velut in cavea, per se sibi vivere solam
- 685 Convenit, ut sensu corpus tamen affluat omne.  
 Quare etiam atque etiam neque originis esse putandum est  
 Experteis animas, nec leti lege solutas.  
 Nam neque tantopere annecti potuisse putandum est  
 Corporibus nostris, extrinsecus insinuat ;
- 690 (Quod fieri totum contra manifesta docet res :  
 Namque ita connexa est per venas, viscera, nervos,  
 Ossaque, uti dentes quoque sensu participantur ;  
 Morbus ut indicat, et gelidam stringor aquam,  
 Et lapis oppressus subitis e frugibus asper ;)
- 695 Nec, tam contextae quom sint, exire videntur  
 Incolumes posse, et salvas exsolvere sese  
 Omnibus e nervis atque ossibus articulisque.  
 Quod si forte putas, extrinsecus insinuatam  
 Permanere animam nobis per membra solere ;
- 700 Tanto quoque magis, cum corpore fusa, peribit.  
 Quod permanat enim, dissolvitur : interit ergo.  
 Dispertita ergo per caulas corporis omnis,

- Ut cibus in membra atque artus quom diditur omneis,  
 Disperit, atque aliam naturam sufficit ex se;  
 Sic anima atque animus, quamvis integra recens in **705**  
 Corpus eunt, tamen in manando dissoluuntur,  
 Dum, quasi per caulas, omneis diduntur in artus  
 Particulae, quibus haec animi natura creatur,  
 Quae nunc in nostro dominatur corpore, nata  
 Ex olla, quae tunc peritat, partita per artus. **710**
- Quapropter neque natali privata videtur  
 Esse die natura animae, nec funeris expers.  
 Semina praeterea linquntur, necne, animai  
 Corpore in exanimo? Quod si linquntur et insunt,  
 Haud erit, ut merito immortalis possit haberi; **715**  
 Partibus amissis quoniam libata recessit.  
 Sin ita, sinceris membris ablata, profugit,  
 Ut nullas parteis in corpore liquerit ex se;  
 Unde cadavera rancenti iam viscere vermeis  
 Exspirant? atque unde animantum copia tanta **720**  
 Exos et exsanguis tumidos perfluctuat artus?
- Quod si forte animas extrinsecus insinuari  
 Vermibus, et priva si in corpora posse venire  
 Credis; nec reputas, quur millia multa animarum  
 Conveniant, unde una recesserit: hoc tamen est, ut **725**  
 Quaerundum videatur et in discrimen agundum:  
 Utrum tandem animae venentur semina quaeque  
 Vermiculorum, ipsaeque sibi fabricentur, ubi sint;  
 An iam corporibus perfectis insinuentur.  
 At neque, quur faciant ipsae, quareve laborent, **730**  
 Dicere suppeditat; neque enim, sinecorpore quom sunt,  
 Sollicitae volitant morbis alguque fameque.  
 Corpus enim magis his vitiis et sine laborat;  
 Et mala cuncta animus contagi fungitur eius. **735**  
 Sed tamen his esto quamvis facere utile corpus,  
 Quod subeant; at, qua possint, via nulla videtur.  
 Haud igitur faciunt animae sibi corpora et artus.  
 Nec tamen est, qui cum perfectis insinuentur  
 Corporibus: neque enim poterunt subtiliter esse  
 Connexae; neque consensu contagia fient. **740**
- Denique quur acris violentia triste leonum  
 Seminium sequitur, volpeis dolus, et fuga cerviceis  
 A patribus datur, et patrius pavor incitat artus?  
 Et iam cetera de genere hoc, quur omnia membris **745**  
 Ex ineunte aevo generascunt ingenioque;  
 Si non, certa suo quia semine seminioque  
 Vis animi pariter crescit cum corpore quoque?

- Quod si immortalis foret, et mutare soleret  
 Corpora, permixtis animantes moribus essent :  
 750 Effugeret canis Hyrcano de semine saepe  
 Cornigeri incursum cervi ; tremeretque per auras  
 Aëris accipiter fugiens, veniente columba ;  
 Desiperent homines, saperent fera secla ferarum.  
 Illud enim falsa fertur ratione, quod aiunt,  
 755 Immortalem animam mutato corpore flecti :  
 Quod mutatur enim, dissolvitur : interit ergo.  
 Traiiciuntur enim partes, atque ordine migrant ;  
 Quare dissolvi quoque debent posse per artus,  
 Denique ut intereant una cum corpore cunctae.  
 760 Sin animas hominum dicent in corpora semper  
 Ire humana ; tamen quaeram, quur e sapienti  
 Stulta queat fieri, nec prudens sit puer ullus,  
 Nec tam doctus equae pullus, quam fortis equi vis ?  
 Si non, certa suo quia semine seminioque  
 765 Vis animi pariter crescit cum corpore quoque.  
 Scilicet in tenero tenerascere corpore mentem  
 Confugient ; quod si iam fit, fateare necesse est,  
 Mortalem esse animam, quoniam, mutata per artus  
 Tantopere, amittit vitam sensumque priorem.  
 770 Quove modo poterit, pariter cum corpore quoque  
 Confirmata, cupitum aetatis tangere florem  
 Vis animi, nisi erit consors in origine prima ?  
 Quidve foras sibi volt membris exire senectis ?  
 An metuit conclusa manere in corpore putri ?  
 775 An, domus aetatis spatio ne fessa vetusto  
 Obruat ? At non sunt iam immortalis ulla pericla.  
 Denique connubia ad Veneris partusque ferarum  
 Esse animas praesto, deridiculum esse videtur ;  
 Expectare immortalis mortalia membra  
 780 Innumero numero, certareque praeproperanter  
 Inter se, quae prima potissimaque insinuetur :  
 Si non forte ita sunt animarum foedera pacta,  
 Ut, quae prima volans advenerit, insinuetur  
 Prima, neque inter se contendant viribus hilum.  
 785 Denique in aethere non arbor, non aequore in alto  
 Nubes esse queunt, nec pisces vivere in arvis,  
 Nec cruor in lignis, nec saxeis sucus inesse.  
 Certum ac dispositum est, ubi quidquid crescat et insit :  
 Sic animi natura nequit sine corpore oriri  
 790 Sola, neque a nervis et sanguine longius esse.  
 Quod si possit enim, multo prius ipsa animi vis  
 In capite, aut humeris, aut imis calcibus esse

- Posset, et innasci quavis in parte soleret,  
 Quamde in eodem homine atque in eodem vase manere.  
 Quod quoniam nostro quoque constat corpore certum 795  
 Dispositumque videtur, ubi esse et crescere possit  
 Seorsum anima atque animus; tanto magis inficiandum,  
 Totum posse extra corpus durare genique.  
 Quare, corpus ubi interiit, periisse necesse est  
 Confiteare animam, distractam in corpore toto. 800  
 Quippe etenim mortalem aeterno iungere, et una  
 Consistere putare, et fungi mutua posse,  
 Desipere est; quid enim divorsius esse putandum est,  
 Aut magis inter se disiunctum discrepansque,  
 Quam mortale quod est, immortalis atque perenni 805  
 Iunctum, in concilio saevas tolerare procellas?  
 Praeterea, quacquamque manent aeterna, necesse est  
 Aut, quia sunt solido cum corpore, respuere ictus,  
 Nec penetrare pati sibi quidquam, quod queat arctas  
 Dissociare intus partibus; ut materiai 810  
 Corpora sunt, quorum naturam ostendimus ante:  
 Aut ideo durare aetatem posse per omnem,  
 Plagarum quia sunt expertia; sicut inane est,  
 Quod manet intactum, neque ab ictu fungitur hilum:  
 Aut ideo, quia nulla loci sit copia circum, 815  
 Quo quasi res possint discedere dissoluique:  
 Sicuti summarum summa est aeterna, neque extra  
 Quis locus est, quo diffugiant; neque corpora sunt, quae  
 Possint incidere, et valida dissolvere plaga.  
 At neque, uti docui, solido cum corpore mentis 820  
 Natura est, quoniam admixtum est in rebus inane:  
 Nec tamen est ut inane; neque autem corpora desunt,  
 Ex infinito quae possint forte coorta  
 Proruere hanc mentis violento turbine molem,  
 Aut aliam quamvis cladem importare periculi: 825  
 Nec porro natura loci spatiumque profundi  
 Deficit, exspergi quo possit vis animae,  
 Aut alia quavis possit vi pulsa perire.  
 Haud igitur leti praecclusa est ianua menti.  
 Quod si forte ideo magis immortalis habenda est, 830  
 Quod vitalibus ab rebus munita tenetur;  
 Aut quia non veniunt omnino aliena salutis;  
 Aut quia, quae veniunt, aliqua ratione recedunt  
 Pulsa prius, quam, quid noceant, sentire queamus:  
 [Scilicet a vera longe ratione remotum est.] 835  
 Praeter quam quod morbis tum corporis aegrit,  
 Advenit id, quod eam de rebus saepe futuris

- Macerat, inque metu male habet, curisque fatigat;  
 Praeteritisque male admissis peccata remordent.
- 840 Adde furorem animi proprium atque obliviam rerum;  
 Adde, quod in nigras lethargi mergitur undas.  
 Nil igitur mors est, ad nos neque pertinet hilum,  
 Quandoquidem natura animi mortalis habetur.  
 Et velut ante actum nil tempore sensimus aegri,
- 845 Ad configundum venientibus undique Poenis;  
 Omnia quom, belli trepido concussa tumultu,  
 Horrida contremuere sub altis aetheris auris;  
 In dubioque fuere, utrorum ad regna cadundum  
 Omnibus humaneis esset terraque marique:
- 850 Sic, ubi non erimus, quom corporis atque animam  
 Discidium fuerit, quibus e sumus uniter aptei,  
 Scilicet haud nobis quidquam, quei non erimus tum,  
 Accidere omnino poterit, sensumque movere;  
 Non si terra mari misceritur, et mare coelo.
- 855 Et si iam nostro sentit de corpore, postquam  
 Distracta est animi natura animaeque potestas;  
 Nil tamen est ad nos, quei cunctu coniugioque  
 Corporis atque animae consistimus uniter aptei.  
 Nec, si materiam nostram collegerit aetas
- 860 Post obitum, rursumque redegerit, ut sita nunc est,  
 Atque iterum nobis fuerint data lumina vitae;  
 Pertineat quidquam tamen ad nos id quoque factum,  
 Interrupta semel quom sit repetentia nostris;  
 Et nunc nil ad nos de nobis attinet, ante
- 865 Quei fuimus; nec iam de ollis nos afficit angor,  
 [Quos de materia nostra nova proferet aetas.]  
 Nam quom respicias immensi temporis omne  
 Praeteritum spatium; tum motus materiai  
 Multimodei quam sint; facile hoc accredere possis,
- 870 Semina saepe in eodem, ut nunc sunt, ordine posta:  
 Nec memori tamen id quimus reprehendere mente;  
 Inter enim iecta est vitae pausa, vageque  
 Deerrarunt passim motus ab sensibus omnes.  
 Debet enim, misere est quom forte aegreque futurum,
- 875 Ipse quoque esse in eo tum tempore, quom male possit  
 Accidere: id quoniam mors eximit, esseque prohibet  
 Ollum, quom possint incommoda conciliari  
 Haec eadem, quibus e nunc nos sumus, ante fuisse;  
 Scire licet nobis nihil esse in morte timendum;
- 880 Nec miserum fieri, qui non est, posse; neque hilum  
 Differre, an ullo fuerit iam tempore natus;  
 Mortalem vitam mors quom immortalis ademit.



Proinde, ubi se videas hominem indignarier ipsum,  
 Post mortem fore, ut aut putrescat corpore posto,  
 Aut flammis interfiat, malisve ferarum; 885  
 Scire licet, non sincerum sonere, atque subesse  
 Caecum aliquem cordi stimulum; quamvis neget ipse  
 Credere se, quemquam sibi sensum in morte futurum.  
 Non, ut opinor, enim dat, quod promittit et unde,  
 Nec radicitus e vita se tollit et eicit; 890  
 Sed facit esse sui quiddam super incius ipse.  
 Vivus enim sibi quom' proponit quisque, futurum,  
 Corpus uti volucres lacerent in morte feraeque;  
 Ipse sui miseret: neque enim se dividit hilum,  
 Nec removet satis a proiecto corpore; et illud 895  
 Se fingit, sensuque suo contaminat adstans.  
 Hinc indignatur, se mortalem esse creatum;  
 Nec videt, in vera nullum fore morte alium se,  
 Qui possit vivus sibi se lugere peremtum,  
 Stansque, iacentem se lacerari urive, dolere. 900  
 Nam si in morte malum est, malis morsuque ferarum  
 Tractari; non invenio, qui non sit acerbum,  
 Ignibus impositum calidis torrescere flammis;  
 Aut in melle situm suffocari; atque rigere  
 Frigore, quom' summo gelidi cubat aequore saxi; 905  
 Urgerive, superne obtritum, pondere terrae.  
 „Nam iam non domus accipiet te laeta, neque uxor  
 „Optuma, nec dulces occurrent oscula natei  
 „Praeripere, et tacita pectus dulcedine tangent.  
 „Non poteris facteis florentibus esse, tuisque 910  
 „Praesidium: misero misere,“ aiunt, „omnia ademit  
 „Una dies infesta tibi tot praemia vitae.“  
 Illud in his rebus non addunt; „Nec tibi earum  
 „Iam desiderium rerum insidet insuper una.“  
 Quod bene si videant animo, dictisque sequantur; 915  
 Dissolvant animi magno se angore metuque.  
 Tu quidem, ut es, lecto sopitus, sic eris, acvi  
 Quod superest, cunctis privatu' doloribus aegrus:  
 At nos horrifico cinectum te prope busto  
 Insatiabiliter defleimus; aeternumque 920  
 Nulla dies nobis moerorem e pectore demet.  
 Illud ab hoc igitur quaerendum est, quid sit amari  
 Tantopere, ad somnum si res redit atque quietem,  
 Quir quisquam aeterno possit tabescere luctu?  
 Hoc etiam faciunt, ubi discubuerunt, tenentque 925  
 Pocula saepe homines, et inumbrant ora coronis,  
 Ex animo ut dicant: „Brevis hic est fructus homulleis:

- „Iam fuerit; neque post unquam revocare licebit!“  
 Tanquam in morte mali cumprimis hoc sit eorum,
- 930 Quod sitis exurat miseros atque arida torreat;  
 Aut aliae quovis desiderium insideat rei.  
 Nec sibi enim quisquam tum se vitamque requiret,  
 Quom pariter mens et corpus sopita quiescunt:  
 Nam licet aeternum per nos sic esse soporem:
- 935 Nec desiderium nostri nos attingit ullum.  
 Et tamen haudquaquam nostros tunc illa per artus  
 Longe ab sensiferis primordia motibus errant;  
 Quin correptus homo ex somno se colligit ipse.  
 Multo igitur mortem minus ad nos esse putandum est;
- 940 Si minus esse potest, quam quod nihil esse videmus.  
 Maior enim turbae disiectus materiai  
 Consequitur leto; nec quisquam expergitus exstat,  
 Frigida quem semel est vitae pausa sequuta.  
 Denique, si vocem rerum natura repente
- 945 Mittat, et hoc aliquoi nostrum sic increpet ipsa:  
 „Quid tibi tantopere est, mortalis, quod nimis aegreis  
 „Luctibus indulges? quid mortem congemis ac fles?  
 „Nam gratum fuerit tibi vita ante acta priorque,  
 „Et non omnia, pertusum congesta quasi in vas,
- 950 „Commoda perfluxere, atque ingrata interiere;  
 „Quur non, ut plenus vitae conviva, recedis,  
 „Aequo animoque capis securam, stulte, quietem?  
 „Sin ea, quae fructus quomque es, perire profusa,  
 „Vitaque in offenso est; quur amplius addere quaeris,
- 955 „Rursum quod pereat, mali, et ingratum occidat omne?  
 „Non potius vitae finem iacis atque laboris?  
 „Nam tibi praeterea, quod machiner inveniamque,  
 „Quod placeat, nihil est: eadem sunt omnia semper.  
 „Si tibi non annis corpus iam marcet, et artus
- 960 „Confectei languent; eadem tamen omnia restant,  
 „Omnia si pergas vivendo vincere secla,  
 „Atque etiam potius, si nunquam sis moriturus:“  
 Quid respondemus, nisi iustam intendere litem  
 Naturam, et veram verbis exponere causam?
- 965 At qui obitum lamentetur miser amplius aequo,  
 Non merito inclamet magis, et voce increpet acri?  
 „Aufer abhinc lacrimas, barathre, et compesce querelas.“  
 Grandior hic vero si iam seniorque queratur:  
 „Omnia perfunctus vitae praemia, marces;
- 970 „Sed quia semper aves, quod abest, praesentia temnis,  
 „Imperfecta tibi elapsa est ingrataque vita,  
 „Et nec opinanti Mors ad caput adstitit ante,

„Quam satur ac plenus possis discedere rerum.  
 „Nunc aliena tua tamen aetate omnia mitte,  
 „Acquo animoque, aedum, magneis concede: ne-  
 cesse est.“

975

Iure, ut opinor, agat, iure increpet inciletque:  
 Cedit enim, rerum novitate extrusa, vetustas  
 Semper, et ex aliis aliud reparare necesse est;  
 Nec quisquam in barathrum, nec Tartara deditur atra.  
 Materies opus est, ut crescant postera secla; 980  
 Quae tamen omnia te, vita perfuncta, sequentur:  
 Nec minus ergo ante haec, quam tu, cecidere cadentque.  
 Sic alid ex alio nunquam desistet oriri;  
 Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.

Respice item, quam nil ad nos ante acta vetustas 985  
 Temporis aeterni fuerit, quam nascimur ante.

Hoc igitur speculum nobis natura futuri  
 Temporis exponit post mortem denique nostram.  
 Num quid ibi horribile apparet? Num triste videtur  
 Quidquam? Non omni somno securius exstat? 990

Atque animarum etiam, quacquamque Acherunte profundo  
 Proditae sunt esse, in vita sunt omnia nobis:  
 Nec miser impendens magnum timet aëre saxum  
 Tantalus, ut fama est, cassa formidine torpens;  
 Sed magis in vita divom metus urguet inanis 995  
 Mortaleis; casumque timent, quem quoique ferat fors.

Nec Tityon volucres ineunt, Acherunte iacentem,  
 Nec, quid sub magno scrutentur pectore, quidquam  
 Perpetuam aetatem possunt reperire profecto,  
 Quamlibet immani proiectu corporis exstet, 1000  
 Qui non sola novem dispersis iugera membris  
 Obtineat, sed qui terrae totius orbem:

Non tamen aeternum poterit perferre dolorem,  
 Nec praebere cibum proprio de corpore semper:  
 Sed Tityos nobis hic est, in amore iacentem 1005  
 Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor;  
 Aut alia quavis scindunt turpedine curae.

Sisyphus in vita quoque nobis ante oculos est,  
 Qui petere a populo fasceis saevasque secureis  
 Imbibit, et semper victus tristisque recedit. 1010

Nam petere imperium, quod inane est, nec datur unquam,  
 Atque in eo semper durum sufferre laborem;  
 Hoc est advorso nixantem trudere monte  
 Saxum, quod tamen a summo iam vortice rursum  
 Volvitur, et plani raptim petit aequora campi. 1015

Deinde animi ingratham naturam pascere semper,  
 Atque explere bonis rebus, satiareque nunquam:

- Quod faciunt nobis annorum tempora, circum  
 Quom redeunt, fetusque ferunt variosque lepores;  
 1020 Nec tamen explemur vitae fructibus unquam:  
 Hoc, ut opinor, id est, aevo florente puellas  
 Quod memorant laticem pertusum congerere in vas,  
 Quod tamen expleri nulla ratione potestur.  
 Cerberus et Furiae, iam vero, et lucis egestas,  
 1025 Tartarus, horriferos eructans faucibus aestus;  
 Quoi neque sunt usquam, nec possunt esse profecto:  
 Sed metus in vita poenarum pro male factis  
 Est insignibus insignis; scelerisque luella  
 Carcer, et horribilis de saxo iactus eorum,  
 1030 Verbera, carnufices, robur, pix, lamina, taedae:  
 Quae tamen etsi absunt, at mens sibi conscia factis,  
 Praemetuens, adhibet stimulos torretque flagellis,  
 Nec videt interea, qui terminus esse malorum  
 Possit, nec quae sit poenarum denique finis:  
 1035 Atque eadem metuit magis, haec ne in morte gravescant:  
 Hinc Acherusia fit stultorum denique vita.  
 Hoc etiam tibi tute interdum dicere possis:  
 „Lumina sis oculis etiam bonus Ancu' reliquit;“  
 Qui melior multis, quam tu, fuit, improbe, rebus.  
 1040 Inde aliei multei reges rerumque potentes  
 Occiderunt, magnis quei gentibus imperitarunt.  
 Ille quoque ipse, viam qui quondam per mare magnum  
 Stravit, iterque dedit legionibus ire per altum,  
 Ac pedibus salsas docuit superare lacunas,  
 1045 Et contempsit, equis insultans, murmura ponti;  
 Lumine adempto, animam moribundo corpore fudit.  
 Scipiades, belli fulmen, Carthaginis horror,  
 Ossa dedit terrae, proinde ac famul infimus esset.  
 Adde repertoires doctrinarum atque leporum;  
 1050 Adde Heliconiadum comites; quorum unus Homerus,  
 Sceptra potitus, eadem alieis sopitu' quiete est.  
 Denique Democritum postquam matura vetustas  
 Admonuit memores motus languescere mentis,  
 Sponte sua leto caput obvius obtulit ipse.  
 1055 Ipse Epicurus obit, decurso lumine vitae,  
 Qui genus humanum ingenio superavit, et omneis  
 Restinxit, stellas exortus uti aetherius sol.  
 Tu vero dubitabis et indignabere obire,  
 Mortua quoi vita est prope iam vivo atque videnti?  
 1060 Qui somno partem maiorem conteris aevi,  
 Et vigilans stertis, nec somnia cernere cessas,  
 Sollicitamque geris cassa formidine mentem;  
 Nec reperire potes, quid sit tibi saepe mali, quom

- Ebrius urgueris multis miser undique curis,**  
**Atque, animo incerto fluitans, errore vagaris? 1065**  
 Si possent homines, proinde ac sentire videntur  
**Pondus inesse animo, quod se gravitate fatiget,**  
**E quibus id fiat causis quoque noscere, et unde**  
**Tanta mali tanquam moles in pectore constet;**  
**Haud ita vitam agerent, ut nunc plerumque videmus: 1070**  
**Quid sibi quisque velit, nescire, et quaerere semper;**  
**Commutare locum, quasi onus deponere possit.**  
 Exit saepe foras magnis ex aedibus ille,  
**Esse domi quem pertaesum est, subitoque revertat;**  
**Quippe foris nihilo melius qui sentiat esse. 1075**  
 Currit, agens mannos, ad villam praecipitanter,  
**Auxilium tecteis quasi ferre ardentibus instans:**  
**Oscitat extemplo, tetigit quom limina villae;**  
**Aut abit in somnum gravis, atque oblivia quaerit;**  
**Aut etiam properans urbem petit atque revisit. 1080**  
 Hoc se quisque modo fugit: at, quem scilicet, ut fit,  
**Effugere haud potis est, ingratis haeret, et odit;**  
**Propterea, morbi quia causam non tenet aeger:**  
**Quam bene si videat, iam rebus quisque relictis**  
**Naturam primum studeat cognoscere rerum; 1085**  
**Temporis aeterni quoniam, non unius horae,**  
**Ambigitur status, in quo sit mortalibus omnis**  
**Aetas post mortem, quae restat quomque, manendo.**  
 Denique tantopere in dubiis trepidare periclis  
**Quae mala nos subigit vitae tanta cupido? 1090**  
**Certa quidem finis vitae mortalibus adstat,**  
**Nec devitari letum pote, quin obeamus.**  
 Praeterea vorsamur ibidem atque insumus usque;  
**Nec nova vivendo procuditur ulla voluptas.**  
**Sed, dum abest, quod avemus, id exsuperare videtur 1095**  
**Cetera; post aliud, quom contigit illud, avemus:**  
**Et sitis aequa tenet vitae semper hianteis:**  
**Posteraque, in dubio est, fortunam quam vehat aetas,**  
**Quidve ferat nobis casus, quive exitus instet.**  
 Nec prorsum, vitam ducendo, demimus hilum 1100  
**Tempore de mortis; nec delibrare valemus,**  
**Quo minus esse diu possimus morte peremtei.**  
**Proinde, licet quot vis vivendo condere secla,**  
**Mors aeterna tamen nihilominus olla manebit:**  
**Nec minus ille diu iam non erit, ex hodierno 1105**  
**Lumine qui finem vitae fecit, et ille,**  
**Mensibus atque annis qui multis occidit ante.**

T. LUCRETII CARI  
DE  
RERUM NATURA  
LIBER QUARTUS.

---

- Avia Pieridum peragro loca, nullius ante  
Trita solo; iuvat integros accedere fonteis,  
Atque haurire; iuvatque novos decerpere flores,  
Insignemque meo capiti petere inde coronam,  
5 Unde prius nulli velarint tempora Musae.  
Primum, quod magnis doceo de rebus, et arctis  
Religionum animos nodis exsolvere pergo;  
Deinde, quod obscura de re tam lucida pando  
Carmina, Musaeo contingens cuncta lepore:  
10 Id quoque enim non ab nulla ratione videtur;  
Nam veluti puereis absinthia tetra medentes  
Quom dare conantur, prius oras pocula circum  
Contingunt mellis dulci flavoque liquore,  
Ut puerorum aetas improvida ludificetur  
15 Labrorum tenuis; interea perpotet amarum  
Absinthii laticem, deceptaque non capiatur,  
Sed potius, tali attactu recreata, valescat:  
Sic ego nunc, quoniam haec ratio plerumque videtur  
Tristior esse, quibus non est tractata, retroque  
20 Volgus abhorret ab hac, volui tibi suaviloquenti  
Carmine Pierio rationem exponere nostram,  
Et quasi Musaeo dulci contingere melle;  
Si tibi forte animum tali ratione tenere  
Versibus in nostris possem, dum percipis omnem  
25 Naturam rerum, ac persentis utilitatem.  
Sed quoniam docui, cunctarum exordia rerum  
Qualia sint, et quam variis distantia formis

Sponte sua volitent, aeterno percita motu ;  
 Quoque modo possint res ex his quaeque creari :  
 Atque animi quoniam docui natura quid esset, 30  
 Et quibus e rebus cum corpore comta vigeret ;  
 Quoque modo distracta rediret in ordia prima :  
 Nunc agere incipiam tibi, quod vehementer ad has res  
 Attinet, esse ea, quae rerum simulacra vocamus ;  
 Quae, quasi membranae summo de corpore rerum 35  
 Dereptae, volitant ultro citroque per auras ;  
 Atque eadem, nobis vigilantibus obvia, menteis  
 Terrificant, atque in somnis, quom saepe figuras  
 Contuimur miras simulacraque luce carentum,  
 Quae nos horrifice, languentis saepe sopore, 40  
 Excierunt: ne forte animas Acherunte reamur  
 Effugere, aut umbras inter vivos volitare ;  
 Neve aliquid nostri post mortem posse relinqui,  
 Quom corpus simul atque animi natura peremta,  
 In sua discèssum dederunt primordia quaeque. 45  
 Dico igitur, rerum effigias tenuisque figuras  
 Mitti ab rebus, summo de corpore, earum  
 Quae quasi membranae vel cortex nominanda est,  
 Quod speciem ac formam similem gerit eius imago,  
 Quoiusquomque cluet de corpore fusa vagari. 50  
 Id licet hinc quamvis hebeti cognoscere corde :  
 Principio, quoniam mittunt in rebus apertis  
 Corpora res multae, partim diffusa solutae,  
 Robora ceu fumum mittunt, ignesque vaporem ;  
 Et partim contexta magis condensaque, ut olim 55  
 Quom teretes ponunt tunicas aestate cicadae,  
 Et vitulei quom membranas de corpore summo  
 Nascentes mittunt ; et item quom lubrica serpens  
 Exiit in spinis vestem : nam saepe videmus  
 Ollorum spoliis vepreis volitantibus auctas. 60  
 Quae quoniam fiunt, tenuis quoque debet imago  
 Ab rebus mitti, summo de corpore rerum.  
 Nam, quur illa cadant magis, ab rebusque recedant,  
 Quam quae tenvia sunt, hiscundi est nulla potestas ;  
 Praesertim, quom sint in summis corpora rebus 65  
 Multa minuta, iaci quae possint ordine eorum,  
 Quo fuerint, et formai servare figuram ;  
 Et multo citius, quanto minus indupediri  
 Pauca queunt, et sunt in prima fronte locata. 70  
 Nam certe iacere ac perciri multa videmus,  
 Non solum ex alto penitusque, ut diximus ante,  
 Verum de summis ipsum quoque saepe colorem :

- Et volgo faciunt id lutea russaque vela  
 Et ferrugina, quom, magnis intenta theatris,  
 75 Per malos volgata trabesque, tremantia fluctant:  
 Namque ibi concessum caveai subter et omnem  
 Scenalem speciem, patrum matrumque Deorumque,  
 Inficiunt, coguntque suo fluitare colore:  
 Et, quanto circum mage sunt inclusa theatri
- 80 Moenia, tam magis haec intus, perfusa lepore,  
 Omnia corrient correpta luce diei.  
 Ergo lintea, de summo quom corpore fucum  
 Mittunt, effigias quoque debent mittere tenveis  
 Res quaeque; ex summo quoniam iaculantur utraeque.
- 85 Sunt igitur iam formarum vestigia certa,  
 Quae volgo volitant, subtili praedita filo,  
 Nec singillatim possunt secreta videri.  
 Praeterea omnis odos, fumus, vapor, atque aliae res  
 Consimiles ideo diffusae rebus abundant,
- 90 Ex alto quia, dum veniunt extrinsecus, ortae,  
 Scinduntur per iter flexum; nec recta viarum  
 Ostia sunt, quae contendunt exire coartae.  
 At contra, tenuis summi membrana coloris  
 Quom iacitur, nihil est, quod eam discerpere possit;
- 95 In promptu quoniam est, in prima fronte locata.  
 Postremo speculis, in aqua, splendoreque in omni  
 Quaequomque apparent nobis simulacra, necesse est,  
 Quandoquidem simili specie sunt praedita rerum,  
 Esse in imaginibus missis consistere eorum.
- 100 Nam quae illa cadant magis ab rebusque recedant  
 Corpora, res multae quae mittunt corpore aperto,  
 Quam quae tenuia sunt, hiscundi est nulla potestas.  
 Sunt igitur tenues formarum dissimilesque  
 Effigies, singillatim quas cernere nemo
- 105 Quom possit, tamen, assiduo crebroque repulsi  
 Reiectae, reddunt speculorum ex aequore visum:  
 Nec ratione alia servari posse videntur  
 Tantopere, ut similes reddantur quoque figurae.  
 Nunc age, quam tenui natura constet imago,
- 110 Percipe; et in primis, quoniam primordia tantum  
 Sunt infra nostros sensus, tantoque minora,  
 Quam quae primum oculi coeptant non posse tueri.  
 Nunc tamen, id quoque uti conformem, exordia rerum  
 Cunctarum quam sint subtilia, percipe paucis.
- 115 Primum, animalia sunt iam partim tantula, ut horum  
 Tertia pars nulla possit ratione videri.  
 Horum intestinum quodvis quale esse putandum est?



Quid cordis globus, aut oculi? quid membra? quid artus?  
 Quantula sunt? quid praeterea, primordia quaeque,  
 Unde anima atque animi constet natura necessum est, 120  
 Nonne vides, quam sint subtilia quamque minuta?

Praeterea, quaequomque suo de corpore odorem  
 Exspirant acrem, panaces, absinthia tetra,  
 Abretoncique graves et tristia centaurea: 125  
 Quorum unumquodvis leviter si forte ciebis,

Quin potius noscas rerum simulacra vagare  
 Multa modis multis, nulla vi, cassaque sensu:  
 [Quorum quantula pars sit imago, dicere nemo est  
 Qui possit, neque eam rationem reddere dictis.] 130

Sed, ne forte putes, ea demum sola vagari,  
 Quaequomque ab rebus rerum simulacra recedunt;  
 Sunt etiam, quae sponte sua gignuntur, et ipsa  
 Constituuntur in hoc coelo, qui dicitur aër;  
 Quae, multis formata modis, sublime feruntur,  
 Nec speciem mutare suam liquentia cessant, 135  
 Et quousque modi formarum vortere in oras.

Ut nubis facere interdum, quom crescere in altum  
 Cernimus, et mundi speciem violare serenam,  
 Aëra mulcentis motu: nam saepe Gigantum  
 Ora volare videntur, et umbram ducere late; 140  
 Interdum magnei montes avolsaque saxa  
 Montibus anteire, et solem succedere propter;  
 Inde alios trahere atque inducere bellua nimbos.

Nunc ea quam facili et celeri ratione gerantur,  
 Perpetuoque fluant ab rebus, lapsaque cedant. 145  
 Semper enim summum quidquid de rebus abundat,  
 Quod iaculentur; et hoc, alias quom pervenit in res,  
 Transit, ut in primis vestem; sed, ubi aspera saxa  
 Aut in materiem ligni pervenit, ibi iam  
 Scinditur, ut nullum simulacrum reddere possit. 150

At quom, splendida quae constant, opposta fuerunt,  
 Densaque, ut in primis speculum est; nihil accidit horum:  
 Nam neque, uti vestem, possunt transire, neque ante  
 Scindi, quam meminit levor praestare salutem.  
 Quapropter fit, ut hinc nobis simulacra redundant: 155  
 Et quamvis subito, quovis in tempore, quamque  
 Rem contra speculum ponas, apparet imago:

Perpetuo fluere ut noscas e corpore summo.  
 Texturas rerum tenuis, tenuisque figuras. 160  
 Ergo multa brevi spatio simulacra geruntur,  
 Ut merito celer his rebus dicatur origo.  
 Et quasi multa brevi spatio summittere debet

- Lumina sol, ut perpetuo sint omnia plena;  
Sic a rebus item simili ratione necesse est
- 165 Temporis in puncto rerum simulacra ferantur  
Multa modis multis in cunctas undique parteis:  
Quandoquidem, speculum quoquomque obvertimus oreis,  
Res ibi respondent simili forma atque colore.  
Praeterea, modo quom fuerit liquidissima coeli
- 170 Tempestas, perquam subito fit turbida fede  
Undique, uti tenebras omneis Acherunta rearis  
Liquisse; et magnas coeli complexse cavernas.  
Usque adeo, tetra nimborum nocte coorta,  
Impendent atrae Formidinis ora superne.
- 175 Quorum quantula pars sit imago; dicere nemo est  
Qui possit, neque eam rationem reddere dictis.  
Nunc age, quam celeri motu simulacra ferantur,  
Et quae mobilitas olleis, tranantibus auras,  
Reddita sit, longo spatio ut brevis hora teratur,
- 180 In quem quaeque locum divorso numine tendunt,  
Suavidicis potius, quam multis, versibus edam:  
Parvus ut est cycni melior canor, ille gruum quam  
Clamor, in aetheriis dispersus nubibus Austri.  
Principio, persaepe leveis res atque minutis
- 185 Corporibus stanteis celereis licet esse videre.  
In quo iam genere est solis lux, et vapor eius;  
Propterea, quia sunt e primis facta minutis;  
Quae quasi cuduntur, perque aëris intervallum  
Non dubitant transire, sequenti concita plaga.
- 190 Suppeditatur enim confestim lumine lumen,  
Et quasi protelo stimulat fulgure fulgur.  
Quapropter simulacra pari ratione necesse est  
Immemorable per spatium transcurrere posse  
Temporis in puncto; primum, quod parvola causa
- 195 Est procul a tergo, quae provehat atque propellat;  
Deinde, quod usque adeo textura praedita rara  
Mittuntur, facile ut quasvis penetrare queant res,  
Et quasi permanare per aëris intervallum.  
Praeterea si, quae penitus corpuscula rerum
- 200 Ex altoque foras mittuntur, solis uti lux  
Ac vapor, haec puncto cernuntur lapsa diei  
Per totum coeli spatium diffundere sese,  
Perque volare mare ac terras, coelumque rigare,  
Quod super est; ubi tam volucris levitate feruntur:
- 205 Quid? quae sunt igitur iam prima fronte parata,  
Quom iaciuntur, et emissum res nulla moratur,  
Quone vides citius debere et longius ire,

- Multiplexque loci spatium transcurrere eodem  
 Tempore, quo solis pervolgant lumina coelum?  
 Hoc etiam in primis specimen verum esse videtur, 210  
 Quam celeri motu rerum simulacra ferantur:  
 Quod, simul ac primum sub diu splendor aquai  
 Ponitur, extemplo, coelo stellante sereno,  
 Sidera respondent in aqua radiantia mundi.  
 Iamne vides igitur, quam puncto tempore imago 215  
 Aetheris ex oris in terrarum accidit oras?  
 Quare etiam atque etiam mira fateare necesse est  
 Corpora, quae feriant oculos visumque lacessant,  
 Perpetuoque fluant certis ab rebus obortu;  
 Frigus ut a fluviiis, calor ab sole, aestus ab undis 220  
 Aequoris, exesor moerorum litora circum;  
 Nec variae cessant voces volitare per auras;  
 Denique in os salsi venit humor saepe saporis,  
 Quom mare vorsamur propter; dilataque contra  
 Quom tuimur misceri absinthia, tangit amaror. 225  
 Usque adeo omnibus ab rebus res quaeque flunter  
 Fertur, et in cunctas dimittitur undique parteis;  
 Nec mora, nec requies inter datur ulla fluundi;  
 Perpetuo quoniam sentimus, et omnia semper  
 Cernere, odorari licet, et sentire sonare. 230  
 Praeterea, quoniam manibus tractata figura  
 In tenebris quaedam cognoscitur esse eadem, quae  
 Cernitur in luce et claro candore; necesse est  
 Consimili causa tactum visumque moveri.  
 Nunc igitur, si quadratum tentamus, et id nos 235  
 Commovet in tenebris; in luci quae poterit res  
 Accidere ad speciem, quadrata nisi eius imago?  
 Esse in imaginibus quapropter causa videtur  
 Cernundi, neque posse sine his res ulla videri.  
 Nunc ea, quae dico, rerum simulacra feruntur 240  
 Undique, et in cunctas iaciuntur didita parteis:  
 Verum, nos oculis quia solis cernere quimus,  
 Propterea fit, uti, speciem quo vortimus, omnes  
 Res ibi eam contra feriant forma atque colore.  
 Et, quantum quaeque ab nobis res absit, imago 245  
 Efficat, ut videamus, et internoscere curat.  
 Nam quom mittitur; extemplo procudit agitque  
 Aëra, qui inter se quomque est oculosque locatus;  
 Isque ita per nostras acies perlabitur omnis,  
 Et quasi pertergit pupillas, atque ita transit. 250  
 Propterea fit, uti videamus, quam procul absit  
 Res quaeque; et quanto plus aëris ante agitur,

- Et nostros oculos perterget longior aura,  
 Tam procul esse magis res quaeque remota videtur.
- 255 Scilicet haec summe celeri ratione geruntur,  
 Quale sit, ut videamus, et una, quam procul absit.  
 Illud in his rebus minime mirabile habendum est,  
 Quur, ea, quae feriant oculos simulacra, videri  
 Singula quom nequeant, res ipsae perspiciantur.
- 260 Ventus enim quoque paullatim quom verberat, et quom  
 Acre fluit frigus, non primam quamque solemus  
 Particulam venti sentire et frigoris eius,  
 Sed magis unvorsum: fierique perinde videmus  
 Corpore tum plagas in nostro, tanquam aliquae res
- 265 Verberet, atque sui det sensum corporis extra.  
 Praeterea, lapidem digito quom tundimus, ipsum  
 Tangimus extremum saxi, summumque colorem;  
 Nec sentimus eum tactu, verum magis ipsam  
 Duritiam penitus saxi sentimus in alto.
- 270 Nunc age, quur ultra speculum videatur imago,  
 Percipe: nam certe penitus remota videtur.  
 Quod genus olla, foris quae vere transpiciuntur,  
 Ianua quom per se transpectum praebet apertum,  
 Multa facitque foris ex aedibus ut videantur:
- 275 Is quoque enim duplici geminoque fit aëre visus.  
 Primus enim citra posteis concernitur aër;  
 Inde fores ipsae dextra laevaue sequuntur;  
 Post extraria lux oculos pertinget, et aër  
 Alter, et olla, foris quae vere transpiciuntur.
- 280 Sic, ubi se primum speculi proiecit imago,  
 Dum venit ad nostras acies, procudit agitque  
 Aëra, qui inter se quomque est oculosque locatus,  
 Et facit, ut prius hunc omnem sentire queamus,  
 Quam speculum: sed, ubi in speculum quoque sensimus ipsum,
- 285 Continuo a nobis in eum, quae fertur, imago  
 Pervenit, et nostros oculos reiecta revisit;  
 Atque alium prae se propellens aëra volvit,  
 Et facit, ut prius hunc, quam se, videamus: eoque  
 Distare a speculo tantum semota videtur.
- 290 Quare etiam atque etiam minime mirarier est par  
 Ollis, quae reddunt speculorum ex aequore visum,  
 Aëribus binis; quoniam res confit utraque.  
 Nunc ea, quae nobis membrorum dextera pars est,  
 In speculis fit uti laeva videatur, eo quod
- 295 Planitiem ad speculi veniens quom offendit imago,  
 Non convortitur incolumis; sed recta retrorsum  
 Sic eliditur, ut si quis, prius arida quam sit

Cretea persona, allidat pilaeve trabive;  
 Atque ea continuo rectam si fronte figuram  
 Servet, et elisam retro sese exprimat ipsa: 300  
 Fiet, ut, ante oculos fuerit qui dexter, hic idem  
 Nunc sit laevus, et e laevo sit mutua dexter.

Fit quoque, de speculo in speculum ut tradatur imago;  
 Quinque, etiam sex, ut fieri simulacra suerint.  
 Nam quaequomque retro parte interiore latebit, 305  
 Inde tamen, quamvis torte penitusque remota,  
 Omnia, per flexos aditus educta, licebit  
 Pluribus haec speculis videantur in aedibus esse.  
 Usque adeo e speculo in speculum tralucet imago;  
 Et, quom laeva data est, fit rursus, ut dextera fiat; 310  
 Inde retro rursus redit, et convortit eodem.

Quin etiam, quaequomque latuscula sunt speculorum  
 Assimili lateris flexura praedita nostri,  
 Dextera ea propter nobis simulacra remittunt:  
 Aut quia de speculo in speculum transfertur imago, 315  
 Inde ad nos, elisa bis, advolat; aut etiam quod  
 Circumagitur, quom venit imago, propterea quod  
 Flexa figura docet speculi convortier ad nos.

Indugredi porro pariter simulacra; pedemque  
 Ponere, nobiscum credas, gestumque imitari; 320  
 Propterea quia, de speculi qua parte recedas,  
 Continuo nequeunt illinc simulacra revorti:  
 Omnia quandoquidem cogit natura referri,  
 Ac resilire ab rebus, ad aequos reddita flexus.

Splendida porro oculo fugitant, vitantque tueri; 325  
 Sol etiam caecat, contra si tendere pergas:  
 Propterea quia vis magna est ipsius; et alte  
 Aëra per purum graviter simulacra feruntur,  
 Et feriunt oculos, turbantia composituras.

Praeterea splendor, quiquomque est acer, adurit 330  
 Saepe oculos; ideo, quod semina possidet ignis  
 Multa, dolorem oculis quae gignunt insinuando.

Lurida praeterea fiunt, quaequomque tuentur  
 Arquatei; quia luroris de corpore eorum 335  
 Semina multa fluunt, simulacris obvia rerum;  
 Multaque sunt oculis in eorum denique mixta,  
 Quae contage sua palloribus omnia pingunt.

E tenebris autem, quae sunt in luce, tuemur  
 Propterea, quia, quom propior caliginis aër  
 Ater init oculos prior, et possedit apertos; 340  
 Insequitur candens confestim lucidus aër,  
 Qui quasi purgat eos, ac nigras discutit umbras

- Aëris illius: nam multis partibus hic est  
 Mobilior, multisque minutior, et mage pollens.
- 345 Qui simul atque vias oculorum luce replevit,  
 Atque patefecit, quas ante obsederat ater;  
 Continuo rerum simulacra adaptata sequuntur,  
 Quae sita sunt in luce, lacessuntque, ut videamus.  
 Quod contra facere in tenebris e luce nequimus,
- 350 Propterea quia posterior caliginis aër  
 Crassior insequitur, qui cuncta foramina complet,  
 Obsiditque vias oculorum, ne simulacra  
 Possint ullarum rerum contacta moveri.  
 Quadratasque procul turreis quom cernimus urbis,
- 355 Propterea fit, uti videantur saepe rotundae,  
 Angulus obtusus quia longe cernitur omnis,  
 Sive etiam potius non cernitur, ac perit eius  
 Plaga, nec ad nostras acies perlabitur ictus;  
 Aëra per multum quia dum simulacra feruntur,
- 360 Cogit hebescere eum crebris offensibus aër.  
 Hoc, ubi suffugit sensum simul angulus omnis,  
 Fit, quasi ut ad tornum saxorum structa tuantur;  
 Non tamen, ut coram quae sunt, vereque rotunda,  
 Sed quasi adumbratim paullum simulata videntur.
- 365 Umbra videtur item nobis in sole moveri,  
 Et vestigia nostra sequi, gestumque imitari:  
 Aëra si credis, privatum lumine, posse  
 Indugredi, motus hominum gestumque sequentem.  
 Nam nihil esse potest aliud, nisi lumine cassus
- 370 Aër, id, quod nos umbram perhibere suemus.  
 Nimirum, quia terra locis ex ordine certis  
 Lumine privatur solis, quaquomque meantes  
 Officimus; repletur item, quod liquimus eius.  
 Propterea fit, uti videatur, quae fuit umbra
- 375 Corporis, e regione eadem nos usque sequuta.  
 Semper enim nova se radiorum lumina fundunt,  
 Primaque dispereunt, quasi in ignem lana trahatur.  
 Propterea facile et spoliatur lumine terra,  
 Et repletur item, nigrasque sibi abluit umbras.
- 380 Nec tamen hic oculos falli concedimus hilum.  
 Nam, quoquomque loco sit lux atque umbra, tueri  
 Ollorum est: eadem vero sint lumina, necne,  
 Umbraque, quae fuit hic, eadem num transeat illuc,  
 An potius fiat, paullo quod diximus ante;
- 385 Hoc animi demum ratio discernere debet,  
 Nec possunt oculei naturam noscere rerum.  
 Proinde animi vitium hoc oculeis affingere noli.

Qua vehimur navi, fertur, quom stare videtur,  
 Quae manet in statione, ea praeter creditur ire;  
 Et fugere ad puppim colles campeique videntur, 390  
 Quos agimus praeter navem, velisque volamus.

Sidera cessare aetherieis affixa caverneis  
 Cuncta videntur; et assiduo sunt omnia motu;  
 Quandoquidem longos obitus exorta revisunt,  
 Quom permensa suo sunt coelum corpore claro: 395  
 Solque pari ratione manere et luna videtur  
 In statione; ea, quae ferri res indicat ipsa.

Exstantesque procul medio de gurgite montes,  
 Classibus inter quos liber patet exitus; ingens  
 Insula coniunctis tamen ex his una videtur. 400

Atria vorsari et circumcursare columnae,  
 Usque adeo fit, uti puereis videantur, ubi ipsei  
 Desierunt vorti, vix ut iam credere possint,  
 Non supra sese ruere omnia tecta minari.

Iamque rubrum tremulis iubar ignibus erigere alte 405  
 Quom coepat natura, supraque extollere monteis;  
 Quos tibi tum supra sol monteis esse videtur,  
 Comminus ipse suo contingens fervidus igni,  
 Vix absunt nobis missus bis mille sagittae,  
 Vix etiam cursus quingentos saepe veruti. 410

Inter eos solemque iacent immania ponti  
 Aequora, substrata aetherieis ingentibus oreis;  
 Interiectaque sunt terrarum millia multa,  
 Quae variae retinent gentes et secla ferarum. 415

At coniectus aquae, digitum non altior unum,  
 Qui lapides inter sistit per strata viarum,  
 Despectum praebet sub terras impete tanto,  
 A terris quantum coeli patet altus hiatus;  
 Nubila desplicere et coelum ut videre videre, et  
 Corpora mirande sub terras abdita coelo. 420

Denique, ubi in medio nobis equus acer obhaesit  
 Flumine, et in rapidas amnis despeximus undas;  
 Stantis equi corpus transvorsum ferre videtur  
 Vis, et in advorsum flumen contrudere raptim;  
 Et, quoquomque oculos traiecimus, omnia ferri 425  
 Et fluere assimili nobis ratione videntur.

Porticus aequali quamvis est denique ductu,  
 Stansque in perpetuum paribus suffulta columnis;  
 Longa tamen, parte ab summa quom tota videtur,  
 Paullatim trahit angusti fastigia conii, 430  
 Tecta solo iungens, atque omnia dextera laeveis,  
 Donec in obscurum conii conduxit acumen.

- In pelago nautis, ex undis ortus, in undis  
 Sol fit uti videatur obire et condere lumen;  
 435 Quippe ubi nil aliud, nisi aquam coelumque tuentur:  
 Ne leviter credas labefactari undique sensus.  
 At maris ignarcis in portu clauda videntur  
 Navigia aplustris, fractas obnitier undas:  
 Nam quaequomque supra rorem salis edita pars est  
 440 Remorum, recta est, et recta superne gubernata:  
 Quae demersa liquore obeunt, refracta videntur  
 Omnia convorti, sursumque supina revorti,  
 Et reflexa prope in summo fluitare liquore.  
 Raraque per coelum tum ventei nubila portant  
 445 Tempore nocturno, quom splendida signa videntur  
 Labier advorsum nimbos, atque ire superne  
 Longe aliam in partem, quam quo ratione feruntur.  
 At, si forte oculo manus uni subdita, subter  
 Pressit eum, quodam sensu fit, uti videantur  
 450 Omnia, quae tuimur, fieri tum bina tuendo;  
 Bina lucernarum florentia lumina flammis,  
 Binaque per totas aedeis geminare supellex,  
 Et duplices hominum facies, et corpora bina.  
 Denique, quom suavi devinxit membra sopore  
 455 Somnus, et in summa corpus iacet omne quiete;  
 Tum vigilare tamen nobis et membra movere  
 Nostra videntur, et in noctis caligine caeca  
 Cernere censemus solem lumenque diurnum,  
 Conclusoque loco coelum, mare, flumina, montes  
 460 Mutare et campos pedibus transire videmur,  
 Et sonitus audire, severa silentia noctis  
 Undique quom constant, et reddere dicta tacentes.  
 Cetera de genere hoc mirande multa videmus,  
 Quae violare fidem quasi sensibus omnia quaerunt:  
 465 Nequidquam; quoniam pars horum maxuma fallit  
 Propter opinatus animi, quos addimus ipsei,  
 Pro visis ut sint, quae non sunt sensibu' visa.  
 Nam nihil aegrius est, quam res discernere apertas  
 Ab dubiis, animus quas ab se protinus abdit.  
 470 Denique, nil sciri si quis putat, id quoque nescit,  
 An sciri possit, quo se nil scire fatetur.  
 Hunc igitur contra mittam contendere causam,  
 Qui capite ipse suo in statuit vestigia sese.  
 Et tamen hoc quoque uti concedam scire, at id ipsum  
 475 Quaeram, quom in rebus veri nil viderit ante,  
 Unde sciat, quid sit scire et nescire vicissim?  
 Notitiam veri quae res falsique creavit,



Et dubium certo quae res differre probavit?

Invenies, primis ab sensibus esse creatam  
Notitiam veri, neque sensus posse refelli: 480

Nam maiore fide debet reperiri illud,  
Sponte sua veris quod possit vincere falsa.

Quid maiore fide porro, quam sensus, haberi  
Debet? an ab sensu falso ratio orta valebit 485

Dicere eos contra, quae tota ab sensibus orta est?

Quei nisi sint veri, ratio quoque falsa sit omnis.

An poterunt oculos aures reprehendere? an aureis  
Tactus? an hunc porro tactum sapor arguet oris?

An confutabunt nares, oculoive revincant? 490

Non, ut opinor, ita est: nam seorsum quoque potestas  
Divisa est; sua vis quoque est: ideoque necesse est,

Et, quod molle sit et gelidum fervensve, videri;

Et seorsum varios rerum sentire colores,

Et quaequomque coloribus sint coniuncta, necesse est.

Seorsus item sapor oris habet vim, seorsus odores 495

Nascuntur, seorsum sonitus: ideoque necesse est,

Non possint alios alicui convincere sensus.

Nec porro poterunt ipsei reprehendere sese;

Aequa fides quoniam debet semper haberi.

Proinde, quod in quoque est his visum tempore, verum est. 500

Et, si non poterit ratio dissolvere causam,

Quae ea, quae fuerint iuxta quadrata, procul sint

Visa rotunda; tamen praestat rationis egentem

Reddere mendose causas utriusque figurae, 505

Quam manibus manifesta suis emittere quoquam,

Et violare fidem primam, et convellere tota

Fundamenta, quibus nixatur vita salusque.

Non modo enim ratio ruat omnis, vita quoque ipsa

Concidat extemplo, nisi credere sensibus ausis,

Praecipiteisque locos vitare, et cetera, quae sint 510

In genere hoc fugiunda; sequi, contraria quae sint.

Olla tibi est igitur verborum copia cassa

Omnis, quae, contra sensus instructa, parata est.

Denique, ut in fabrica, si prava est regula prima,

Normaque si fallax rectis regionibus exit, 515

Et libella aliqua si ex parte claudicat hilam;

Omnia mendose fieri atque obstipa, necessum est,

Prava, cubantia, prona, supina, atque absona tecta;

Iam ruere ut quaedam videantur velle, ruantque,

Proditia iudiciis fallacibus omnia primis. 520

Sic igitur ratio tibi rerum prava necesse est

Falsaque sit, falsis quaequomque ab sensibus orta est.

- Nunc aliei sensus quo pacto quisque suam rem  
Sentiat, haudquaquam ratio scrupōsa relicta est.
- 525 Principio, auditur sonus et vox omnis, in aureis  
Insinuata suo pepulere ubi corpore sensum.  
Corpoream quoque enim vocem constare fatendum est,  
Et sonitum; quoniam possunt impellere sensus.  
Propterea radit vox fauceis saepe, facitque
- 530 Asperiora foras gradiens arteria clamor.  
Quippe per angustum, turba maiore coorta,  
Ire foras ubi coeperunt primordia vocum,  
Scilicet expletis quoque ianua redditur oris  
Rauca viis, et iter laedit, qua vox it in auras.
- 535 Haud igitur dubium est, quin voces verbaque constant  
Corporeis e principiis, ut laedere possint.  
Nec te fallit item, quid corporis auferat, et quid  
Detrahat ex hominum nervis ac viribus ipsis  
Perpetuus sermo, nigraī noctis ad umbram
- 540 Aurorae perductus ab exoriente nitore;  
Praesertim, si cum summo est clamore profusus:  
Ergo corpoream vocem constare necesse est,  
Multa loquens quoniam amittit de corpore partem.  
Nec simili penetrant aureis primordia forma,
- 545 Quom tuba depresso graviter sub murmure mugit,  
Et revocat rancum retro cita barbara bombum;  
Vallibus et cyenei, nece tortei, ex Heliconis  
Quom liquidam tollunt lugubri voce querelam.  
Hasce igitur penitus voces, quom corpore nostro
- 550 Exprimimus, rectoque foras emittimus ore,  
Mobilis articulat verborum daedala lingua,  
Formaturaque labrorum pro parte figurat.  
Asperitas autem vocis fit ab asperitate  
Principiorum, et item levor levore creatur.
- 555 Hoc, ubi non longum spatium est, unde una profecta  
Perveniat vox quaeque, necesse est verba quoque ipsa  
Plane exaudiri, discernique articulatim:  
Servat enim formaturam, servatque figuram.  
At si interpositum spatium sit longius aequo,
- 560 Aëra per multum confundi verba necesse est,  
Et conturbari vocem, dum travolat auras.  
Ergo fit, sonitum ut possis sentire, neque ollam  
Internoscere, verborum sententia quae sit:  
Usque adeo confusa venit vox inque pedita.
- 565 Practerea, verbum saepe unum perciet aureis  
Omnibus, in populo missum praeconis ab ore:  
In multas igitur voces vox una repente

Diffugit, in privas quoniam se dividit aureis,  
 Obsignans formam verbis clarumque sonorem.  
 At, quae pars vocum non aureis incidit ipsas, 570  
 Praeterlata perit frustra, diffusa per auras:  
 Pars solideis allisa, lapis reiecta, sonorem  
 Reddit, et interdum frustratur imagine verbi.

Quae, bone, quom videas, rationem reddere possis  
 Tute tibi atque alieis, quo pacto per loca sola 575  
 Saxa pareis formas verborum ex ordine reddant,  
 Palanteis comites quom monteis inter opacos  
 Quaerimus, et magna dispersos voce ciemos.  
 Sex etiam, aut septem, loca vidi reddere voces,  
 Unam quom iaceres: ita colles collibus ipsei 580  
 Verba repulsantes iterabant dicta referri.

Haec loca capripedes Satyros Nymphasque tenere  
 Finitumei fingunt; et Faunos esse loquuntur,  
 Quorum noctivago strepitu ludoque iocanti  
 Affirmant volgo faciturna silentia rumpi, 585

Chordarumque sonus fieri dulcisque querelas,  
 Tibia quas fundit, digitis pulsata canentum:  
 Et genus agricolùm late sentiscere, quom Pan,  
 Pinea semiferi capitis vallamina quassans,  
 Unco saepe labro calamos percurrit hianteis, 590  
 Fistula sylvestrem ne cesset fundere musam.

Cetera de genere hoc monstra ac portenta loquuntur,  
 Ne loca, deserta ab divis quoque, forte putentur  
 Sola tenere: ideo iactant miracula dictis;  
 Aut aliqua ratione alia ducuntur; ut omne 595  
 Humanum genus est avidum nimis auricularum.

Quod superest, non est mirandum, qua ratione  
 Per loca, qua nequeunt oculi res cernere apertas,  
 Haec loca per voces veniant, aureisque lacessant:  
 Colloquium clusis foribus quoque saepe videmus. 600  
 Nimirum, quia vox per flexa foramina rerum  
 Incolumis transire potest, simulacrâ renutant:  
 Percinduntur enim, nisi recta foramina tranant;  
 Qualia sunt vitri, species quae travolat omnis.

Praeterea, parteis in cunctas dividitur vox, 605  
 Ex aliis aliae quoniam gignuntur; ubi nam  
 Dissiluit semel in multas, exorta quasi ignis  
 Saepe solet scintilla suos se spargere in igneis.  
 Ergo replentur loca vocibus, abdita retro  
 Omnia quae circum fuerunt, sonituque cientur. 610

At simulacra viis de rectis omnia tendunt,  
 Ut sunt missa semel: quapropter cernere nemo

- Saepta supra potis est, at voces accipere extra.  
 Et tamen ipsa quoque haec, dum transit clusa viarum,
- 615 Vox obtunditur, atque aureis confusa penetrat;  
 Et sonitum potius, quam verba, audire videmur.  
 Hoc, qui sentimus sucum, lingua atque palatum,  
 Plusculum habent in se rationis, plus operaeque.  
 Principio, sucum sentimus in ore, cibum quom
- 620 Mandundo exprimimus: ceu plenam spongiam aquai  
 Si quis forte manu premere ac siccare coepit.  
 Inde, quod exprimimus, per caulas omne palati  
 Diditur, et rarae perplexa foramina linguae.  
 Hoc, ubi levia sunt manantis corpora suci,
- 625 Suaviter attingunt, et suaviter omnia tractant,  
 Humida linguae circum sudantia templa.  
 At contra pungunt sensum lacerantque coorta,  
 Quanto quaeque magis sunt asperitate repleta.  
 Deinde, voluptas est e suco fine palati;
- 630 Quom vero deorsum per fauceis praecipitavit,  
 Nulla voluptas est, dum diditur omnis in artus:  
 Nec refert quidquam, quo victu corpus alatur,  
 Dummodo, quod capias, concoctum didere possis.  
 Artubus, et stomachi humectum servare tenorem.
- 635 Nunc, aliis alius qui sit cibus, ut videamus,  
 Expediam; quareve, aliis quod triste et amarum est,  
 Hoc tamen esse aliis possit perdulce videri.  
 Tantaque in his rebus distantia differitasque est,  
 Ut, quod aliis cibus est, aliis fiat acre venenum.
- 640 Est itaque, ut serpens, hominis quae tacta salivis,  
 Disperit, ac sese mandundo conficit ipsa.  
 Praeterea, nobis veratrum est acre venenum,  
 At capreis adipem et coturnicibus auget.  
 Id quibus ut fiat rebus cognoscere possis,
- 645 Principio meminisse decet, quae diximus ante,  
 Semina multimodis in rebus mixta teneri.  
 Porro omnes, quaequomque cibum capiunt, animantes,  
 Ut sunt dissimiles extrinsecus, et generatim  
 Extima membrorum circumcaesura coercet,
- 650 Proinde et seminibus constant, variantque figura.  
 Semina quom porro distent, differre necesse est  
 Intervalsa viasque, foramina quae perhibemus,  
 Omnibus in membris, et in ore, ipsoque palato.  
 Esse minora igitur quaedam maioraque debent;
- 655 Esse triquetra aliis, aliis quadrata necesse est,  
 Multa rotunda, modis multis multangula quaedam.  
 Namque figurarum ratio ut motusque repossunt,

- Proinde foraminibus debent differre figurae,  
 Et variare viae, proinde ac textura coërcet. 660  
 Hoc, ubi quod suave est alieis, alieis fit amarum,  
 Illi, quoi suave est, levissima corpora debent  
 Contractabiliter caulas intrare palati:  
 At contra, quibus est eadem res intus acerba,  
 Aspera nimirum penetrant hamataque fauceis.  
 Nunc facile est ex his rebus cognoscere quaeque. 665  
 Quippe, ubi quoi febris, bili superante, coorta est,  
 Aut alia ratione aliqua est vis excita morbi;  
 Perturbatur ibi iam totum corpus, et omnes  
 Commutantur ibi positurae principiorum:  
 Fit, prius ad sensum quae corpora conveniebant, 670  
 Nunc non convenient, et cetera sint magis apta,  
 Quae penetrata queunt sensum progignere acerbum.  
 Utraque enim sunt in mellis commixta sapore;  
 Id quod iam supera tibi saepe ostendimus ante.  
 Nunc age, quo pacto nareis adiectus odoris 675  
 Tangat, agam. Primum, res multas esse necesse est,  
 Unde fluens volvat varius se fluctus odorum;  
 Et fluere, et mitti volgo, spargique, putandum est.  
 Verum alieis alius magis est animantibus aptus,  
 Dissimileis propter formas: ideoque per auras 680  
 Mellis apes, quamvis longe, ducuntur odore,  
 Volturicique cadaveribus; tum, fissa ferarum  
 Ungula quo tulerit gressum, permissa canum vis  
 Ducit; et humanum longe praesentit odorem  
 Romulidarum arcis servator, candidus anser. 685  
 Sic alieis alius nidor datus ad sua quemque  
 Pabula ducit, et a tetro resilire veneno  
 Cogit; eoque modo servantur secla ferarum.  
 Hic odor ipse igitur, nareis quiquomque lacessit,  
 Est alio ut possit permitti longius alter: 690  
 Sed tamen haud quisquam tam longe fertur eorum,  
 Quam sonitus, quam vox; mitto iam dicere, quam res,  
 Quae feriunt oculorum acies, visumque lacessunt.  
 Errabundus enim tarde venit, ac perit ante  
 Paullatim, facileis distractus in aëris auras; 695  
 Ex alto primum quia vix emittitur ex re.  
 Nam penitus fluere atque recedere rebus odores  
 Significat, quod fracta magis redolere videntur  
 Omnia, quod contrita, quod igni collabefacta.  
 Deinde videre licet, maioribus esse creatum 700  
 Principiis, quam vox; quoniam per saxea saepta  
 Non penetrat, qua vox volgo sonitusque feruntur.

- Quare etiam quod olet, non tam facile esse videbis  
Investigare, in qua sit regione locatum.
- 705 Refrigescit enim conctando plaga per auras;  
Nec calida ad sensum decurrunt, nuntia rerum.  
Errant saepe canes itaque, et vestigia quaerunt.  
Nec tamen hoc solis in odõribus atque saporum  
In genere est; sed item species rerum atque colores
- 710 Non ita conveniunt ad sensus omnibus omnes,  
Ut non sint aliis quaedam magis acria visu.  
Quin etiam gallum, noctem explodentibus alis,  
Auroram clara consuetum voce vocare,  
Nenu queunt rapidei contra constare leones,
- 715 Inque tueri: ita continuo meminere fugai:  
Nimirum, quia sunt gallorum in corpore quaedam  
Semina, quae, quom sunt oculis immissa leonum,  
Pupillas interfodiunt, acremque dolorem  
Praebent, ut nequeant contra durare feroces;
- 720 Quom tamen haec nostras acies nil laedere possint:  
Aut quia non penetrant, aut quod penetrantibus olleis  
Exitus ex oculis liber datur, in remorando  
Laedere ne possint ex ulla lumina parte.  
Nunc age, quae moveant animum res, accipe; et unde,
- 725 Quae veniunt, veniant in mentem, percipe paucis.  
Principio hoc dico, rerum simulacra vagari  
Multa modis multis in cunctas undiqne parteis  
Tenvia, quae facile inter se iunguntur in auris,  
Obvia quom veniunt; ut aranea bracteaeque auri.
- 730 Quippe etenim multo magis haec sunt tenvia textu,  
Quam quae percipiunt oculos, visumque laccessunt;  
Corporis haec quoniam penetrant per rara, cientque  
Tenvem animi naturam intus, sensumque laccessunt.  
Centavros itaque et Scyllarum membra videmus,
- 735 Cerbereasque canum fauceis, simulacraque eorum,  
Quorum morte obita tellus amplectitur ossa:  
Omne genus, quoniam passim simulacra feruntur,  
Partim sponte sua quae fiunt aere in ipso,  
Partim quae variis ab rebus quomque recedunt,
- 740 Et quae conficiunt ex horum facta figuris.  
Nam certe ex vivo Centauri non fit imago,  
Nulla fuit quoniam talis natura animai:  
Verum ubi equi atque hominis casu convenit imago,  
Haerescit facile extemplo, quod diximus ante,
- 745 Propter subtilem naturam et tenvia texta.  
Cetera de genere hoc eadem ratione creantur.  
- Quae quom mobiliter summa levitate feruntur,

Ut prius ostendi, facile uno commovet ictu  
 Quaelibet una animum nobis subtilis imago.  
 Tervis enim mens est et mire mobilis ipsa. 750

Haec fieri, ut memoro, facile hinc cognoscere possis;  
 Quatenus hoc simile est illi, quod mente videmus  
 Atque oculis, simili fieri ratione necesse est.  
 Nunc igitur, docui quoniam, me forte leonum  
 Cernere per simulacra, oculos quaequomque lacessunt; 755  
 Scire licet, mentem simili ratione moveri  
 Per simulacra leonum, cetera, quae videt aequae,  
 Nec minus, atque oculo; nisi quod magis tertia cernit.

Nec ratione alia, quom somnus membra profudit,  
 Mens animi vigilat, nisi qua simulacra lacessunt 760  
 Haec eadem nostros animos, quae, quom vigilamus:  
 Usque adeo, certe ut videamur cernere eum, quem,  
 Reddita vita, iam mors et terra potita est.

Hoc ideo fieri cogit natura, quod omnes  
 Corporis affectei sensus per membra quiescunt, 765  
 Nec possunt falsum veris convincere rebus.  
 Praeterea, meminisse iacet, languetque sopore;  
 Nec dissentit, eum mortis letique potitum  
 Iam pridem, quem mens vivum se cernere credit.

Quod superest, non est mirum, simulacra moveri, 770  
 Brachiaque in numerum iactare et cetera membra.  
 Nam fit, ut in somnis facere hoc videatur imago.  
 Hoc, ubi prima perit, alioque est altera nata  
 Inde statu, prior hic gestum mutasse videtur.  
 Scilicet id fieri celeri ratione putandum est: 775

Tanta est mobilitas, et rerum copia tanta,  
 Tantaque sensibili quovis est tempore in uno  
 Copia particularum, ut possit suppeditare.  
 Multaque in his rebus quaeruntur, multaque nobis  
 Clarandum est, plane si res exponere avemus. 780

Quaeritur in primis, quare, quod quoique libido  
 Venerit, extemplo mens cogitet eius id ipsum.  
 Anne voluntatem nostram simulacra tumentur,  
 Et, simulac volumus, nobis occurrit imago?  
 Si mare, si terram, cordi est, si denique coelum, 785  
 Conventus hominum, pompam, convivia, pugnas,  
 Omnia sub verbone creatura paratque?  
 Quom praesertim alicis eadem in regione locoque  
 Longe dissimileis animus res cogitet omnis?

Quid porro, in numerum procedere quom simulacra 790  
 Cernimus in somnis, et mollia membra movere;  
 Mollia mobiliter quom alternis brachia mittunt,

- Et repetunt oculis gestum pede convenienti?  
 Scilicet arte madent simulacra, et docta vagantur,
- 795 Nocturno facere ut possint in tempore ludos?  
 An magis illud erit verum, quia tempore in uno  
 Consentimus id, ut, quom vox emittitur una,  
 Tempora multa latent, ratio quae comperit esse?  
 Propterea fit, uti quovis in tempore quaeque
- 800 Praesto sint simulacra locos in quosque parata:  
 Tanta est mobilitas, et rerum copia tanta:  
 Hoc, ubi prima perit, alioque est altera nata  
 Inde statu, prior hic gestum mutasse videtur.  
 Et, quia tenuia sunt, nisi quae contendit, acute
- 805 Cernere non potis est animus; proinde omnia, quae sunt  
 Praeterea, pereunt, nisi sic sese ipse paravit.  
 Ipse parat sese porro, speratque futurum,  
 Ut videat, quod consequitur, rem quamque: fit ergo.  
 Nonne vides, oculos etiam, quom, tenuia quae sunt,
- 810 Cernere coeperunt, contendere se atque parare,  
 Nec sine eo fieri posse, ut cernamus acute?  
 Et tamen in rebus quoque apertis noscere possis,  
 Si non advertas animum, proinde esse, quasi omni  
 Tempore semotum fuerit longaeque remotum.
- 815 Quir igitur mirum est, animus si cetera perdit,  
 Praeter quam quibus est in rebus deditus ipse?  
 Deinde, adopinamur de signis maxuma parvis,  
 Ac nos in fraudem induimus frustraminis ipsei.  
 Fit quoque, ut interdum non suppeditetur imago
- 820 Eiusdem generis; sed femina, quae fuit ante  
 In manibus, vir uti factus videatur adesse;  
 Aut alia ex alia facies aetasque sequatur:  
 Quod ne miremur, sopor atque oblivia curant.  
 Illud in his rebus vitium vehementer inesse
- 825 Effugere errorem, vitareque praemetuenter,  
 Lumina ne facias oculorum clara creata,  
 Prospicere ut possimus; et, ut proferre viai  
 Proceros passus, ideo fastigia posse  
 Surarum ac feminum, pedibus fundata, plicari;
- 830 Brachia tum porro, validis ex apta lacertis,  
 Esse manusque datas, utraque a parte ministras,  
 Ut facere ad vitam possemus quae foret usus.  
 Cetera de genere hoc, inter quaequomque pretantur,  
 Omnia pervorsa praepostera sunt ratione:
- 835 Nil ideo quoniam natum est in corpore, ut uti  
 Possemus; sed, quod natum est, id procreat usum.  
 Nec fuit ante videre oculorum lumina nata;



Nec dictis orare prins, quam lingua creata est:  
 Sed potius longe linguae praecessit origo  
 Sermonem; multoque creatae sunt prius aures, 840  
 Quam sonus est auditus; et omnia denique membra  
 Ante facere, ut opinor, eorum quam foret usus.  
 Haud igitur potuere utundi crescere causa.

At contra conferre manu certamina pugnae,  
 Et lacerare artus, fedareque membra cruore 845  
 Ante fuit multo, quam lucida tela volarent:  
 Et vulnus vitare prius natura coëgit,  
 Quam daret obiectum parmae laeva per artem.

Scilicet et fessum corpus mandare quieti  
 Multo antiquius est, quam lecti mollia strata; 850  
 Et sedare sitim prius est, quam pocula, natum.

Haec igitur possunt utundi cognita causa  
 Credier, ex usu quae sunt vitaeque reperta.  
 Olla quidem, seorsum sunt omnia quae prius ipsa  
 Nata, dedere suae post notitiam utilitatis: 855  
 Quo genere in primis sensus et membra videmus.  
 Quare etiam atque etiam procul est, ut credere possis,  
 Utilitatis ob officium potuisse creari.

Illud item non est mirandum, corporis ipsa  
 Quod natura cibum quaerit quousque animantis. 860

Quippe etenim fluere atque recedere corpora rebus  
 Multa modis multis docui: sed plurima debent  
 Ex animalibus; haec quia sunt exercita motu;  
 Multaque per sudorem ex alto pressa feruntur;  
 Multa per os exhalantur, quom languida anhelant. 865

His igitur rebus rarescit corpus, et omnis  
 Subruitur natura; dolor quam consequitur rem.  
 Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus,  
 Et recreet vireis interdatus, atque patentem  
 Per membra ac venas ut amorem obturet edundi. 870

Humor item discedit in omnia, quae loca quomque  
 Poscunt humorem; glomerataque multa vaporis  
 Corpora, quae stomacho praebent incendia nostro,  
 Dissupat adveniens liquor, ac restinguit, ut ignem,  
 Urere ne possit calor amplius aridus artus. 875  
 Sic igitur tibi anhele sitis de corpore nostro  
 Abluitur, sic expletur ieiuna cupido.

Nunc qui fiat, uti passus proferre queamus,  
 Quom volumus, vareque datum sit membra movere;  
 Et quae res tantum hoc oneris protudere nostri 880  
 Corporis insuerit, dicam: tu percipe dicta.

Dico, animo nostro primum simulacra meandi

- Accidere, atque animum pulsare, ut diximus ante.  
 Inde voluntas fit: neque enim facere incipit ullam
- 885 Rem quisquam, quam mens providit, quid velit, ante.  
 Id, quod providet, illius rei constat imago.  
 Ergo, animus quom sese ita commovet, ut velit ire  
 Inque gredi, ferit extemplo, quae in corpore toto  
 Per membra atque artus animai dissita vis est:
- 890 Et facile est factum, quoniam coniuncta tenetur.  
 Inde ea porporro corpus ferit; atque ita tota  
 Paullatim moles protrahitur atque movetur.  
 Praeterea, tum rarescit quoque corpus, et aër  
 Scilicet, ut debet, qui semper mobilis exstat,
- 895 Per patefacta venit, penetratque foramina largus,  
 Et dispargitur ad parteis ita quasque minutas  
 Corporis: hic igitur rebus fit utrinque duabus,  
 Corpus uti, ac navis velis ventoque, feratur.  
 Nec tamen illud in his rebus mirabile constat,
- 900 Tantula quod tantum corpus corpuscula possint  
 Contorquere, et onus totum convertere nostrum.  
 Quippe etenim ventus, subtili corpore tenuis,  
 Trudit agens magnam magno molimine navem;  
 Et manus una regit quantovis impete euntem;
- 905 Atque gubernaculum contorquet quolibet unum;  
 Multaque per trochleas et tympana pondere magno  
 Commovet, atque levi sustollit machina nixu.  
 Nunc, quibus ille modis somnus per membra quietem  
 Irriget, atque animi curas e pectore solvat,
- 910 Suavidicis potius, quam multis, versibus edam:  
 Parvus ut est cycni melior canor, ille gruum quam  
 Clamor, in aetheriis dispersus nubibus austri.  
 Tu mihi da tenuis aureis animumque sagacem,  
 Ne fieri negites, quae dicam, posse, retroque
- 915 Vera repulsanti discedas pectore dicta;  
 Tutemet in culpa quom sis, neque cernere possis.  
 Principio, somnus fit, ubi est distracta per artus  
 Vis animae; partimque foras eiecta recessit,  
 Et partim contrusa magis concessit in altum.
- 920 Dissolvuntur enim tum demum membra, fluuntque.  
 Nam dubium non est, animai quin opera sit.  
 Sensus hic in nobis, quem quom sopor impedit esse,  
 Tum nobis animam perturbatam esse putandum est,  
 Eiectamque foras: non omnem; namque iaceret
- 925 Aeterno corpus perfusum frigus leti,  
 Quippe ubi nulla latens animai pars remaneret  
 In membris, cinere ut multa latet obrutus ignis;

- Unde reconstari sensus per membra repente  
Possit, et ex igni caeco consurgere flamma.
- Sed, quibus haec rebus novitas consletur, et unde 930  
Perturbari anima et corpus languescere possit,  
Expeditam: tu fac, ne venteis verba profundam.
- Principio, externa corpus de parte necessum est,  
Aëriis quoniam vicinum tangitur auris,  
Tundier, atque eius crebro pulsariet ictu: 935  
Proptereaque fere res omnes aut corio sunt,  
Aut etiam conchis, aut callo, aut cortice tectae.  
Interiorem etiam partem spirantibus aër  
Verberat hic idem, quom ducitur atque reflatur.  
Quare utrinque secus quom corpus vapulet, et quom 940  
Perveniant plagae per parva foramina nobis  
Corporis ad primas parteis elementaque prima;  
Fit quasi paullatim nobis per membra ruina:  
Conturbantur enim positurae principiorum  
Corporis atque animi, sic ut pars inde animai 945  
Eliciat, et introrsum pars abdita cedat;  
Pars etiam, distracta per artus, non queat esse  
Coniuncta inter se, neque motu mutua fungi:  
Inter enim saepit coetus natura viasque;  
Ergo sensus abit, mutatis motibus, alte. 950  
Et quoniam non est, quasi quod suffulciat artus,  
Debile fit corpus, languescuntque omnia membra;  
Brachia palpebraeque cadunt, poplitesque cubanti  
Saepe tama summittuntur, vireisque resolvunt.
- Deinde eibum sequitur somnus, quia, quae facit aër, 955  
Haec eadem eibus, in venas dum diditur omneis,  
Efficit: et multo sopor ille gravissimus exstat,  
Quem satur aut lassus capias; quia plurima tum se  
Corpora conturbant, magno contusa labore.  
Fit ratione eadem coniectus parte animai 960  
Altior, atque foras eiectus largior eius,  
Et divisior inter se ac distractior intus.
- Et, quo quisque fere studio defunctus adhaeret,  
Aut quibus in rebus multum sumus ante moratei,  
Atque in ea ratione fuit contenta magis mens; 965  
In somnis eadem plerumque videmur obire:  
Causidiceis causas agere et componere leges;  
Iuduperatores pugnare ac proelia obire;  
Nautae contractum cum ventis degere bellum;  
Nos agere hoc autem, et naturam quaerere rerum 970  
Semper, et inventam patriis exponere chartis.
- Cetera sic studia atque artes plerumque videntur

- In somnis animos hominum frustrata tenere :  
 Et, quicquomque dies multos ex ordine ludeis  
 975 Assiduas dederint operas, plerumque videmus,  
 Quom iam destiterunt ea sensibus usurpare,  
 Relicuas tamen esse vias in mente patentis,  
 Qua possint eadem rerum simulacra venire.  
 Permultos itaque olla dies eadem obvorsantur  
 980 Ante oculos, etiam vigilantes ut videantur  
 Cernere saltanteis et mollia membra moventeis,  
 Et citharae liquidum carmen chordasque loquentis  
 Auribus accipere; et consessum cernere eundem,  
 Scenaique simul varios splendere decores.  
 985 Usque adeo magni refert studium atque voluntas,  
 Et quibus in rebus consuerint esse operatei  
 Non homines solum, sed vero animalia cuncta.  
 Quippe videbis equos forteis, quom membra iacebunt  
 In somnis, sudare tamen spirareque semper,  
 990 Et quasi de palma summas contendere vireis,  
 Aut quasi carceribus patefactis saepe quiete.  
 Venantumque canes in molli saepe quiete  
 Iactant crura tamen subito, vocesque repente  
 Mittunt, et crebro reducunt naribus auras,  
 995 Ut vestigia si teneant inventa ferarum;  
 Expergefacteique sequuntur inania saepe  
 Cervorum simulacra, fugae quasi dedita cernant;  
 Donec discussis redeant erroribus ad se.  
 At consueta domu catulorum blanda propago  
 1000 Discutere et corpus de terra corripere instant;  
 Proinde quasi ignotas facies atque ora tuantur.  
 Et, quo quaeque magis sunt aspera seminiorem,  
 Tam magis in somnis eadem saevire necessum est.  
 At variae fugiunt volucres, pinnisque repente  
 1005 Sollicitant divom nocturno tempore lucos,  
 Accipitres somno in leni si proelia pugnasque  
 Edere sunt persectantes visaeque volantes.  
 Porro, hominum mentes, magnis quae motibus edunt,  
 Magna itidem saepe in somnis faciuntque geruntque,  
 1010 Reges expugnant, capiuntur, proelia miscent,  
 Tollunt clamorem, quasi si iugulentur ibidem.  
 Multei depugnant, gemitusque doloribus edunt,  
 Et quasi pantherae morsu saevive leonis  
 Mandantur, magnis clamoribus omnia complent.  
 1015 Multei de magnis per somnum rebu' loquuntur,  
 Indicioque sui facti persaepe fuere.  
 Multei mortem obeunt; multei, de montibus altis

Ut quei praecipitent ad terram, corpore toto  
 Exterrentur, et ex somno, quasi mentibu' captei,  
 Vix ad se redeunt, promoti corporis aestu. 1020

Flumen item sitiens aut fontem propter amoenum  
 Assidet, et totum prope faucibus occupat amnem.  
 Purei saepe lacum propter se ac dolia curta,  
 Somno devinctei, credunt extollere vestem;  
 Totius humorem saccatum corpori' fundunt, 1025  
 Quom Babylonica, magnifico splendore, rigantur.

Tum, quibus aetatis freta primitus insinuantur,  
 Semen ubi ipsa dies membris matura creavit,  
 Conveniunt simulacra foris e corpore quoque,  
 Nuntia praeclari voltus pulchrique coloris, 1030  
 Qui ciet irritans loca turgida semine multo;  
 Ut, quasi transactis saepe omnibu' rebu', profundant  
 Fluminis ingenteis fluctus, vestemque cruentent.

Sollicitatur id in nobis, quod diximus ante,  
 Semen, adulta aetas quom primum roborat artus. 1035  
 Namque alias aliud res commovet atque lacessit;  
 Ex homine humanum semen ciet una hominis vis.

Quod simul-atque suis eiectum sedibus exit,  
 Per membra atque artus decedit corpore toto,  
 In loca conveniens nervorum certa, cietque 1040  
 Continuo parteis genitales corporis ipsas:  
 Irritata tument loca semine, fitque voluntas  
 Elicere id, quo se contendit dira libido;

Idque petit corpus mens, unde est saucia amore.  
 Namque omnes plerumque cadunt in volnus; et ollam 1045  
 Emicat in partem sanguis, unde icimur ictu;  
 Et, si cominus est, hostem ruber occupat humor.

Sic igitur, Veneris qui telis accipit ictus,  
 Sive puer membris muliebribus hunc iaculatur,  
 Seu mulier, toto iactans e corpore amorem, 1050  
 Unde feritur, eo tendit, gestitque coire,

Et iacere humorem in corpus de corpore ductum;  
 Namque voluptatem praesagit multa cupido.  
 Haec Venus est nobis: hinc ductum est nomen Amoris;  
 Hinc olla et primum Veneris dulcedinis in cor 1055  
 Stillavit gutta, et successit fervida cura.

Nam, si abest, quod ames, praesto simulacra tamen sunt  
 Illius, et nomen dulce obvorsatur ad aureis.

Sed fugitare decet simulacra, et pabula amoris  
 Absterrere sibi, atque alio convertere mentem; 1060  
 Et iacere humorem coniectum in corpora quaeque,  
 Nec retinere, semel convorsum unius amore,

Et servare sibi curam certumque dolorem.

Ulcus enim vivescit et inveterascit alundo,

- 1065 Inque dies gliscit furor, atque aerumna gravescit,  
Si non prima novis conturbes vulnera plagis,  
Volgivaque vagus Venere ante recentia curas,  
Aut alio possis animi traducere motus.

Nec Veneris fructu caret is, qui vitat amorem;

- 1070 Sed potius, quae sunt sine poena, commoda sumit.  
Nam certe pura est saneis magis inde voluptas,  
Quam misereis: etenim potiundi tempore in ipso  
Fluctuat incertis erroribus ardor amantum;  
Nec constat, quid primum oculis manibusque fruuntur.

- 1075 Quod petiere, premunt arcte, faciuntque dolorem  
Corporis, et denteis illudunt saepe labeis,  
Osculaque affligunt, quia non est pura voluptas:  
Et stimulei subsunt, qui instigant laedere id ipsum,  
Quodquomque est, rabies unde ollae germina surgunt.

- 1080 Sed leviter poenas frangit Venus inter amorem,  
Blandaque refrenat morsus admixta voluptas.

Namque in eo spes est, unde est ardoris origo,  
Restingui quoque posse ab eodem corpore flammam;  
Quod fieri contra totum natura repugnat:

- 1085 Unaque res haec est, quovis quo plurima habemus,  
Tam magis ardescit dira cupedine pectus.  
Nam cibus atque humor membris assumitur intus;  
Quae quoniam certas possunt obsidere parteis,  
Hoc facile expletur laticum frugumque cupido:

- 1090 Ex hominis vero facie pulchroque colore  
Nil datur in corpus praeter simulacra fruundum  
Tenvia; quae vento spes rapta est saepe misella.  
Ut bibere in somnis sitiens quom quaerit, et humor  
Non datur, ardorem qui membris stinguere possit;

- 1095 Sed laticum simulacra petit, frustraue laborat,  
In medioque sitit torrenti flumine potans:  
Sic in amore Venus simulacris ludit amanteis;  
Nec satiari queunt spectando corpora coram,  
Nec manibus quidquam tenereis abradere membris

- 1100 Possunt, errantes incertei corpore toto.

Denique quom, membris collatis, flore fruuntur  
Actatis, iam quom praesagit gaudia corpus,  
Atque in eo est Venus, ut muliebria conserat arva;  
Affigunt avide corpus, iunguntque salivas

- 1105 Oris, et inspirant, pressantes dentibus ora:  
Nequidquam; quoniam nihil inde abradere possunt,  
Nec penetrare et abire in corpus corpore toto.

Nam facere interdum velle et certare videntur;  
 Usque adeo cupide in Veneris compagibus haerent,  
 Membra voluptatis dum vi labefacta liquescunt. 1110  
 Tandem, ubi se erupit nervis coniecta cupido,  
 Parva fit ardoris violenti pausa parumper;  
 Inde redit rabies eadem, et furor ille revisit,  
 Quom sibi, quod cupiant ipsei, contingere quaerunt;  
 Nec reperire malum id possunt quae machin vincat: 1115  
 Usque adeo incertei tabescunt volnere caeco.

Adde, quod absumunt nervos, pereuntque labore:  
 Adde, quod alterius sub nutu degitur aetas.  
 Labitur interea res, et vadimonia fiunt;  
 Languent officia, atque aegrotat fama vacillans. 1120  
 Unguenta et pulchra in pedibus Sicyonia rident  
 Scilicet; et grandes viridi cum luce smaragdei  
 Auro includuntur, teriturque thalassina vestis  
 Assidue, et Veneris sudorem exercita potat;  
 Et bene parta patrum fiunt anademata, mitrae; 1125  
 Interdum in pallam atque Alidensia Chiaque vortunt;

Eximia veste et victu convivia, Iudei,  
 Pocula crebra, unguenta, coronae, sarta parantur:  
 Nequidquam; quoniam medio de fonte leporum  
 Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat; 1130  
 Aut quom conscius ipse animus se forte remordet,  
 Desidiose agere aetatem, lustrisque perire;  
 Aut quod in ambiguo verbum iaculata reliquit,  
 Quod, cupido affixum cordi, vivescit, ut ignis;  
 Aut nimium iactare oculos, aliumve tueri 1135  
 Quod putat, in voltuque videt vestigia risus.

Atque in amore male haec proprio summeque secundo  
 Inveniuntur; in advorso vero atque inopi sunt,  
 Prendere quae possis, oculorum lumine aperto,  
 Innumerabilia: ut melius vigilare sit, ante 1140  
 Qua docui ratione, cavereque, ne illiciaris.  
 Nam vitare, plagas in Amoris ne iaciamur,  
 Non ita difficile est, quam captum retibus ipsis  
 Exire, et validos Veneris perrumpere nodos.

Et tamen implicitus quoque possis inque peditus 1145  
 Effugere infestum, nisi tute tibi obvius obstes,  
 Et praetermittas animi vitia omnia primum,  
 Ut quae corpori sunt eius, quam perpetis ac vis.  
 Nam faciunt homines plerumque, cupidine caecaei,  
 Et tribuunt ea, quae non sunt heis commoda vere. 1150  
 Multimodis igitur pravas turpeisque videmus  
 Esse in deliciis, summoque in honore vigere.

- Atque alios aliei irrident, Veneremque suadent  
 Ut placent, quoniam fedo afflictentur amore;  
 1155 Nec sua respiciunt miserei mala maxuma saepe.  
 Nigra, *μελιχροος* est; immunda ac fetida, *ἄκισμος*  
 Caesia, *Ἑλλάδιον* nervosa et lignea, *Δορκάς*  
 Parvola, pumilio, *Χαρίτων μία*, tota merum sal;  
 Magna atque immanis, *κατάπληξις*, plenaque honoris;  
 1160 Balba, loqui non quit? *τραυλίξει* muta, pudens est;  
 At flagrans, odiosa, loquacula, *Δαμπάδιον* fit;  
*Ἴσχνόν ἐρωμένιον* tum fit, quom vivere non quit  
 Prae macie; *ῥαδινή* vero est, iam mortua tussi;  
 At gemina et mammosa, Ceres est ipsa ab Iaccho;  
 1165 Simala, *Σιληνή* ac *Σατύρα* est; labiosa, *φίλημα*.  
 Cetera de genere hoc, longum est, si dicere coner.  
 Sed tamen esto iam quantovis oris honore,  
 Quoi Veneris membris vis omnibus exoriatur:  
 Nempe aliae quoque sunt; nempe hac sine viximus ante;  
 1170 Nempe eadem facit, et scimus facere omnia turpeis;  
 Et miseram tetrus se suffit odoribus ipsa,  
 Quam famulae longe fugitant, furtimque cachinnant.  
 At lacrumans exclusus amator limina saepe  
 Floribus et sertis operit, posteisque superbos  
 1175 Unguit amaracino, et foribus miser oscula figit.  
 Quem si, iam immissum, venientem offenderit aura  
 Una modo, causas abeundi quaerat honestas,  
 Et meditata diu cadat, alte sumta, querela;  
 Stultifraque ibi se damnat, tribuisse quod illi  
 1180 Plus videat, quam mortali concedere par est.  
 Nec Veneres nostras hoc fallit; quo magis ipsae  
 Omnia summopere nos vitae postscenia celant,  
 Quos retinere volunt, adscriptosque esse in amore:  
 Nequidquam; quoniam tu animo tamen omnia posses  
 1185 Protrahere in lucem, atque omneis inquirere risus:  
 Et, si bello animo est, et non odiosa vicissim,  
 Praetermittere humaneis concedere rebus.  
 Nec mulier semper ficto suspirat amore,  
 Quae complexa viri corpus cum corpore iungit,  
 1190 Et tenet assuctis humectans oscula labris.  
 Nam facit ex animo saepe; et communia quaerens  
 Gaudia, sollicitat spatium decurrere amoris.  
 Nec ratione alia volucres, armenta feraeque,  
 Et pecudes et equae maribus subsidere possent,  
 1195 Si non, ipsa quod ollorum subat, ardet abundans  
 Natura, et venerem salientum laeta retractant.  
 Nonne vides, Memmi, quos mutua saepe voluptas



Vinxit, ut in vinculis communibus excrucientur?

In triviis quom saepe canes, discedere aventes,  
Divorsei cupide summis ex viribu' tendunt, 1200

Quom interea validis Veneris compagibus haerent?  
Quod facerent nunquam, nisi mutua gaudia nosset,  
Quae iacere in fraudem possent, vinctosque tenere.  
Quare etiam atque etiam, ut dico, est communi' voluptas.

Et commiscendo quom semine forte virili 1205

Femina vim mulxit subita vi, corripuitque;  
Tum similes matrum materno semine fiunt,  
Ut patribus patrio: sed quos utriusque figuræ  
Esse vides iuxtim, miscenteis volta parentum,  
Corpore de patrio ac materno sanguine crescunt; 1210  
Semina quom, Veneris stimulis excita per artus,  
Obvia confluxit conspirans mutuus ardor,  
Et neque utrum superavit eorum, nec superatum est.

Fit quoque, ut interdum similes existere avorum  
Possint, et referant proavorum saepe figuras; 1215

Propterea quia multa modis primordia multis  
Mixta suo celant in corpore saepe parentes,  
Quae patribus patres tradunt a stirpe profecta.  
Inde Venus varia producit sorte figuras,  
Maiorumque refert voltus vocesque comasque: 1220

Quandoquidem nihilo minus haec de semine certo  
Fiunt, quam facies et corpora membraque nobis.  
Et muliebre oritur patrio de semine seclum,  
Maternoque mares existunt corpore cretei.

Semper enim partus duplici de semine constat: 1225

Atque, utri simile est magis id, quodquomque creatur,  
Eius habet plus parte aequa, quod cernere possis,  
Sive virum suboles, sive est muliebris origo.

Nec divina satum genitalem numina quoquam  
Absterrent, pater a gnatibus ne dulcibus unquam 1230

Appellerent, et ut sterili Venere exigat aevom;  
Quod plerumque putant, et multo sanguine moestei  
Conspergunt aras, adolentque altaria donis,  
Ut gravidas reddant uxores semine largo.

Nequidquam divom numen sorteisque fatigant. 1235

Nam steriles nimium crasso sunt semine partim,  
Et liquido praeter iustum tenuique vicissim.

Tenve, locis quia non potis est affigere adhaesum,  
Liquitur extemplo, et revocatum cedit abortu.

Crassius hic porro, quoniam concretius aequo 1240

Mittitur, aut non tam prolixo provolat ictu,  
Aut penetrare locos aequae nequit, aut penetratum

- Aegre admiscetur muliebri semine  
 Nam multum harmoniae Veneris di
- 1245 Atque alias aliei complent magis, e  
 Suscipiunt aliae pondus magis, inq  
 Et multae steriles Hymenaeis ante  
 Pluribus, et nactae post sunt tamen  
 Suscipere et partu possent ditescere
- 1250 Et, quibus ante domi fecundae saep  
 Uxores parere, inventa est olleis qu  
 Natura, ut possent natis munire sen  
 Usque adeo magni refert, ut sem  
 Seminibus commisceri genitaliter a
- 1255 Crassaque convenient liquidis, et l  
 Atque in eo refert, quo victu vita c  
 Namque aliis rebus concrescunt sen  
 Atque aliis extendantur tabentque v  
 Et quibus ipsa modis tractetur blan
- 1260 Id quoque permagni refert: nam m  
 Quadrupedumque magis ritu, pleru  
 Concipere uxores, quia sic loca su  
 Pectoribus positis, sublatis semina l  
 Nec molles opu' sunt motus uxorib
- 1265 Nam mulier prohibet se concipere,  
 Clunibus ipsa viri Venerem si laeta  
 Atque exossato ciet omni pectore fl  
 Eicit enim sulcum recta regione vi  
 Vomeris, atque locis avortit seminis
- 1270 Idque sua causa consuerunt scorta  
 Ne complerentur crebro, gravidaeq  
 Et simul ipsa vireis Venus ut conc  
 Coniugibus quod nil nostris opus e  
 Nec divinitus interdum Venerisqu
- 1275 Deteriore fit ut forma muliercula  
 Nam facit ipsa suis interdum femi  
 Morigerisque modis et mundo corp  
 Ut facile insuescat secum vir deger  
 Quod superest, consuetudo conc
- 1280 Nam, leviter quamvis, quod crebro  
 Vincitur id longo spatio tamen, at  
 Nonne vides, etiam guttas, in saxa  
 Humoribus longo in spatio pertunder

# ERUM NATURA

muliebri semine semen.  
moniae Veneris differre videntur;  
complant magis, ex aliisque  
condus magis, inque gravescunt.  
Hymenaeis ante fuerunt  
e post sunt tamen, unde puellas  
possent ditescere dulci;  
omi fecundae saepe nequissent  
renta est olleis quoque compar  
t natis munire senectam.  
gni refert, ut semina possint  
sceri genitaliter apta,  
iant liquidis, et liquida crasseis.  
t, quo victu vita colatur:  
as concresecunt semina membris,  
antur tabentque vicissim.  
odis tractetur blanda voluptas,  
gni refert: nam more ferarum,  
magis ritu, plerumque putantur  
quia sic loca sumere possunt,  
sublatis semina lumbis.  
sunt motus uxoribus hilum:  
libet se concipere, atque repugnat,  
Venerem si laeta retractet,  
t omni pectore fluctus.  
a recta regione viaque  
cis avortit seminis ictum.  
onsuerunt scorta moveri,  
crebro, gravidaeque iacerent,  
eis Venus ut concinnior esset:  
nil nostris opus esse videtur.  
terdum Venerisque sagittis  
orma muliercula ametur.  
uis interdum femina factis  
lis et mundo corpore culta,  
t secum vir degere vitam.  
consuetudo concinnat amorem.  
nvis, quod crebro tunditur ictu,  
spatio tamen, atque labascit.  
m guttas, in saxa cadenteis,  
a spatio pertundere saxa?

T. LUCRETII  
DE  
RE RUM, N  
LIBER QUIN

---

Quis potis est dignum pollenti pec  
Condere, pro rerum maiestate his  
Quisve valet verbis tantum, qui f  
Pro meritis eius possit, qui talia  
Pectore parta suo quaesitaque, pr  
Nemo, ut opinor, erit mortali cor  
Nam si, ut ipsa petit maiestas cog  
Dicendum est, Deus ille fuit, Deu  
Qui princeps vitae rationem inven  
Nunc appellatur Sapientia; quique  
Fluctibus e tantis vitam tantisque  
In tam tranquillo et tam clara luc

Confer enim divina aliorum anti  
Namque Ceres fertur fruges, Libe  
Vitigeni laticem mortalibus institui  
Quom tamen his posset sine rebus  
Ut fama est, aliquas etiam nunc v  
At bene non poterat sine puro pec  
Quo magis hic merito nobis Deus  
Ex quo nunc etiam, per magnas  
Dulcia permulcent animos solatia

Herculis antistare autem si facta  
Longius a vera multo ratione fere  
Quid Nemeaeus enim nobis nunc n  
Ille leonis obsesset, et horrens Arca  
Denique quid Cretae taurus, Lerna  
Hydra, venenatis posset vallata co

CRETII CARI  
 DE  
 M. NATURA  
 PER QUINTUS

num pollenti pectore carmen  
 im maiestate hisque repertis?  
 is tantum, qui fingere laudes  
 possit, qui talia nobis,  
 quaesitaque, praemia liquit? 5  
 erit mortali corpore cretus.  
 etit maiestas cognita rerum,  
 us ille fuit, Deus, inclute Memmi,  
 e rationem invenit eam, quae  
 apientia; quique per artem 10  
 vitam tantisque tenebris  
 et tam clara luce locavit.  
 ina aliorum antiqua reperta:  
 tur fruges, Liberque liquoris  
 mortalibus instituisse; 15  
 posset sine rebus vita manere;  
 has etiam nunc vivere genteis:  
 at sine puro pectore vivi.  
 erito nobis Deus esse videtur,  
 n, per magnas didita genteis, 20  
 animos solatia vitae.  
 e autem si facta putabis,  
 ulto ratione ferere.  
 im nobis nunc magnus hiatus  
 et horrens Arcadius sus? 25  
 e taurus, Lernacaque pestis,  
 posset vallata colubris?

- Quidve tripectora tergemini vis Geryonai?  
 Et Diomedis equi, spirantes naribus ignem,  
 30 Thraciam Bistoniasque plagas atque Ismara propter,  
 Tantopere officerent nobis, [nuncisque timendae  
 Unguibus, Arcadiae volucres] Stymphala colentes?  
 Aureaque Hesperidium servans fulgentia mala,  
 Asper, acerba tuens, iomani corpore serpens,  
 35 Arboris amplexus stirpem, quid denique obsesset,  
 Oceanum propter litus pelagique severa,  
 Quo neque noster adit qui-quam, nec barbarus audeat?  
 Cetera de genere hoc quae sunt portenta peremta,  
 Si non victa forent, quid tandem viva nocerent?  
 40 Nil, ut opinor: ita ad satietem terra ferarum  
 Nunc etiam sciat, et trepido terrore repleta est  
 Per nemora ac montes maguos sylvasque profundas:  
 Quae loca vitandi plerumque est nostra potestas.  
 At nisi purgatum est pectus, quae proelia nobis  
 45 Atque pericula sunt ingratis iusinuandum?  
 Quantae tum scindunt hominem cupedinis acres  
 Sollicitum curae? quanteique perinde timores?  
 Quidve superbia, spurcicia ac petulantia, quantas  
 Efficiunt cladeis? quid luxus desidiaequae?  
 50 Haec igitur qui cuncta subegerit, ex animoque  
 Expulerit dictis, non armis; nonne decebit,  
 Hunc hominem numero divom dignarier esse?  
 Quom bene praesertim multa ac divinitus ipsis  
 Immortalibu' de divis dare dicta suerit,  
 55 Atque omnem rerum naturam pandere dictis.  
 Quoius ego ingressus vestigia, dum rationes  
 Persequor, ac doceo dictis, quo quaeque creata  
 Foedere sint, in eo quam sit durare necessum,  
 Nec validas valeant aevi rescindere leges.  
 60 Quo genere in primis animi natura reperta est,  
 Nativo primum consistere corpore creta,  
 Nec posse incolumem magnum durare per aevom:  
 Sed simulacra solere in somnis fallere mentem,  
 Cernere quom videamur eum, quem vita reliquit.  
 65 Quod superest, nunc huc rationis detulit orlo,  
 Ut mihi, mortali consistere corpore mundum,  
 Nativumque simul, ratio reddunda sit, esse:  
 Et quibus ille modis congressus materiai  
 Fundarit terram, coelum, mare, sidera, solem,  
 70 Lunaique globum; tum, quae tellure animantes  
 Exstiterint, et quae nullo sint tempore natae:  
 Quoove modo genus humanum variante loquela

Coeperit inter se vesci per nomina rerum:  
 Et quibus ille modis divom̄ metus insinuarit  
 Pectora, terrarum qui in orbi sancta tuetur 75  
 Fana, lacus, lucos, aras simulacraque divom̄.  
 Praeterea, solis cursus lunaeque meatus,  
 Expediam, qua vi flectat Natura gubernans:  
 Ne forte haec inter coelum terramque reamur  
 Libera sponte sua cursus lustrare perenneis, 80  
 Morigera ad fruges augendas atque animanteis:  
 Neve aliqua divom̄ volvi ratione putemus.  
 Nam, bene quei didicere, deos securum agere aevom̄,  
 Si tamen interea mirantur, qua ratione  
 Quaeque geri possint, praesertim rebus in ollis, 85  
 Quae supra caput aetheriis cernuntur in oris;  
 Rursus in antiquas referuntur religiones,  
 Et dominos acreis adsciscunt, omnia posse  
 Quos miserei credunt, ignarei, quid queat esse,  
 Quid nequeat, finita potestas denique quoique 90  
 Quanam sit ratione, atque alte terminus hacrens.  
 Quod superest, ne te in promissis plura moremur,  
 Principio maria ac terras coelumque tuere:  
 Quorum naturam triplicem, tria corpora, Memimi, 95  
 Treis species tam dissimileis, tria talia texta,  
 Una dies dabit exitio, multosque per annos  
 Sustentata, ruet moles et machina mundi.  
 Nec me animi fallit, quam res nova miraque menti  
 Accidat, exitium coeli terraeque futurum;  
 Et quam difficile id mihi sit pervincere dictis: 100  
 Ut fit, ubi insolitam rem apportes auribus ante,  
 Nec tamen hanc possis oculorum subdere visu,  
 Nec iacere indu manus, via qua munita fidei  
 Proxima fert humanum in pectus templaque mentis.  
 Sed tamen effabor: dicteis dabit ipsa fidem res 105  
 Forsitan, et graviter, terrarum motibus ortis,  
 Omnia conquassari in parvo tempore cernes:  
 Quod procul a nobis flectat Fortuna gubernans;  
 Et ratio potius, quam res persuadeat ipsa,  
 Succidere horrisono posse omnia victa fragore. 110  
 Qua prius aggrediar quam de re fundere fata  
 Sanctius, et multo certa ratione magis, quam  
 Pythia, quae tripode e Phoebi lauroque profatur;  
 Multa tibi expediam doctis solatia dictis:  
 Religione refrenatus ne forte rearis, 115  
 Terras, et solem, coelum, mare, sidera, lunam  
 Corpore divino debere aeterna meare;

- Propterea que putes ritu par esse Gigantum,  
 Pendere eos poenas immani pro scelere omneis,  
 120 Quei ratione sua disturbent moenia mundi,  
 Praeclarumque velint coeli restringere solem,  
 Immortalia mortali sermone notantes.  
 Quae procul usque adeo divino ab numine distent,  
 Inque deum numero quae sint indigna videri;
- 125 Notitiam potius praebere ut posse putentur,  
 Quid sit vitali motu sensuque remotum.  
 Quippe etenim non est, cum quovis corpore ut esse  
 Posse animi natura putetur consiliumque:  
 Sicut in aethere non arbor, non aequore salso
- 130 Nubes esse queunt, neque pisces vivere in arvis,  
 Nec cruor in lignis, neque saxeis sucus inesse:  
 Certum ac dispositum est, ubi quidquid crescat et insit:  
 Sic animi natura nequit sine corpore oriri  
 Sola, neque a nervis et sanguine longius esse.
- 135 Quod si posset enim, multo prius ipsa animi vis  
 In capite, aut humeris, aut imis calcibus esse  
 Posset, et innasci quavis in parte soleret,  
 Quamde in eodem homine atque in eodem vase manere.  
 Quod quoniam nostro quoque constat corpore certum,
- 140 Dispositumque videtur, ubi esse et crescere possit  
 Seorsum anima atque animus; tanto magis inficiandum,  
 Totum posse extra corpus formamque animalem  
 Putribus in glebis terrarum, aut solis in igni,  
 Aut in aqua durare, aut altis aetheris oris.
- 145 Haud igitur constant divino praedita sensu,  
 Quandoquidem nequeunt vitaliter esse animata.  
 Illud item non est ut possis credere, sedeis  
 Esse deum sanctas in mundi partibus ullis.  
 Tenuis enim natura deum, longeque remota
- 150 Sensibus ab nostris, animi vix mente videtur.  
 Quae quoniam manuum tactum suffugit et ictum,  
 Tactile nil nobis quod sit, contingere debet.  
 Tangere enim non quit, si tangi non licet ipsum,  
 Quare etiam sedes quoque nostris sedibus esse
- 155 Dissimiles debent, tenues, de corpore eorum.  
 Quae tibi posterius largo sermone probabo.  
 Dicere porro, hominum causa voluisse parare  
 Praeclaram mundi naturam, propterea que  
 Allaudabile opus divom laudare decere,
- 160 Aeternumque putare atque immortale futurum,  
 Nec fas esse, deum quod sit ratione vetusta  
 Gentibus humaneis fundatum perpetuo aevo,



- Sollicitare suis ulla vi ex sedibus unquam,  
 Nec verbis vexare, et ab imo evortere summa:  
 Cetera de genere hoc affingere et addere, Memmi, 165  
 Desipere est: quid enim immortalibus atque beateis  
 Gratia nostra queat largiri emolumentum,  
 Ut nostra quidquam causa gerere aggrediantur?  
 Quidve novi potuit tanto post ante quietos  
 Illicere, ut cuperent vitam mutare priorem? 170  
 Nam gaudere novis rebus debere videtur,  
 Quoi veteres obsunt; sed, quoi nil accidit aegri  
 Tempore in ante acto, quom pulchre degeret aevom,  
 Quid potuit novitatis amorem accendere tali?  
 An, credo, in tenebris vita ac moerore iacebat, 175  
 Donec diluxit rerum genitalis origo?  
 Quidve mali fuerat nobis non esse createis?  
 Natus enim debet, qui quomque est, velle manere  
 In vita, donec retinebit blanda voluptas.  
 Qui nunquam vero vitae gustavit amorem, 180  
 Nec fuit in numero, quid obest non esse creatum?  
 Exemplum porro gignundis rebus, et ipsa  
 Notities hominum dis unde est insita primum,  
 Quid vellent facere, ut scirent, animoque viderent?  
 Quo ve modo est unquam vis cognita principiorum, 185  
 Quidque inter sese permutato ordine possent,  
 Si non ipsa dedit specimen Natura creandi?  
 Namque ita multimodis multis primordia rerum  
 Ex infinito iam tempore percita plagis,  
 Ponderibusque suis consuerunt concita ferri, 190  
 Omnimodisque coire, atque omnia pertentare,  
 Quae quomque inter se possint congressa creare;  
 Ut non sit mirum, si in taleis disposituras  
 Deciderunt quoque, et in taleis venire meatus,  
 Qualibus haec rerum geritur nunc summa novando. 195  
 Quod si iam rerum ignorem primordia quae sint,  
 Hoc tamen ex ipsis coeli rationibus ausim  
 Confirmare, aliisque ex rebus reddere multis,  
 Nequaquam nobis divinitus esse paratam  
 Naturam rerum: tanta stat praedita culpa. 200  
 Principio, quantum coeli tegit impetus ingens,  
 Inde avidam partem montes sylvaeque ferarum  
 Possedere, tenent rupes vastaeque paludes  
 Et mare, quod late terrarum distinet oras.  
 Inde duas porro prope parteis fervidus ardor, 205  
 Assiduusque geli casus, mortalibus aufert.  
 Quod superest arvi, tamen id natura sua vi

Sentibus obducat, ni vis humana resistat,  
Vitaï causa valido consueta bidenti

- 210 Ingemere, et terram pressis proscindere aratris:  
Si non, fecundas vortentes vomere glebas,  
Terraïque solum subigentes, cimus ad ortus;  
Sponte sua nequeant liquidas exsistere in auras.  
Et tamen interdum magno quaesita labore,
- 215 Quom iam per terras frondent atque omnia florent,  
Aut nimiis torret feroribus aetherius sol,  
Aut subitei perimunt imbres gelidaeque pruinae,  
Flabraque ventorum violento turbine vexant.  
Praeterea, genus horriferum Natura ferarum,
- 220 Humanae genti infestum, terraque marique  
Quir alit atque auget? quir anni tempora morbos  
Apportant? quare Mors immatura vagatur?  
Tum porro puer, ut saevis proiectus ab undis  
Navita, nudus humi iacet, infans, indigus omni
- 225 Vitali auxilio, quom primum in luminis oras  
Nixibus ex alvo matris Natura profudit;  
Vagituque locum lugubri complet, ut aequum est,  
Quoi tantum in vita restet transire malorum.  
At variae crescunt pecudes, armenta, feraeque:
- 230 Nec crepitacillis opus est, nec quouquam adhibenda est  
Almae nutricis blanda atque infracta loquela;  
Nec varias quaerunt vesteis pro tempore coeli.  
Denique non armis opus est, non moenibus altis,  
Quei sua tutentur, quando omnibus omnia large
- 235 Tellus ipsa parit Naturaque daedala rerum.  
Principio, quoniam terrai corpus et humor  
Aurarumque leves animae calideique vapores,  
E quibus haec rerum consistere summa videtur,  
Omnia nativo ac mortali corpore constant;
- 240 Debet eadem omnis mundi natura putari.  
Quippe etenim, quorum parteis et membra videmus  
Corpore nativo in mortalibus esse figuris,  
Haec eadem ferme mortalia cernimus esse  
Et nativa simul. Quapropter maxuma mundi
- 245 Quom videam membra ac parteis consumta regigni;  
Scire licet, coeli quoque idem terraeque fuisse  
Principale aliquod tempus, clademque futuram.  
Illud in his rebus ne corripuisse rearis,  
Memmi, quod terram atque ignem mortalia sumsi
- 250 Esse; neque humorem dubitavi aurasque perire;  
Atque eadem gigui, rursusque augescere dixi:  
Principio, pars terrai nonnulla, perusta

- Solibus assiduīs, multa pulsata pedum vi,  
 Pulveris exhalat nebulam nubeisque volanteis,  
 Quas validei toto dispergunt aëre ventei: 255  
 Pars etiam glebarum ad diluviem revocatur  
 Imbribus, et ripas radentia flumina rodunt.  
 Praeterea, pro parte sua, quodquomque alid auget,  
 Roditur: et quoniam dubio procul esse videtur  
 Omniparens eadem rerum commune sepulcrum; 260  
 Ergo terra tibi libatur, et aucta recrescit.  
 Quod superest, humore novo mare, flumina, fonteis  
 Semper abundare, et latices manare perenneis,  
 Nil opus est verbis; magnus decursus aquarum  
 Undique declarat: sed primum, quidquid aquaī 265  
 Tollitur, in summaque fit, ut nihil humor abundet;  
 Partim, quod validei, verrentes aequora, ventei  
 Deminuunt, radiisque retexens aetherius sol;  
 Partim, quod subter per terras diditur omneis.  
 Percolatur enim virus, retroque remanat 270  
 Materies humoris, et ad caput amnibus omnis  
 Convenit; inde super terras fluit agmine dulci,  
 Qua via secta semel liquido pede detulit undas.  
 Aëra nunc igitur dicam, quid corpore toto  
 Innumerabiliter privas mutatur in horas: 275  
 Semper enim, quodquomque fluit de rebus, ad omne  
 Aëris in magnum fertur mare; qui nisi contra  
 Corpora retribuatur rebus, recreetque fluentes,  
 Omnia iam resoluta forent et in aëra versa.  
 Haud igitur cessat gigni de rebus et in res 280  
 Recidere assidue; quoniam fluere omnia constat.  
 Largus item liquidi fons luminis, aetherius sol,  
 Irrigat assidue coelum candore recenti,  
 Suppeditatque novo confestim lumine lumen.  
 Nam primum quidquid fulgoris disperit ei, 285  
 Quoquomque accidit: id licet hinc cognoscere possis,  
 Quod, simul ac primum nubes succedere soli  
 Coepere, et radios inter quasi rumpere lucis,  
 Extemplo inferior pars horum disperit omnis,  
 Terraque inumbratur, qua nimbei quomque feruntur; 290  
 Ut noscas, splendore novo res semper egere,  
 Et primum iactum fulgoris quemque perire;  
 Nec ratione alia res posse in sole videri,  
 Perpetuo ni suppeditet lucis caput ipsum.  
 Quin etiam nocturna tibi, terrestria quae sunt, 295  
 Lumina, pendent lychnei, claraeque coruscis  
 Fulguribus, pingues multa fuligine tedae

- Consimili properant ratione, ardore ministro,  
 Suppeditare novum lumen, tremere ignibus instant;  
 300 Instant, nec loca lux inter quasi rupta relinquit:  
 Usque adco properanter ab omnibus ignibus ei  
 Exitium celeri celeratur origine flammae.  
 Sic igitur solem, lunam stellasque putandum  
 Ex alio atque alio lucem iactare subortu,  
 305 Et primum quidquid flammaram perdere semper;  
 Inviolabilia haec ne credas forte vigere.  
 Denique, non lapides quoque vinci cernis ab aevo?  
 Non altas turreis ruere, et putrescere saxa?  
 Non delubra deum simulacraque fessa fatisci?  
 310 Nec sanctum numen fati protollere fineis  
 Posse? neque adversus naturae foedera niti?  
 Denique, non monumenta virum dilapsa videmus?  
 Quaerere proporro sibi quomque senescere credas.  
 Non ruere avolsos silices a montibus altis,  
 315 Nec validas aevi vireis perferre patique  
 Finiti? neque enim caderent avolsa repente,  
 Ex infinito quae tempore pertolerassent  
 Omnia tormenta aetatis, privata fragore.  
 Denique, iam tuere hoc circum supraque, quod omne  
 320 Continet amplexu terrarum; procreat ex se  
 Omnia, quod quaedam memorant, recipitque peremta:  
 Totum nativum mortali corpore constat.  
 Nam, quodquomque alias ex se res auget alitque,  
 Deminui debet, recreari quom recipit res.  
 325 Praeterea, si nulla fuit genitalis origo  
 Terrarum et coeli, semperque aeterna fuere;  
 Quir supra bellum Thebanum et funera Troiae  
 Non alias aliei quoque res cecinere poetae?  
 Quo tot facta virum totiens cecidere? neque usquam,  
 330 Aeterneis famae monumenteis insita, florent?  
 Verum, ut opinor, habet novitatem summa recensque  
 Natura mundi est, neque pridem exordia cepit.  
 Quare etiam quaedam nunc artes expoliuntur,  
 Nunc etiam augescunt: nunc addita navigicis sunt  
 335 Multa; modo organice melicos peperere sonores.  
 Denique natura haec rerum ratioque reperta est  
 Nuper; et hanc, primus cum primis ipse repertus  
 Nunc ego sum, in patrias qui possim vortere voceis.  
 Quod si forte fuisse antehac eadem omnia credis,  
 340 Sed periisse hominum torrenti secla vapore,  
 Aut cecidisse urbeis magno vexamine mundi,  
 Aut ex imbris assiduis exisse rapaceis

Per terras amneis, ac oppida cooperuisse;  
 Tanto quique magis victus fateare necesse est,  
 Exitium quoque terrarum coelique futurum. 345  
 Nam, quom res tantis morbis tantisque periclis  
 Tentarentur, ibi si tristior incubisset  
 Causa, darent late cladem magnasque ruinas.  
 Nec ratione alia mortales esse videmur  
 Inter nos, nisi quod morbis aegrescimus idem, 350  
 Atque ollei, quos a vita natura removit.

Praeterea, quaequomque manent aeterna, necesse est,  
 Aut, quia sunt solido cum corpore, respuere ictus,  
 Nec penetrare pati sibi quidquam, quod queat arctas  
 Dissociare intus parteis: ut materiai 355  
 Corpora sunt, quorum naturam ostendimus ante:  
 Aut ideo durare aetatem posse per omnem,  
 Plagarum quia sunt expertia, sicut inane est,  
 Quod manet intactum, neque ab ictu fungitur hilum;  
 Aut etiam, quia nulla loci sit copia circum, 360  
 Quo quasi res possint discedere dissoluique:

Sicut summarum summa est aeterna, neque extra  
 Qui locus est, quo dissiliant; neque corpora sunt, quae  
 Possint incidere, et valida dissolvere plaga.  
 At neque, uti docui, solido cum corpore mundi 365  
 Natura est, quoniam admixtum est in rebus inane;  
 Nec tamen est ut inane; neque autem corpora desunt,  
 Ex infinito quae possint forte coorta

Corruere hanc rerum violento turbine summam,  
 Aut aliam quamvis cladem importare pericli. 370  
 Nec porro natura loci spatiumque profundi  
 Deficit, exspergi quo possint moenia mundi;  
 Aut alia quavis possunt vi pulsa perire.  
 Haud igitur leti praeclusa est ianna coelo,  
 Nec soli terraeque, neque alteis aequoris undeis; 375  
 Sed patet immani et vasto respectat hiatu.

Quare etiam nativa necessum est confiteare  
 Haec eadem: neque enim, mortali corpore quae sunt,  
 Ex infinito iam tempore adhuc potuissent  
 Immensi validas aevi contemnere vireis. 380

Denique, tantopere inter se quom maxuma mundi  
 Pugnent membra, pio nequaquam concita bello;  
 Nonne vides, aliquam longi certaminis olleis  
 Posse dari finem? vel quom sol et vapor omnis,  
 Omnibus epofis humoribus, exsuperarint; 385  
 Quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur:  
 Tantum suppeditant amnes, ultroque minantur

- Omnia diluviare ex alto gurgite ponti:  
 Nequidquam; quoniam verrentes aequora ventei  
 390 Deminuunt, radiisque retexens aetherius sol;  
 Et siccare prius confidunt omnia posse,  
 Quam liquor incepti possit contingere finem.  
 Tantum spirantes aequo certamine bellum,  
 Magnis de rebus inter se cernere certant;
- 395 Quom semel in terra fuerit superantior ignis,  
 Et semel, ut fama est, humor regnarit in arvis.  
 Ignis enim superavit, et ambens multa perussit,  
 Avia quom Phaëthonta rapax vis solis equorum  
 Aethere raptavit toto terrasque per omneis.
- 400 At pater omnipotens, ira tum percitus acri,  
 Magnanimum Phaëthonta repenti fulminis ictu  
 Deturbavit equis in terram; Solque, cadenti  
 Obvius, aeternam suscepit lampada mundi,  
 Disiectosque redegit equos, iunxitque trementeis;
- 405 Inde suum per iter recreavit cuncta gubernans:  
 Scilicet, ut veteres Graiūm cecinere poëtae;  
 Quod procul a vera nimis est ratione repulsum.  
 Ignis enim superare potest, ubi materiai  
 Ex infinito sunt corpora plura coorta;
- 410 Inde cadunt vires, aliqua ratione revictae;  
 Aut pereunt res, exustae torrentibus auris.  
 Humor item quondam coepit superare coortus,  
 Ut fama est, hominum multos quando obruit undis.  
 Inde, ubi vis, aliqua ratione avorsa, recessit,
- 415 Ex infinito fuerat quaequomque coorta,  
 Constiterunt imbres, et flumina vim minuerunt.  
 Sed, quibus ille modis coniectus materiai  
 Fundarit terram et coelum pontique profunda,  
 Solis, lunai cursus, ex ordine ponam.
- 420 Nam certe neque consilio primordia rerum  
 Ordine se suo quaeque sagaci mente locarunt;  
 Nec, quos quaeque darent motus, pepigere profecto:  
 Sed quia multa modis multis primordia rerum,  
 Ex infinito iam tempore percita plagis,
- 425 Ponderibusque suis consuerunt concita ferri,  
 Omnimodisque coire, atque omnia pertentare,  
 Quaequomque inter se possent congressa creare;  
 Propterea fit, uti, magnum volgata per aevom,  
 Omnigenos coetus et motus experiundo,
- 430 Tandem conveniant ea, quae conventa repente  
 Magnarum rerum fiunt exordia saepe,  
 Terrai, maris et coeli generisque animantum.

Hic neque tum solis rota cerni, lumine largo,  
 Altivolans poterat; nec magni sidera mundi,  
 Nec mare, nec coelum, nec denique terra, nec aër, 435  
 Nec similis nostris rebus res ulla videri:  
 Sed nova tempestas quaedam molesque coorta.  
 Diffugere inde loci partes coepere, paresque  
 Cum paribus iungi res, et discludere mundum,  
 Membraque dividere, et magnas disponere partes 440  
 Omnigenis e principiis; discordia quorum  
 Intervalla, vias, connexus, pondera, plagas,  
 Concursus, motus conturbat, proelia miscens,  
 Propter dissimileis formas variasque figuras;  
 Quod non omnia sic poterant coniuncta manere, 445  
 Nec motus inter sese dare convenientes.  
 Hoc est a terris altum secernere coelum,  
 Et seorsum mare uti secretum humorque pateret,  
 Seorsus item puri secretaeque aetheris ignes.  
 Quippe etenim primum terrarum corpora quaeque, 450  
 Propterea quod erant gravia et perplexa, coibant  
 In medio, atque imas capiebant omnia sedeis;  
 Quae, quanto magis inter se perplexa coibant,  
 Tam magis expressere ea, quae mare, sidera, solem  
 Lunamque efficerent et magni moenia mundi. 455  
 Omnia enim magis haec e levibus atque rotundis  
 Seminibus, multoque minoribus sunt elementis,  
 Quam tellus: ideo per rara foramina terrae  
 Partibus erumpens primus se sustulit aether  
 Ignifer, et multos secum levis abstulit igneis: 460  
 Non alia longe ratione, ac saepe videmus,  
 Aurea quom primum gemmanteis rore per herbas  
 Matutina rubent radiati lumina solis,  
 Exhalantque lacus nebulam fluvieque perennes;  
 Ipsaque et interdum tellus fumare videtur: 465  
 Omnia quae, sursum quom conciliantur in alto,  
 Corpore concreto subtexunt nubila coelum.  
 Sic igitur tum se levis ac diffusilis aether,  
 Corpore concreto circumdatus undique, saepsit,  
 Et, late diffusus in omneis undique partibus, 470  
 Omnia sic avido complexu cetera saepsit.  
 Hunc exordia sunt solis lunaeque sequuta, et  
 Inter utrasque globi quorum vortuntur in auris,  
 Quae neque terra sibi adscivit, nec maxumus aether;  
 Quod neque tam fuerint gravia, ut depressa sederent, 475  
 Nec levia, ut possent per summas labier oras;  
 Et tamen inter utrasque ita sunt, ut corpora viva

Vorsent, et partes ut mundi totius exstent.

Quod genus in nobis quaedam licet in statione

480 Membra manere, tamen quom sint ea, quae moveantur.

His igitur rebus retractis, terra repente,  
Maxuma qua nunc se ponti plaga caerulea tendit,  
Succidit, et salso suffodit gurgite fossas:

485 Et radiei solis cogeant undique terram

Verberibus crebris, extrema ad limina apertam,  
In medio ut propulsa suo condensa coiret;

Tam magis expressus salsus de corpore sudor  
Augebat mare manando camposque natanteis:

490 Et tanto magis olla, foras elapsa, volabant

Corpora multa vaporis et aëris, altaque coeli  
Densabant procul a terris fulgentia templa:  
Sidebant campei, crescebant montibus altis

Ascensus: neque enim poterant subsidere saxa,

495 Nec pariter tantundem omnes succumbere partes.

Sic igitur terrae concreto corpore pondus  
Constitit, atque omnis mundi quasi limus in imum  
Confluxit gravis, et subsedit funditus, ut faex.

Inde mare, inde aër, inde aether ignifer ipse

500 Corporibus liquidis sunt omnia pura relicta;

Et leviora aliis alia et liquidissimus aether:

Atque levissimus aërias super influit auras;

Nec liquidum corpus turbantibus aëris auras

Commisci: sinit haec violentis omnia vorti

505 Turbinibus; sinit incertis turbare procellis:

Ipse suos igneis certo fert impete labens.

Nam modice fluere atque uno posse aethera nixu,

Significat Ponto mare, certo quod fluit aestu,

Unum labundi conservans usque tenorem.

510 Motibus astrorum nunc quae sit causa, canamus.

Principio, magnus coeli si vortitur orbis,

Ex utraque polum parte premere aëra, nobis

Dicundum est, extraque tenere, et cludere utrinque;

Inde alium supra fluere, atque intendere eadem,

515 Quo volvunda micant aeterni sidera mundi;

Ast alium subter, contra qui subvehat orbem;

Ut fluvios vorsare rotas atque haustra videmus.

Est etiam quoque, uti possit coelum omne manere

In statione, tamen quom lucida signa ferantur:

520 Sive quod inclusei rapidi sunt aetheris aestus,

Quaerentesque viam circumvorsantur, et igneis

Passim per coeli volvunt immania templa;



Sive aliunde fluens aliquunde extrinsecus aër  
 Vorsat agens igneis; sive ipsei serpere possunt,  
 Quo quouisque cibus vocat atque invitat eunteis, 525  
 Flammea per coelum pascenteis corpora passim.  
 Nam quid in hoc mundo sit eorum, ponere certum  
 Difficile est: sed, quid possit fiatque per omne,  
 In variis mundis, varia ratione creatis,  
 Id doceo; plureisque sequor disponere causas 530  
 Motibus astrorum, quae possint esse per omne:  
 E quibus una tamen sit et haec quoque causa necesse est,  
 Quae vegeat motum signis; sed, quae sit earum,  
 Praecipere, haud quaquam est pedetentim progredientis.  
 Terraque ut in media mundi regione quiescat, 535  
 Evanescere paullatim et decrescere pondus  
 Convenit; atque, aliam naturam subter habere,  
 Ex ineunte aevo coniunctam, atque uniter aptam  
 Partibus aërieis mundi, quibus insita vivit.  
 Propterea non est oneri, neque deprimit auras; 540  
 Ut sua quoique homini nullo sunt pondere membra,  
 Nec caput est oneri collo, nec denique totum  
 Corporis in pedibus pondus sentimus inesse.  
 At, quaequomque foris veniunt, impostaque nobis  
 Pondera sunt, laedunt permulto saepe minora: 545  
 Usque adeo magni refert, quid quaeque queat res.  
 Sic igitur tellus non est aliena repente  
 Allata, atque aureis aliunde obiecta alieneis;  
 Sed pariter prima concepta ab origine mundi,  
 Certaue pars eius; quasi nobis membra videntur. 550  
 Praeterea, grandi tonitru concussa, repente  
 Terra, supra se quae sunt, concutit omnia motu:  
 Quod facere haud ulla posset ratione, nisi esset  
 Partibus aëriis mundi coeloque revincta;  
 Nam communibus inter se radicibus haerent, 555  
 Ex ineunte aevo coniuncta, atque uniter aucta.  
 Nonne vides etiam, quam magno pondere nobis  
 Sustineat corpus tenuissima vis animai;  
 Propterea quia tam coniuncta atque uniter apta est?  
 Denique, iam saltu pernici tollere corpus 560  
 Quis potis est, nisi vis animae, quae membra gubernat?  
 Iamne vides, quantum tenuis natura valere  
 Possit, ubi est coniuncta gravi cum corpore; ut aër  
 Coniunctus terreis, et nobis est animi vis?  
 Nec nimio solis maior rota, nec minor ardor 565  
 Esse potest, nostreis quam sensibus esse videtur.  
 Nam quibus e spatiis quomque ignes lumina possunt

- Allicere, et calidum membris afflare vaporem,  
 Nil missus intervallis de corpore librant
- 570 Flammarum, nihil ad speciem est contractior ignis.  
 Proinde, calor quoniam solis lumenque profusum  
 Perveniant nostros ad sensus, et loca fulgent;  
 Forma quoque hinc solis debet filumque videri,  
 Nil adeo ut possis plus, aut minus, addere vera.
- 575 Lunaque, sive notho fertur loca lumine lustrans,  
 Sive suo proprio iactat de corpore lucem;  
 Quidquid id est, nihilo fertur maiore figura,  
 Quam nostris oculis, qua cernimus, esse videtur.  
 Nam prius omnia, quae longe semota tuemur
- 580 Aëra per multum, specie confusa videntur,  
 Quam minui filum: quapropter luna necesse est,  
 Quandoquidem claram speciem certamque figuram  
 Praebet, ut est oris extremis quoque notata,  
 Quantaque quanta est, hinc nobis videatur, in alto.
- 585 Postremo, quosquomque vides hinc aetheris igneis,  
 Quandoquidem, quosquomque in terris cernimus igneis,  
 Dum tremor est clarus, dum cernitur ardor eorum,  
 Perparvum quiddam interdum mutare videtur  
 Alteram utram in partem filum, quo longius absit;
- 590 Scire licet, perquam pauxillo posse minores  
 Esse, vel exigua maiores parte brevique.  
 Illud item non est mirandum, qua ratione  
 Tantulus ille queat tantum sol mittere lumen,  
 Quod maria ac terras omneis coelumque rigando
- 595 Compleat, et calido perfundat cuncta vapore.  
 Nam licet hinc mundi patefactum totius unum  
 Largifluum fontem scateret, atque erumpere lumen;  
 Ex omni mundo quia sic elementa vaporis  
 Undique conveniunt, et sic coniectus eorum
- 600 Confluit, ex uno capite hic ut profluat ardor.  
 Nonne vides etiam, quam late parvus aquam  
 Prata riget fons interdum, campisque redundet?  
 Est etiam quoque, uti non magno solis ab igni  
 Aëra percipiat calidis fervoribus ardor;
- 605 Opportunus ita est si forte et idoneus aër,  
 Ut queat accendi, parvis ardoribus ictus:  
 Quod genus interdum segetes stipulamque videmus  
 Accidere ex una scintilla incendia passim.  
 Forsitan et rosea sol alte lampade lucens
- 610 Possideat multum caecis fervoribus ignem  
 Circum se, nullo qui sit fulgore notatus,  
 Aestifer in tantum radiorum exaugeat ictum.

Nec ratio solis simplex aut recta patescit,  
 Quo pacto aestivis e partibus Aegocerotis  
 Brumaleis adeat flexus, atque, inde revortens, 615  
 Canceris ut vortat metas ad solstitiales;  
 Lunaque mensibus id spatium videatur obire;  
 Annua sol in quo consumit tempora cursu:  
 Non, inquam, simplex heis rebus reddita causa est.

Nam fieri vel cum primis id posse videtur, 620  
 Democriti quod sancta viri sententia ponit:  
 Quanto quaeque magis sint terram sidera propter,  
 Tanto posse minus cum coeli turbine ferri.

Evanescere enim rapidas illius, et acreis 625  
 Imminui subter vireis: ideoque relinqui

Paulatim solem cum posterioribus signis,  
 Inferior multum quod sit, quam fervida signa:  
 Et magis hoc lunam; quanto demissior eius  
 Cursus abest procul a coelo, terreisque propinquat,  
 Tanto posse minus cum signis tendere cursum. 630

Flaccidiore etiam quanto iam turbine fertur,  
 Inferior quam sol, tanto magis omnia signa  
 Hanc adipiscuntur circum, praeterque feruntur.  
 Propterea fit, ut haec ad signum quodque revorti  
 Mobilius videatur, ad hanc quia signa revisunt. 635

Fit quoque, ut e mundi transversis partibus aër  
 Alternis certo fluere alter tempore possit,  
 Qui queat aestivis solem detrudere signis  
 Brumaleis usque ad flexus gelidumque rigorem;  
 Et qui rejiciat gelidis ab frigoris umbris 640  
 Aestiferas usque in parteis et fervida signa.

Et ratione pari lunam stellasque putandum est,  
 Quae volvunt magnos in magnis orbibus annos,  
 Aëribus posse alternis e partibus ire. 645

Nonne vides etiam divorsis nubila ventis  
 Divorsas ire in parteis, inferna supernis?  
 Qui minus olla queant per magnos aetheris orbis  
 Aestibus inter se divorsis sidera ferri?

At nox obruit ingenti caligine terras,  
 Aut, ubi de longo cursu sol ultima coeli 650  
 Impulit, atque suos efflavit languidus igneis,  
 Concussos itere, et labefactos aëre multo;  
 Aut, quia sub terras cursum convertere cogit  
 Vis eadem, supra terras quae pertulit, orbem.

Tempore item certo roseam Matuta per oras 655  
 Aetheris Auroram defert, et lumina pandit;  
 Aut, quia sol idem sub terras ille revortens

- Anticipat coelum, radiis accendere tentans;  
 Aut, quia conveniunt ignes, et semina multa
- 660 Confluere ardoris consuerunt tempore certo,  
 Quae faciunt solis nova semper lumina gigni.  
 Quod genus Idaeis fama est e montibus altis  
 Dispersos igneis orienti lumine cerni,  
 Inde coire globum quasi in unum, et conficere orbem.
- 665 Nec tamen illud in his rebus mirabile debet  
 Esse, quod haec ignis tam certo tempore possint  
 Semina confluere, et solis reparare nitorem.  
 Multa videmus enim, certo quae tempore fiunt  
 Omnibus in rebus: florescunt tempore certo
- 670 Arbusta, et certo dimittunt tempore florem.  
 Nec minus in certo denteis, cadere imperat aetas  
 Tempore, et impubem molli pubescere veste,  
 Et pariter mollem malis demittere barbam.  
 Fulmina postremo, nix, imbres, nubila, venti
- 675 Non nimis incertis fiunt in partibus anni.  
 Namque, ubi sic fuerunt causarum exordia prima,  
 Atque ita res mundi cecidere ab origine prima,  
 Consequiae quodque est iam rerum ex ordine certo.  
 Crescere itemque dies licet, et tabescere nocteis,
- 680 Et minui luces, quom sumant augmina noctes;  
 Aut, quia sol idem, sub terras atque superne  
 Imparibus currens anfractibus, aetheris oras  
 Partit, et in parteis non aequas dividit orbem;  
 Et, quod ab alterutra detraxit parte, reponit
- 685 Eius in advorsa tanto plus parte, reiatius;  
 Donec ad id signum coeli pervenit, ubi anni  
 Nodus nocturnas exaequat lucibus umbras:  
 (Nam medio cursu flatus Aquilonis et Austri  
 Distinet aequato coelum discrimine metas,
- 690 Propter signiferi posituram totius orbis,  
 Annua sol in quo contundit tempora serpens,  
 Obliquo terras et coelum lumine lustrans;  
 Ut ratio declarat eorum, quæ loca coeli  
 Omnia, dispositis signis ornata, notarunt:)
- 695 Aut, quia crassior est certis in partibus aër,  
 Sub terris ideo tremulum iubar haesitat igni,  
 Nec penetrare potest facile atque emergere ad ortus;  
 Propterea noctes hiberno tempore longae  
 Cessant, dum veniat radiatum insigne diei:
- 700 Aut etiam, quia sic alternis partibus anni  
 Tardius et citius consuerunt confluere ignes,  
 Quæ faciunt solem certa desurgere parte.

- Luna potest, solis radiis percussa, nitere;  
 Inque dies maius lumen convertere nobis  
 Ad speciem, quantum solis secedit ab orbe, 705  
 Donec eum contra pleno bene lumine fulsit,  
 Atque oriens obitus eius super edita vidit:  
 Inde minutatim retro quasi condere lumen  
 Debet item, quanto propius iam solis ad ignem  
 Labitur ex alia signorum parte per orbem: 710  
 Ut faciunt, lunam quei fingunt esse pilai  
 Consimilem, cursusque viam sub sole tenere:  
 [Propterea fit, uti videantur dicere verum.]  
 Est etiam quare proprio cum lumine possit  
 Volvier, et varias splendoris reddere formas. 715  
 Corpus enim licet esse aliud, quod fertur et una  
 Labitur, omnimodis occursans officiensque,  
 Nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur.  
 Vorsarique potest, globus ut si forte pilai  
 Dimidia ex parte candenti lumine tinctus, 720  
 Vorsandoque globum varianteis edere formas.  
 Denique, eam partem, quaequomque est ignibus aucta,  
 Ad speciem vortit nobis, oculosque patenteis:  
 Inde minutatim retro contorquet et auferit  
 Luciferam partem glomeraminis atque pilai; 725  
 Ut Babylonica Chaldaeum doctrina, refutans  
 Astrologorum artem, contra convincere tendit:  
 Proinde quasi id fieri nequeat, quod pugnat uterque,  
 Aut minus hoc illo sit quur amplectier ausis.  
 Denique, quur nequeat semper nova luna creari 730  
 Ordine formarum certo certisque figuris,  
 Inque dies privos aborisci quaeque creata,  
 Atque alia illius reparari in parte locoque;  
 Difficile est ratione docere et vincere verbis;  
 Ordine quom videas tam certo multa creari. 735  
 It Ver et Venus, et, Veris praenuntius, ante  
 Pennatus graditur Zephyrus, vestigia propter  
 Flora quibus mater praespargens ante viai  
 Cuncta coloribus egregiis et odoribus opplet:  
 Inde loci sequitur Calor aridus, et comes una 740  
 Polverulenta Ceres, et Etesia flabra Aquilonum:  
 Inde Auctumnus adit; graditur simul Evius Evan;  
 Inde aliae Tempestates Venteique sequuntur,  
 Altitonans Volturnus, et Auster fulmine pollens:  
 Tandem Bruma niveis affert, pigrumque rigorem 745  
 Reddit; Hiems sequitur, crepitans ac dentibus Algu.  
 Quo minus est mirum, si certo tempore luna

- Gignitur, et certo deletur tempore rursus;  
 Quom fieri possint tam certo tempore multa.
- 750 Solis item quoque defectus lunaeque latebras  
 Pluribus e causis fieri tibi posse putandum est.  
 Nam, quur luna queat terram secludere, possis,  
 Lumine, et a terris altum caput obstruere ei,  
 Obiiciens caecum radiis ardentibus orbem?
- 755 Tempore eodem aliud facere id non posse putetur  
 Corpus, quod cassum labatur lumine semper?  
 Solque suos etiam dimittere languidus igneis  
 Tempore quur certo nequeat, recreareque lumen,  
 Quom loca praeteriit, flammeis infesta, per auras,
- 760 Quae faciunt igneis interstingui atque perire?  
 Et quur terra queat lunam spoliare vicissim  
 Lumine, et oppressum solem super ipsa tenere,  
 Menstrua dum rigidas coni perlabitur umbras;  
 Tempore eodem aliud nequeat succurrere lunae
- 765 Corpus, vel supra solis perlabier orbem,  
 Quod radios interrumpat lumenque profusum?  
 Et tamen, ipsa suo si fulget luna nitore,  
 Quur nequeat certa mundi languescere parte,  
 Dum loca luminibus propriis inimica per exit?
- 770 Quod superest, quoniam, magni per caerula mundi  
 Qua fieri quidquid posset ratione, resolvi:  
 Solis uti varios cursus lunaeque meatus  
 Noscere possemus quae vis et causa cieret;  
 Quo ve modo soleant offecto lumine obire,
- 775 Et nec opinanteis tenebris obducere terras;  
 Quom quasi connivent, et aperto lumine rursum  
 Omnia convisunt clara loca candida luce:  
 Nunc redeo ad mundi novitatem et mollia terrae  
 Arva; novo fetu quid primum in luminis oras
- 780 Tollere et incerteis credunt committere venteis.  
 Principio, genus herbarum viridemque nitorem  
 Terra dedit circum colleis; camposque per omneis  
 Florida fulserunt viridanti prata colore:  
 Arboribusque datum est varicis exinde per auras
- 785 Crescundi magnum immissis certamen habenis.  
 Ut pluma atque pilei primum setaeque creantur  
 Quadrupedum membris et corpore pennipotentum;  
 Sic nova tum tellus herbas virgultaque primum  
 Sustulit: inde loci mortalia corda creavit
- 790 Multa modis multis, varia ratione coorta.  
 Nam neque de coelo cecidisse animalia possunt,  
 Nec terrestria de salsis exisse lacunis.

- Linquitur, ut merito maternum nomen adepta  
 Terra sit, e terra quoniam sunt cuncta creata.
- Multaque nunc etiam existunt animalia terris, 795  
 Imbris et calido solis concreta vapore.  
 Quo minus est mirum, si tum sunt plura coorta  
 Et maiora, nova tellure atque aethere adulta.  
 Principio, genus alituum variaequae volucres  
 Ova relinquebant, exclusae tempore verno: 800  
 Folliculos ut nunc tereteis aestate cicadae  
 Linqunt sponte sua, victum vitamque petentes.  
 Tum tibi terra dedit primum mortalia secla:  
 Multus enim calor atque humor superabat in arvis.  
 Hoc, ubi quaeque loci regio opportuna dabatur, 805  
 Crescebant uterei terrae radicibus aptei:  
 Quos ubi tempore maturo patefecerat aetas  
 Infantum, fugiens humorem, aurasque petissens,  
 Convortebat ibi Natura foramina terrae,  
 Et sucum venis cogeabat fundere apertis, 810  
 Consimilem lactis: sicut nunc femina quaeque,  
 Quom peperit, dulci repletur lacte, quod omnis  
 Impetus in mammas convortitur ille alimenti.  
 Terra cibum pueris, vestem vapor, herba cubile  
 Praebeat, multa et molli lanugine abundans. 815  
 At novitas mundi nec frigora dura ciebat,  
 Nec nimios aestus, nec magnis viribus auras.  
 Omnia enim pariter crescunt et robora sumunt.  
 Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta  
 Terra tenet merito, quoniam genus ipsa creavit 820  
 Humanum, atque animans prope certo tempore fudit  
 Omne, quod in magnis bacchatur montibu' passim,  
 Aëriasque simul volucreis variantibu' formis.  
 Sed, quia finem aliquam pariundi debet habere,  
 Destitit, ut mulier, spatio defessa vetusto. 825  
 Mutat enim mundi naturam totius aetas,  
 Ex alioque alius status excipere omnia debet,  
 Nec manet ulla sui similis res: omnia migrant,  
 Omnia commutat Natura, et vortere cogit.  
 Namque aliud putrescit et, aevo debile, languet; 830  
 Porro aliud concrescit, et e contentibus exit.  
 Sic igitur mundi naturam totius aetas  
 Mutat, et ex alio terram status excipit alter:  
 Quod potuit, nequeat; possit, quod non tulit ante.  
 Multaque tum tellus etiam portenta creare 835  
 Conata est, mira facie membrisque coorta:  
 Androgynem inter utras, nec utramque, utrinque remotum;

- Orba pedum partim, manuum viduata vicissim;  
 Muta sine ore etiam, sine vultu caeca reperta;
- 840 Vincitque membrorum per totum corpus adhaesu;  
 Nec facere ut possent quidquam, nec cedere quoquam,  
 Nec vitare malum, nec sumere, quod foret usus.  
 Cetera de genere hoc monstra ac portenta creabat:  
 Nequidquam; quoniam Natura absterruit auctum;
- 845 Nec potuere cupitum aetatis tangere florem,  
 Nec reperire cibum, nec iungi per Veneris res.  
 Multa, videmus, enim rebus concurrere debent,  
 Ut propagando possint producere secla.  
 Pabula primum ut sint, genitalia deinde per artus
- 850 Semina, quae possint membris manare remissis;  
 Feminaque ut maribus coniungi possit, habere  
 Mutua, qui nectant inter se gaudia uterque.  
 Multaque tum interiisse animantum secla necesse est,  
 Nec potuisse propagando procludere prolem.
- 855 Nam, quaequomque vides vesci vitalibus auris,  
 Aut dolus, aut virtus, aut denique mobilitas est  
 Ex ineunte aevo genus id tutata, reservans.  
 Multaque sunt, nobis ex utilitate sua quae  
 Commendata manent, tutelae tradita nostrae.
- 860 Principio, genus acre leonum saevaue secla  
 Tutata est virtus, volpeis dolus, ut fuga cervos.  
 At levisomna canum fido cum pectore corda,  
 Et genus omne, quod est veterino semine partum,  
 Lanigeraeque simul pecudes et bucera secla,
- 865 Omnia sunt hominum tutelae tradita, Memmi.  
 Nam cupide fugere feras, pacemque sequutae  
 Sunt, et larga suo sine pabula parta labore;  
 Quae damus utilitatis eorum praemia causa.  
 At, queis nil horum tribuit Natura, neque ipsa
- 870 Sponte sua possent ut vivere, nec dare nobis  
 Utilitatem aliquam, quare pateremur eorum  
 Praesidio nostro pasci genus, esseque tutum?  
 Scilicet haec aliis praedae lucroque iacebant  
 Indupedita suis fatalibus omnia vinclis,
- 875 Donec ad interitum genus id Natura redegit.  
 Sed neque Centaurei fuerunt, nec tempore in ullo  
 Esse queunt; duplici natura et corpore bino  
 Ex alienigenis membris compacta potestas,  
 Hinc illinc par vis ut non sic esse potissit.
- 880 Id licet hinc quamvis hebeti cognoscere corde.  
 Principio, circum tribus actis impiger annis  
 Floret equus; puer haud quaquam, quin saepe etiam nunc



- Ubera mammarum in somnis lactantia quaeret  
 Post, ubi equum validae vires, aetate senecta,  
 Membraque deficiunt, fugienti languida vita; 885  
 Tum demum, puerili aëvo florente, iuventas  
 Officit, et molli vestit lanugine malas:  
 Ne forte ex homine et veterino semine equorum  
 Conferi credas Centauros posse, neque esse;  
 Aut, rabidis canibus succinctas, semimarinis 890  
 Corporibus Scyllas, et cetera de genere horum,  
 Inter se quorum discordia membra videmus:  
 Quae neque florescunt pariter, nec robora sumunt  
 Corporibus, neque perficiunt aetate senecta,  
 Nec simili Venere ardescunt, nec moribus unis 895  
 Conveniunt, nec sunt eadem iocunda per artus.  
 Quippe videre licet pinguescere saepe cicuta  
 Barbigeras pecudes, homini quae est acre venenum.  
 Ignea flamma quidem quom corpora fulva leonum  
 Tam soleat torrere atque urere, quam genus omne 900  
 Visceris, in terris quodquomque et sanguinis exstet:  
 Qui fieri potuit, triplici cum corpore ut una,  
 Prima leo, postrema draco, media ipsa, Chimaera  
 Ore foras acrem flaret de corpore flammam?  
 Quare, etiam tellure nova coeloque recenti, 905  
 Talia qui fingit potuisse animalia gigni,  
 Nixus in hoc uno novitatis nomine inani;  
 Multa licet simili ratione effutiat ore.  
 Aurea tum dicat per terras flumina volgo  
 Fluxisse, et gemmis florere arbusta suësse: 910  
 Aut hominem tanto membrorum esse impete natum,  
 Trans maria alta pedum nixus ut pandere posset,  
 Et manibus totum circum se vortere coelum.  
 Nam, quod multa fuere in terris semina rerum,  
 Tempore quo primum tellus animalia fudit; 915  
 Nil tamen est signi, mixtas potuisse creari  
 Inter se pecudes, compactaque membra animantum:  
 Propterea quia, quae de terris nunc quoque abundant  
 Herbarum genera ac fruges, arbustaque lacta,  
 Non tamen inter se possunt complexa creari. 920  
 Sed si quaeque suo ritu procedit, et omnes,  
 Foedere naturae certo, discrimina servant.  
 Et genus humanum multo fuit illud in arvis  
 Durius, ut decuit, tellus quod dura creasset;  
 Et maioribus et solidis magis ossibus intus 925  
 Fundatum, validis aptum per viscera nervis;  
 Nec facile ex aestu, nec frigore quod caperetur,

Nec novitate cibi, nec labi corporis ulla.

Multaque per coelum solis volventia lustra

930 Volgivago vitam tractabant more ferarum.

Nec robustus erat curvi moderator aratri

Quisquam, nec scibat ferro molirier arva,

Nec nova defodere in terram virgulta, neque altis

Arboribus veteres decidere falcibu' ramos.

935 Quod sol atque imbres dederant, quod terra crearat

Sponte sua, satis id placabat pectora donum:

Glandiferas inter curabant corpora quercus

Plerumque; et, quae nunc hiberno tempore cernis,

Arbuta puniceo fieri matura colore,

940 Plurima tum tellus, etiam maiora, ferebat;

Multaque praeterea novitas tum florida mundi

Pabula dira tulit, misereis mortalibus ampla.

At sedare sitim fluviei fontesque vocabant;

Ut nunc montibus e magnis decursus aquai

945 Claru' citat late sitientia secla ferarum.

Denique, nota vageis, sylvestria templa tenebant

Nympharum, quibus excibant humore fluenta

Lubrica, proluvie larga lavere humida saxa,

Humida saxa, super viridi stillantia musco:

950 Et partim plano scatere atque erumpere campo.

Necdum res igni scibant tractare, neque uti

Pellibus; et spoliis corpus vestire ferarum:

Sed nemora atque cavos monteis sylvasque colebant,

Et frutices inter condebant squalida membra,

955 Verbera ventorum vitare imbreisque coactei.

Nec commune bonum poterant spectare, neque ullis

Moribus inter se scibant nec legibus uti.

Quod quoique obtulerat praedae fortuna, ferebat,

Sponte sua sibi quisque valere et vivere doctus.

960 Et Venus in sylvis iungebat corpora amantum:

Conciliabat enim vel mutua quamque cupido,

Vel violenta viri vis atque impensa libido,

Vel pretium, glandes atque arbuta, vel pira lecta.

Et manuum mira fretei virtute pedumque,

965 Consectabantur sylvestria secla ferarum

Missilibus saxis et magno pondere clavae;

Multaque vincebant, vitabant pauca latebris;

Setigereisque pares suibus sylvestria membra

Nudabant terrae, nocturno tempore captei,

970 Circum se foliis ac frondibus involuentes.

Nec plangore diem magno solemque per agros

Quaerebant pavidei, palantes noctis in umbris:

- Sed tacitei respectabant somnoque sepultci,  
 Dum rosea face sol inferret lumina coelo.  
 A parvis quod enim consuerant cernere semper, 975  
 Alterno tenebras et lucem tempore gigni,  
 Non erat, ut ficri posset, mirarier unquam,  
 Nec diffidere, ne terras aeterna teneret  
 Nox, in perpetuum detracto lumine solis.  
 Sed magis illud erat curae, quod secla ferarum 980  
 Infestam misereis faciebant saepe quietem;  
 Eiecteique domo, fugiebant saxca tecta  
 Spumigeri suis adventu validique leonis;  
 Atque intempesta cedebant nocte paventes  
 Hospitibus saeveis instrata cubilia fronde. 985  
 Nec nimio tum plus, quam nunc, mortalia secla  
 Dulcia linquebant lamentis lumina vitae.  
 Unus enim tum quisque magis depressus eorum  
 Pabula viva fereis praebebat, dentibus haustus;  
 Et nemora ac monteis gemitu sylvasque replebat, 990  
 Viva videns vivo sepeliri viscera busto.  
 At quos effugium servarat, corpore adeso,  
 Posterius, tremulas super ulcera tetra teneates  
 Palmas, horrifera accibant vocibus Orcum:  
 Denique eos vita privarunt vermina saeva, 995  
 Experteis opis, ignaros quid volnera vellent.
- At non multa virum sub signis millia ducta  
 Una dies dabat exitio: nec turbida ponti  
 Aequora laedebant naveis ad saxa virosque: 1000  
 Nec temere incassum frustra mare saepe coortum  
 Saevibat, leviterque minas ponebat inaneis;  
 Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti  
 Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis;  
 Improba navigii ratio tum caeca iacebat.  
 Tum penuria deinde cibi languentia leto 1005  
 Membra dabat: contra nunc rerum copia mersat.  
 Ollei imprudentes ipsei sibi saepe venenum  
 Vergebant: nunc dant alieis sollertius ipsei.
- Inde casas postquam ac pellicis ignemque pararunt,  
 Et mulier, coniuncta viro, concessit in unum, 1010  
 Castaque privatae Veneris connubia laeta  
 Cognita sunt, prolemque ex se videre creatam;  
 Tum genus humanum primum mollescere coepit.  
 Ignis enim curavit, ut alsia corpora frigus  
 Non ita iam possent coeli sub tegmine ferre: 1015  
 Et Venus imminuit vireis; puereique parentum  
 Blanditiis facile ingenium fregere superbum.

- Tunc et amicitiam coeperunt iungere habentes  
 Finitumei inter se, nec laedere, nec violare;
- 1020 Et pueros commendarunt muliebrique seclum  
 Vocibus et gestu; quom balbe significarent,  
 Imbecillorum esse aequum misererier omni.  
 Non tamen omnimodis poterat concordia gigni:  
 Sed bona magnaue pars servabant foedera, castei;
- 1025 Aut genus humanum iam tum foret omne peremtum,  
 Nec potuisset adhuc perducere secla propago.  
 At varios linguae sonitus natura subegit  
 Mittere, et utilitas expressit nomina rerum:  
 Non alia longe ratione, atque ipsa videtur
- 1030 Protrahere ad gestum pueros infantia linguae;  
 Quom facit, ut digito, quae sint praesentia, monstrent.  
 Sentit enim vim quisque suam quod possit abuti.  
 Cornua nata prius vitulo quam frontibus exstent,  
 Ollis iratus petit atque infensus inurguet:
- 1035 At catulei pantherarum scymneique leonum  
 Unguibus ac pedibus iam tum morsuque repugnant,  
 Vix etiam quom sunt dentes unguesque createi.  
 Alituum porro genus alis omne videmus  
 Fidere, et a pennis tremulum petere auxiliatum.
- 1040 Proinde putare, aliquem tum nomina distribuisse  
 Rebus, et inde homines didicisse vocabula prima,  
 Desipere est: nam quur hic posset cuncta notare  
 Vocibus, et varios sonitus emittere linguae,  
 Tempore eodem aliei facere id non quisse putentur?
- 1045 Praeterea, si non aliei quoque vocibus usei  
 Inter se fuerant, unde insita notities est?  
 Utilitas etiam, unde data est huic prima potestas,  
 Quid vellet facere, ut sciret animoque videret?  
 Cogere item plureis unus, victosque domare
- 1050 Non poterat, rerum ut perdiscere nomina vellent;  
 Nec ratione docere ulla, suadereque surdeis,  
 Quid sit opus facto; faciles neque enim paterentur,  
 Nec ratione ulla sibi ferrent amplius aureis  
 Vocis inauditos sonitus obtundere frustra.
- 1055 Postremo, quid in hac mirabile tantopere est re,  
 Si genus humanum, quoi vox et lingua vigeret,  
 Pro vario sensu varias res voce notaret;  
 Quom pecudes mutae, quom denique secla ferarum  
 Dissimileis soleant voces variasque ciere,
- 1060 Quom metus, aut dolor est, et quom iam gaudia gliscunt?  
 Quippe etenim licet in rebus cognoscere apertis.  
 Irritata canum quom primum magna Molossùm

- Mollia ricta fremunt, duros nudantia denteis,  
 Longe alio sonitu rabies districta minatur,  
 Et quom iam latrant, et vocibus omnia complent. 1065  
 At catulos blande quom lingua lambere tentant,  
 Aut ubi eos lactant pedibus, morsuque petentes  
 Suspensis teneros imitantur dentibus haustus,  
 Longe alio pacto gannitu vocis adulant,  
 Et quom desertei haubantur in aedibus, aut quom 1070  
 Plorantes fugiunt, summisso corpore, plagas.  
 Denique non hinnitus item differre videtur,  
 Inter equas ubi equus florenti actate iuencus  
 Pinnigeri saevit calcaribus ictus Amoris,  
 Et fremitum patulis sub naribus edit ad arma, 1075  
 Et quom sic alias, concussis artubus, hinnit?  
 Postremo, genus alituum variaequae volucres,  
 Accipitres atque ossifragae mergeique, marinis  
 Fluctibus in salso victum vitamque petentes,  
 Longe alias alio iaciunt in tempore voces, 1080  
 Et quom de victu certant, praedaeque repugnant.  
 Et partim mutant cum tempestatibus una  
 Raucisonos cantus cornicum secla vetusta  
 Corvorumque greges; ubi aquam dicuntur et imbreis  
 Poscere, et interdum ventos aurasque vocare. 1085  
 Ergo, si variei sensus animalia cogunt,  
 Muta tamen quom sint, varias emittere voces;  
 Quanto mortaleis magis aequum est tum potuisse  
 Dissimileis alia atque alia res voce notare?  
 Illud in his rebus tacitus ne forte requiras, 1090  
 Fulmen detulit in terras mortalibus ignem  
 Primitus; inde omnis flammaram diditur ardor.  
 Multa videmus enim, coelestibus incita flammis,  
 Fulgere, quom coeli donavit plaga vapores.  
 Et ramosa tamen quom, ventis pulsa, vacillans 1095  
 Aestuat, in ramos incumbens arboris, arbor,  
 Exprimitur, validis extritus viribus, ignis:  
 Emicat interdum flammai fervidus ardor,  
 Mutua dum inter se ramei stirpesque teruntur;  
 Quorum utrumque dedisse potest mortalibus ignem. 1100  
 Inde cibum coquere ac flammae mollire vapore  
 Sol docuit; quoniam mitescere multa videbant,  
 Verberibus radiorum atque aestu victa, per agros.  
 Inde dies magis invictum vitamque priorem  
 Commutare novis monstrabant rebus et igni, 1105  
 Ingenio quei praestabant, et corde vigeabant.  
 Condere coeperunt urbeis, arcemque locare

- Praesidium reges ipsei sibi perfugiumque:  
 Et pecudes et agros divisere, atque dedere  
 1110 Pro facie quouisque et viribus ingenioque.  
 Nam facies multum valuit, viresque vigeant:  
 Posterius res inventa est, aurumque repertum,  
 Quod facile et valideis et pulchreis demisit honorem.  
 Divitioris enim sectam plerumque sequuntur  
 1115 Quamlibet et fortes, et pulchro corpore cretei.  
 Quod si quis vera vitam ratione gubernat,  
 Divitiae grandes homini sunt, vivere parce  
 Aeque animo; neque enim est unquam penuria parvi.  
 At claros homines voluerunt se atque potentes,  
 1120 Ut fundamento stabili fortuna maneret,  
 Et placidam possent opulentei degere vitam:  
 Nequidquam; quoniam ad summum succedere honorem  
 Certantes, iter infestum fecere viai.  
 Et tamen e summo, quasi fulmen, deiicit ictos  
 1125 Invidia interdum contemptim in Tartara tetra:  
 Ut satius multo iam sit parere quietum,  
 Quam regere imperio res velle, et regna tenere.  
 Proinde sine, incassum defessei, sanguine sudent,  
 Angustum per iter luctantes ambitionis:  
 1130 Invidia quoniam, ceu fulmine, summa vaporant  
 Plerumque, et quae sunt altis magis edita quomque:  
 Quandoquidem sapiunt alieno ex ore, petuntque  
 Res ex auditis potius, quam sensibus ipsis:  
 Nec magis id nunc est, nec erit mox, quam fuit ante.  
 1135 Ergo, regibus occisis, subvorsa iacebat  
 Pristina maiestas soliorum et sceptrum superba;  
 Et capitum summi praeclarum insigne cruentum  
 Sub pedibus vulgi magnum lugebat honorem:  
 Nam cupide conculcatur nimis ante metutum.  
 1140 Res itaque ad summam faecem turbasque redibat,  
 Imperium sibi quom ac summatum quisque petebat.  
 Inde magistratum partim docuere creare,  
 Iuraque constituere, ut vellent legibus uti.  
 Nam genus humanum, defessum vi colere aevom,  
 1145 Ex inimicitum languibat; quo magis ipsum  
 Sponte sua cecidit sub leges arctaque iura.  
 Acrius ex ira quod enim se quisque parabat  
 Ulcisci, quam nunc concessum est legibus aequis;  
 Hanc ob rem est homines pertaesum vi colere aevom.  
 1150 Inde metus maculat poenarum praemia vitae.  
 Circumretit enim vis atque iniuria quemque,  
 Atque, unde exorta est, ad eum plerumque revortit;

Nec facile est placidam ac pacatam degere vitam,  
 Qui violat factis communia foedera pacis.  
 Etsi fallit enim divom genus humanumque, 1155  
 Perpetuo tamen id fore clam diffidere debet:  
 Quippe ubi se multei, per somnia saepe loquentes,  
 Aut morbo delirantes, protraxe ferantur,  
 Et celata diu in medium peccata dedisse.  
 Nunc, quae causa deum per magnas numina genteis 1160  
 Pervolgarit, et ararum compleverit urbeis,  
 Suscipiendaque curarit sollennia sacra,  
 Quae nunc in magnis florent sacra rebu' locisque:  
 Unde etiam nunc est mortalibus insitus horror,  
 Qui delubra deum nova toto suscitatur orbi 1165  
 Terrarum, et festis cogit celebrare diebus:  
 Non ita difficile est rationem reddere verbis.  
 Quippe etenim iam tum divom mortalia secla  
 Egregias animo facies vigilante videbant,  
 Et magis in somnis, mirando corporis auctu. 1170  
 Heis igitur sensum tribuebant, propterea quod  
 Membra movere videbantur, vocesque superbas  
 Mittere pro facie praeclara et viribus amplis:  
 Aeternamque dabant vitam, quia semper eorum  
 Suppeditabatur facies, et forma manebat; 1175  
 Et tamen omnino, quod tantis viribus auctos  
 Non temere ulla vi convinci posse putabant.  
 Fortunisque ideo longe praestare putabant,  
 Quod mortis timor haud quemquam vexaret eorum,  
 Et simul in somnis quia multa et mira videbant 1180  
 Efficere, et nullum capere ipsos inde laborem.  
 Praeterea, coeli rationes ordine certo  
 Et varia annorum cernebant tempora vorti;  
 Nec poterant quibus id fieret cognoscere causas.  
 Ergo per fugium sibi habebant, omnia diveis 1185  
 Tradere, et ollorum nutu facere omnia flecti.  
 In coeloque deum sedeis et templa locarunt,  
 Per coelum volvi quia nox et luna videtur,  
 Luna, dies, et nox, et noctis signa severa,  
 Noctivagaeque faces coeli, flammaeque volantes, 1190  
 Nubila, sol, imbres, nix, venti, fulmina, grando,  
 Et rapidei fremitus, et murmura magna minarum.  
 O genus infelix humanum! talia diveis  
 Quom tribuit facta, atque iras adiunxit acerbis:  
 Quantos tum gemitus ipsei sibi, quantaque nobis 1195  
 Volnera, quas lacrimas peperere minoribu' nostris!  
 Nec pietas ulla est, velatum saepe videri

- Vortier ad lapidem, atque omneis accedere ad aras;  
 Nec procumbere humi prostratum, et pandere palmas
- 1200 Ante deum delubra, neque aras sanguine multo  
 Spargere quadrupedum, nec voteis nectere vota;  
 Sed mage placata posse omnia mente tueri.  
 Nam, quom suspicimus magni coelestia mundi  
 Tempa super, stellisque micantibus aethera fixum,
- 1205 Et venit in mentem solis lunaeque viarum,  
 Tunc, aliis oppressa malis, in pectore cura  
 Olla quoque expergefatum caput erigere infit,  
 Ne quae forte deum nobis immensa potestas  
 Sit, vario motu quae candida sidera vorset.
- 1210 Tentat enim dubiam mentem rationis egestas,  
 Ecquaenam fuerit mundi genitalis origo;  
 Et simul, ecquae sit finis, quoad moenia mundi  
 Et taciti motus hunc possint ferre laborem:  
 An, divinitus aeterna donata salute,
- 1215 Perpetuo possint aevi labentia tractu  
 Immensi validas aevi contemnere vireis.  
 Praeterea, quom non animus formidine divom  
 Contrahitur? quom non correpunt membra pavore,  
 Fulminis horribili quom plaga torrida tellus
- 1220 Contremat, et magnum percurrunt murmura coelum?  
 Non populei gentesque tremunt? regesque superbe  
 Corripiunt divom perculsei membra timore,  
 Ne quod ob admissum fede, dictumve superbe,  
 Poenarum grave sit solvundi tempus adactum?
- 1225 Summa etiam quom vis violenti per mare venti  
 Induperatorem classis super aequora verrit  
 Cum validis pariter legionibus atque elephantis;  
 Non divom pacem votis adit, ac prece quaesit  
 Ventorum pavidus paces animasque secundas?
- 1230 Nequidquam; quoniam, violento turbine saepe  
 Corruptus, nihilo fertur minus ad vada leti.  
 Usque adeo res humanas vis abdita quaedam  
 Obterit, et pulchros fasceis saevasque secureis  
 Proculcare ac ludibrio sibi habere videtur.
- 1235 Denique, sub pedibus tellus quom tota vacillat,  
 Concussaeque cadunt urbes, dubiaeque minantur:  
 Quid mirum, si se temunt mortalia secla,  
 Atque potestates magnas mirasque relinquunt  
 In rebus vireis divom, quae cuncta gubernent?
- 1240 Quod superest, aes atque aurum ferrumque repertum est,  
 Et simul argenti pondus plumbique potestas:  
 Ignis ubi ingenteis sylvas ardore cremarat



- Montibus in magnis; seu coeli fulmine misso;  
 Sive quod, inter se bellum sylvestre gerentes,  
 Hostibus intulerant ignem formidinis ergo; 1245  
 Sive quod, inductei terrae bonitate, volebant  
 Pandere agros pingueis, et pascua reddere rura;  
 Sive feras interficere, et ditescere praeda:  
 Nam fovea atque igni prius est venarier ortum,  
 Quam saepire plagis saltum, canibusque ciere. 1250  
 Quidquid id est, quaquomque ex causa flammeus ardor  
 Horribili sonitu sylvas exederat altis  
 Ab radicibus, et terram percoxerat igni;  
 Manabat venis ferventibus, in loca terrae  
 Concava conveniens, argenti rivus et auri, 1255  
 Aeris item et plumbi: quae, quom concreta videbant  
 Posterius claro in terras splendere colore,  
 Tollebant, nitido captei levique lepore;  
 Et simili formata videbant esse figura,  
 Atque lacunarum fuerant vestigia quoique. 1260  
 Tum penetrabat eos, posse haec, liquefacta calore,  
 Quamlibet in formam et faciem decurrere rerum,  
 Et prorsum quamvis in acuta ac tenvia posse  
 Mucronum duci fastigia procudendo,  
 Ut sibi tela parent, sylvasque et caedere possint, 1265  
 Materiemque dolare, levare ac radere tigna,  
 Et terebrare etiam, ac pertundere perque forare.  
 Nec minus argento facere haec auroque parabant.  
 Quam validi primum violentis viribus aeris:  
 Nequidquam; quoniam cedebat victa potestas, 1270  
 Nec poterant pariter durum sufferre laborem.  
 Nam fuit in pretio magis aes, aurumque iacebat  
 Propter inutilitatem, hebeti mucrone retusum:  
 Nunc iacet aes, aurum in summum successit honorem.  
 Sic volvunda aetas commutat tempora rerum: 1275  
 Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore;  
 Porro aliud succedit, et e contentibus exit,  
 Inque dies magis appetitur, floretque repertum  
 Laudibus et miro mortaleis inter honore.  
 Nunc tibi, quo pacto ferri natura reperta 1280  
 Sit, facile est ipsi per te cognoscere, Memmi.  
 Arma antiqua manus, ungues dentesque fuerunt,  
 Et lapides, et item, sylvarum fragmina, ramei;  
 Et, flamma atque ignes postquam sunt cognita primum,  
 Posterius ferri vis est aerieque reperta. 1285  
 Et prior aeris erat, quam ferri, cognitus usus;  
 Quo facilis magis est natura, et copia maior.

- Aere solum terrae tractabant, aëreque belli  
 Miscebant fluctus, et volnera vasta serabant,  
 1290 Et pecus atque agros adimebant: nam facile olleis  
 Omnia cedebant armateis nuda et inerma.  
 Inde minutatim processit ferreus ensis,  
 Vorsaue in obscoenum species est falcis ahenae,  
 Et ferro coepere solum proscindere terrae;  
 1295 Exaequataque sunt creperi certamina belli.  
 Et prius est armatum in equi conscendere costas,  
 Et moderarier hunc frenis, dextraque vigere,  
 Quam biugom prius est, quam bis coniungere binos,  
 1300 Et quam falciferos armatum ascendere currus.  
 Inde boves Lucas, turrato corpore, tetros,  
 Anguimanos, belli docuerunt volnera Poenei  
 Sufferre, et magnas Martis turbare catervas.  
 Sic alid ex alio peperit discordia tristis,  
 1305 Horribile humaneis quod gentibus esset in armis;  
 Inque dies belli terroribus addidit augmen.  
 Tentarunt etiam tauros in moenere belli,  
 Experteique sues saevos sunt mittere in hosteis;  
 Et validos Parthei prae se misere leones  
 1310 Cum ductoribus armatis saevisque magistris,  
 Qui moderarier heis possent, vincisque tenere:  
 Nequidquam; quoniam, permixta caede calentes,  
 Turbabant saevei nullo discrimine turmas,  
 Terrificas capitum quatientes undique cristas;  
 1315 Nec poterant equites fremitu perterrita equorum  
 Pectora mulcere, et frenis convortere in hosteis.  
 Irritata laeae iaciebant corpora saltu  
 Undique, et advorsum venientibus ora petebant,  
 Et nec opinanteis a tergo diripiebant,  
 1320 Deplexaeque dabant in terram volnere victos,  
 Morsibus affixae validis atque unguibus uncis.  
 Iactabantque suos taurei, pedibusque terebant,  
 Et latera ac ventres hauribant subter equorum  
 Cornibus, et terram minitanti mente ruebant.  
 1325 At validis socios caedebant dentibus aprei,  
 Tela infracta suo tingentes sanguine saevei,  
 [In se fracta suo tingentes sanguine tela,]  
 Permixtasque dabant equitum peditumque ruinas.  
 Nam transversa feros exhibant dentis adactus  
 1330 Iumenta, aut pedibus ventos erecta petebant:  
 Nequidquam; quoniam ab nervis succisa videres  
 Concidere, atque gravi terram consternere casu.

- Si quos ante domi domitos satis esse putabant,  
 Effervescere cernebant in rebus agundis,  
 Volneribus, clamore, fuga, terrore, tumultu : 1335  
 Nec poterant ullam partem reducere eorum.  
 Diffugiebat enim varium genus omne ferarum :  
 Ut nunc saepe boves Lucae, ferro male mactae,  
 Diffugiunt, fera facta suis quom multa dedere.  
 Sic fuit, ut facerent: sed vix adducor, ut ante 1340  
 Non quierint animo praesentire atque videre,  
 Quam commune malum fieret fedumque futurum :  
 Et magis id possis factum contendere in omni,  
 In variis mundis, varia ratione creatis,  
 Quam certo atque uno terrarum quolibet orbi. 1345  
 Sed facere id non tam vincundi spe voluerunt,  
 Quam dare, quod gement hostes, ipseique perire,  
 Quei numero diffidebant, armisque vacabant.  
 Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen ;  
 Textile post ferrum est ; quia ferro tela paratur : 1350  
 Nec ratione alia possunt tam levia gigni  
 Insilia ac fusei, radiei scapeique sonantes.  
 Et facere ante viros lanam natura coëgit,  
 Quam muliebri genus : nam longe praestat in arte  
 Et sollertius est multo genus omne virile : 1355  
 Agricolae donec vitio vortere severi ;  
 Ut muliebribus id manibus concedere vellent,  
 Atque ipsei pariter durum sufferre laborem ;  
 Atque opere in duro durarent membra manusque.  
 At specimen sationis et insitionis origo 1360  
 Ipsa fuit rerum primun Natura creatrix :  
 Arboribus quoniam baccae glandesque caducae  
 Tempestiva dabant pulloum examina subter ;  
 Unde etiam libitum est serpeis committere rameis,  
 Et nova defodere in terram virgulta per agros. 1365  
 Inde aliam atque aliam ulturam dulcis agelli  
 Tentabant ; fructusque fero mansuescere terra  
 Cernebant indulgendo blanque colundo.  
 Inque dies magis in montes succedere sylvas  
 Cogebant, infraque locum cedere culteis : 1370  
 Prata, lacus, rivos, segetes, etaque laeta  
 Collibus et campis ut habere, atque olearum  
 Caerula distinguens inter pla, currere posset,  
 Per tumulos et convallis calosque profusa :  
 Ut nunc esse vides vario disticta lepore 1375  
 Omnia, quae, pomis intersita leibus, ornant,  
 Arbustisque tenent felicibus ob, circum.

- At liquidas avium voces imitarius ore  
 Ante fuit multo, quam levia carmina cantu  
 1380 Concelebrare homines possent, aureisque iuvare.  
 Et Zephyri cava per calamorum sibila primum  
 Agresteis docuere cavas inflare cicutas,  
 Inde minutatim dulceis didicere querelas,  
 Tibia quas fundit, digitis pulsata canentum,  
 1385 Avia per nemora ac sylvas saltusque reperta,  
 Per loca pastorum deserta, atque otia dia.  
 Sic unumquidquid paullatim protrahit aetas  
 In medium, ratioque in luminis eruit oras.  
 Haec animos olleis mulcebant, atque iuvabant  
 1390 Cum satiatae cibi: nam tum sunt omnia cordi.  
 Saepe itaque inter se, prostrati in gramine molli,  
 Propter aquae rivum, sub ramis arboris altae,  
 Non magnis opibus iocunde corpora habebant;  
 Praesertim, quom tempestas ridebat, et anni  
 1395 Tempora pingebant viridanteis floribus herbas.  
 Tum ioca, tum sermo, tum dulces esse cachinnei  
 Consuerant: agrestis enim tum musa vigebat.  
 Tum caput atque humeros plexis redimire coronis,  
 Floribus et foliis, lascivia laeta monebat,  
 1400 Atque extra numerum procedere, membra moventeis  
 Duriter, et duro terram pede pellere matrem:  
 Unde oriebantur risus dulcesque cachinnei,  
 Omnia quod nova tum magis haec et mira vigebant.  
 Et vigilantibus hinc aderant solatia somno,  
 1405 Ducere multimodis voces, et flectere cantus,  
 Et supera calamos unco percurrere labro:  
 Unde etiam vigiles nunc haec accepta tuentur,  
 Et numeris servare genus didicere; neque hilo  
 Maiore interea capiunt dulcedine fructum,  
 1410 Quam sylvestre genus cepit terrigenarum.  
 Nam, quod adest praedo, nisi quid cognovimus ante  
 Snavius, in primis place, et pollere videtur;  
 Posteriorque fere meliores olla reperta  
 Perdit et immutat sensus ad pristina quaeque.  
 1415 Sic odium cepit glandis sic olla relicta  
 Strata cubilia sunt heis et frondibus aucta.  
 Pellis item cecidit, vas contemta ferina,  
 Quam reor invidia tunc esse repertam,  
 Ut letum insidiis, quae gressit primus, obiret;  
 1420 Et, tandem inter coistractam, sanguine multo,  
 Disperiisse, neque in fructum convertere quisse.  
 Tunc igitur pelle nunc aurum et purpura curis

- Exercent hominum vitam, belloque fatigant:  
 Quo magis in nobis, ut opinor, culpa resedit.  
 Frigus enim nudos sine pellibus excruciat  
 Terrigenas; at nos nil laedit veste carere  
 Purpurea atque auro signisque rigentibus apta;  
 Dum plebeia tamen sit, quae defendere possit.  
 Ergo hominum genus incassum frustra laborat  
 Semper, et in curis consumit inanibus aevom; 1425  
 Nimirum, quia non cognovit, quae sit habendi  
 Finis, et omnino quoad crescat vera voluptas:  
 Idque minutatim vitam provexit in altum,  
 Et belli magnos commovit funditus aestus.  
 At vigiles mundi magnum et vorsatile templum 1435  
 Sol et luna suo lustrantes lumine circum  
 Perdocuere homines, annorum tempora vorti,  
 Et certa ratione geri rem atque ordine certo.  
 Iam validis sacptei degebant turribus aevom,  
 Et divisa colebatur discretaque tellus. 1440  
 Tum mare velivolis florebat propter odores:  
 Auxilia et socios, iam pacto foedere, habebant:  
 Carminibus quom res gestas coepere poetae  
 Tradere; nec multo priu' sunt elementa reperta.  
 Propterea, quid sit prius actum, respicere aetas 1445  
 Nostra nequit, nisi qua ratio vestigia monstrat.  
 Navigia, atque agri culturas, moenia, leges,  
 Arma, vias, vesteis, et cetera de genere horum,  
 Praemia, delicias quoque vitae funditus omneis,  
 Carmina, picturas ac daedala signa politus 1450  
 Usus et impigrae simul experientia mentis  
 Paullatim docuit pedetentim progredientis.  
 Sic unumquidquid paullatim protrahit aetas  
 In medium, ratioque in luminis erigit oras.  
 Namque alid ex alio clarescere corde videmus 1455  
 Artibus, ad summum donec venere cacumen.
-

T. LUCRETII CARI  
DE  
RERUM NATURA  
LIBER SEXTUS.

---

- Primae frugiparos fetus mortalibus aegreis  
 Dididerunt quondam praeclaro nomine Athenae;  
 Et recreaverunt vitam, legesque rogarunt;  
 Et primae dederunt solatia dulcia vitae,  
 5 Quom genuere virum, tali cum corde repertum,  
 Omnia veridico qui quondam ex ore profudit:  
 Quoius et exstincti propter divina reperta  
 Divulgata vetus iam ad coelum gloria fertur.  
 Nam, quom vidit hic, ad victum quae flagitat usus,  
 10 Omnia iam ferme mortalibus esse parata,  
 Et per quae possent vitam consistere tutam;  
 Divitiis homines, et honore et laude potenteis,  
 Affluere, atque bona gnatorum excellere fama;  
 Nec minus esse domi quoiquam tamen anxia cordi,  
 15 Atque animi ingratis vitam vexare querelis;  
 Causam, quae infestis cogit saevire querelis,  
 Intellegit ibi; vitium vas efficere ipsum,  
 Omniaque illius vitio corrumpier intus,  
 Quae collata foris et commoda quomque venirent:  
 20 Partim, quod fluxum pertusumque esse videbat,  
 Ut nulla posset ratione explerier unquam;  
 Partim, quod tetro quasi conspurcare sapore  
 Omnia cernebat, quaequomque receperat intus.  
 Veridicis igitur purgavit pectora dictis,  
 25 Et finem statuit cupidinis atque timoris;  
 Exposnitque, bonum summum, quo tendimus omnes,  
 Quid foret, atque viam monstravit tramite parvo,

Qua possemus ad id recto contendere cursu ; Quidve mali foret in rebus mortalibu' passim, Quod flueret naturali varietate volaret Seu casu, seu vi, quod sic Natura parasset ; Et quibus e portis occurri quoique deceret : Et genus humanum frustra plerumque probavit Volvere curarum tristis in pectore fluctus.	30
Nam veluti puerei trepidant, atque omnia caecis In tenebris metuunt; sic nos in luce timemus Interdum, nihilo quae sunt metuenda magis, quam Quae puerei in tenebris pavitant, finguntque futura. Hunc igitur terrorem animi tenebrasque necesse est Non radiei solis, nec lucida tela diei Discutiant, sed naturae species, ratioque : Quo magis inceptum pergam pertexere dicis.	35
Et quoniam docui, mundi mortalia templa Esse, et nativo consistere corpore coelum ; Et, quaequomque in eo fiunt, fierique necesse est, Pleraque dissolvi; quae restant, percipe, porro : Quandoquidem semel insignem conscendere curram *Vectorem exhortant plaudendo, ut obvia cursu *Quae fuerint, sint placato convorsa favore.	40
Cetera, quae fieri in terris coeloque tuentur Mortales, pavidis quom pendent mentibu' saepe, Efficiunt animos humileis formidine divom. Depressosque premunt ad terram; propterea quod Ignorantia causarum conferre deorum Cogit ad imperium res, et concedere regnum : Quorum operum causas nulla ratione videre Possunt, ac fieri divino numine rentur.	45
Nam, bene quei didicere, deos securum agere aevom, Si tamen interea mirantur, qua ratione Quaeque geri possint, praesertim rebus in ollis, Quae supra caput aetheriis cernuntur in oris, Rursus in antiquas referuntur religiones, Et dominos acreis adsciscunt, omnia posse Quos miserei credunt, ignarei, quid queat esse, Quid nequeat; finita potestas denique quoique Quanam sit ratione, atque alte terminus haerens : Quo magis errantes caeca ratione feruntur.	50
Quae nisi respuis ex animo, longeque remittis, Dis indigna putare alienaque pacis eorum ; Delibata deum per te tibi numina sancta Saepe oberunt; non, quo violari summa deum vis Possit, ut ex ira poenas petere imbibat acreis ;	55
	60
	65
	70

Sed quia tute tibi, placida cum pace quietus,  
 Constitues magnos irarum volvere fluctus;

- 75 Nec delubra deum placido cum pectore adibus,  
 Nec, de corpore quae sancto simulacra feruntur  
 In menteis hominum divinae nuntia formae,  
 Suscipere haec animi tranquilla pace valebis.

Inde videre licet, qualis iam vita sequatur:

- 80 Quam quidem ut a nobis ratio verissima longe  
 Reiciat, quamquam sunt a me multa profecta,  
 Multa tamen restant, et sunt ornanda politis  
 Versibus, et ratio superum coelique tenenda:  
 Sunt tempestates et fulmina clara canenda,  
 85 Quid faciant, et qua de causa quomque ferantur;  
 Ne trepides, coeli divisis partibus amens,  
 Unde volans ignis pervenerit, aut in utram se  
 Vorterit hinc partem; quo pacto per loca saepta  
 Insinuarit, et hinc dominatus ut extulerit se.  
 90 Quorum operam causas nulla ratione videre  
 Possunt, ac fieri divino numine rentur.

Tu mihi, supremae praescripta ad candida callis  
 Currenti, spatium praemonstra, callida Musa,  
 Calliope, requies hominum, divomque voluptas;

- 95 Te duce ut insigni capiam cum laude coronam.

Principio, tonitru quatiantur caerulea coeli,  
 Propterea quia concurrunt, sublime volantes,  
 Aetheriae nubes, contra pugnantibus ventis.  
 Nec fit enim sonitus coeli de parte serena;

- 100 Verum, ubiquomque magis denso sunt agmine nubes,  
 Tam magis hinc magno fremitus fit murmure saepe.

Praeterea, neque tam condense corpore nubes  
 Esse queunt, quam sunt lapides ac tigna; neque autem  
 Tam tenues, quam sunt nebulae fumeique volantes.

- 105 Nam cadere aut bruto deberent pondere pressae,  
 Ut lapides; aut, ut fumus, constare nequirent,  
 Nec cohibere niveis gelidas et grandinis imbreis.

Dant etiam sonitum patuli super aequora mundi,  
 Carbasus ut quondam, magneis intenta theatris,

- 110 Dat crepitum, malos inter iactata trabeisque;  
 Interdum percussa furit petulantibus auris,  
 Et fragileis sonitus chartarum commeditatur;  
 Id quoque enim genus in tonitru cognoscere possis:  
 Aut ubi suspensam vestem chartasve volanteis

- 115 Verberibus ventis vorsant, planguntque per auras.

Fit quoque enim interdum, non tam concurrere nubes  
 Frontibus adversis possint, quam de latere ire,



Divorso motu radentes corpora tractim:

Aridus unde aureis terget sonus ille, diuque  
Ducitur, exierunt donec regionibus arctis.

120

Hoc etiam pacto tonitru concussa videntur  
Omnia saepe gravi tremere, et divolsa repente  
Maxima dissiluisse capacis moenia mundi;

Quom subito validi venti collecta procella

Nubibus intorsit sese, conclusaque ibidem,

125

Turbine vorsante magis ac magis undique nubem,

Cogit, uti fiat spisso cava corpore circum.

Post, ubi commovit vis eius et impetus acer,

Tum perferrecrepo sonitu dat missa fragorem.

Nec mirum; quom plena animae vesicula parva

130

Saepe ita dat pariter sonitum, displosa repente.

Est etiam ratio, quom ventei nubila perflant,

Ut sonitus faciant: etenim ramosa videmus

Nubila saepe modis multis atque aspera ferri.

Scilicet ut, crebram sylvam quom flamina Cauri

135

Perflant, dant sonitum frondes, rameique fragorem.

Fit quoque, ut interdum validi vis incita venti

Perscindat nubem, perfringens impete recto.

Nam, quid possit ibi flatus, manifesta docet res

Hic, ubi lenior est, in terra, quom tamen alta

140

Arbusta evolvens radicibus haurit ab imis.

Sunt etiam fluctus per nubila, quei quasi murmur

Dant in frangundo graviter: quod item fit in altis

Fluminibus magnoque mari, quom frangitur aestu.

Fit quoque, ubi e nube in nubem vis incidit ardens

145

Fulminis: haec, multo si forte humore recepit

Ignem, continuo magno clamore trucidat:

Ut calidis candens ferrum e fornacibus olim

Stridit, ubi in gelidum propter demersimus imbrem.

Aridior porro si nubes accipit ignem,

150

Uritur ingenti sonitu, succensa repente:

Lauricomos ut si per monteis flamma vagetur,

Turbine ventorum comburens impete magno.

Nec res ulla magis, quam Phoebi Delphica laurus

Terribili sonitu, flamma crepitante, crematur.

155

Denique, saepe geli multus fragor atque ruina

Grandinis in magnis sonitum dat nubibus alte.

Ventus enim quom confercit, franguntur, in arctum

Concretei, montes nimborum, et grandine mixtei.

Fulgit item, nubes ignis quom semina multa

160

Excussere sno concursu, ceu lapidem si

Percutiat lapis, aut ferrum: nam tum quoque lumen

Exsilit, et claras scintillas dissipat ignis.

Sed tonitrum fit uti post auribus accipiamus,

165 Fulgere quam cernant oculi, quia semper ad aureis  
Tardius adveniunt, quam visum quae moveant res.

Id licet hinc etiam cognoscere: caedere si quem  
Ancipiti videas ferro procul arboris auctum,

170 Ante fit ut cernas ictum, quam plaga per auras  
Det sonitum: sic fulgorem quoque cernimus ante,  
Quam tonitrum accipimus, pariter qui mittitur igni  
Et simili causa, concursu natus eodem.

Hoc etiam pacto volucris loca lumine tingunt

Nubes, et tremulo tempestas impete fulgit,

175 Ventus ubi invasit nubem, et vorsatus ibidem.  
Fecit, ut ante, cavam, docui, spissescere nubem;  
Mobilitate sua fervescit, ut omnia motu

Percalcfacta vides ardescere: plumbea vero

Glans etiam longo cursu volvunda liquescit.

180 Ergo fervidus hic, nubem quom perscidit atram,  
Dissipat ardoris, quasi per vim expressa, repente  
Semina, quae faciunt nictantia fulgura flammae:  
Inde sonus sequitur, qui tardius allicit aureis,  
Quam quae perveniunt oculorum ad limina nostra.

185 Scilicet hoc densis fit nubibus, et simul alte  
Exstructis aliis alias super impete miro.

Nec tibi sit fraudi, quod nos inferne videmus

Quam sint lata magis, quam sursum exstructa quid exsistent.

Contemplator enim, quom, montibus assimilata,

190 Nubila portabunt ventei transversa per auras;  
Aut ubi per magnos monteis cumulata videbis  
Insuper esse aliis alia, atque arguere superna  
In statione locata, sepultis undique ventis:

Tum poteris magnas moleis cognoscere eorum,

195 Speluncasque velut, saxi pendentibus structas,  
Cernere; quas ventei quom, tempestate coorta,  
Complerunt, magno indignantur murmure clusei  
Nubibus, in caveisque ferarum more minantur:  
Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt;

200 Quaerentesque viam circumvorsantur, et ignis  
Semina convolvunt e nubibus; atque ita cogunt  
Multa, rotantque cavis flammam fornacibus intus,  
Donec divolsa fulserunt nube coruscei.

Hac etiam fit uti de causa mobilis ille

205 Devolet in terram liquidi color aureus ignis;  
Semina quod nubis ipsas permulta necesse est  
Ignis habere: etenim, quom sunt humore sine ullo,

- Flammeus est plerumque colos et splendidus olleis.  
 Quippe etenim solis de lumine multa necesse est  
 Concipere, ut merito rubeant, ignisque profundant. 210  
 Hasce igitur quom ventus agens contrusit in unum  
 Compressitque locum cogens; expressa profundant  
 Semina, quae faciunt flammae fulgere colores.  
 Fulgit item, quom rarescunt quoque nubila coeli.  
 Nam, quom ventus eas leviter diducit eunteis, 215  
 Dissolvitque, cadant ingratis olla necesse est  
 Semina, quae faciunt fulgorem: tum sine tetro  
 Terrore et sonitis fulgit, nulloque tumultu.  
 Quod superest, quali natura praedita constant  
 Fulmina, declarant ictus et inusta vapore 220  
 Signa notaeque, graveis halantes sulphuris auras.  
 Ignis enim sunt haec, non venti signa, neque imbris.  
 Praeterea, saepe accendant quoque tecta domorum,  
 Et celeri flamma dominantur in aedibus ipsis. 225  
 Hunc tibi subtilem cum primis ignibus ignem  
 Constituit natura minutis motibus atque  
 Corporibus, quoi nil omnino obsistere possit.  
 Transit enim validum fulmen per saepta domorum,  
 Clamor uti ac voces, transit per saxa, per aera;  
 Et liquidum puncto facit aes in tempore et aurum. 230  
 Curat item, vasis integris vina repente  
 Diffugiant; quia nimirum facile omnia circum  
 Collaxat rareque facit lateramina vasi  
 Adveniens calor eius; ut, insinuatus in ipsum,  
 Mobiliter solvens differt primordia vini: 235  
 Quod solis vapor aetatem non posse videtur  
 Efficere, usque adeo cellens fervore corusco:  
 Tanto mobilior vis et dominantior haec est.  
 Nunc, ea quo pacto gignantur, et impete tanto  
 Fiant, ut possint ictu discludere turreis, 240  
 Disturbare domos, avellere tigna trabeisque,  
 Et monimenta virum demoliri atque ciere,  
 Exanimare homines, pecudes prosternere passim,  
 Cetera de genere hoc qua vi facere omnia possint,  
 Expediam, neque te in promissis plura morabor. 245  
 Fulmina gignier e crassis alteque, putandum est,  
 Nubibus exstructis: nam coelo nulla sereno,  
 Nec leviter densis mittuntur nubibus unquam.  
 Nam dubio procul hoc fieri manifesta docet res,  
 Quod tunc per totum concrescunt aera nubes 250  
 Undique, uti tenebras omneis Acherunta reamur  
 Liquisse, et magnas coeli complexse cavernas:

- Usque adeo, tetra nimborum nocte coorta,  
 Impendent atrae Formidinis ora superne,  
 255 Quom commoliri tempestas fulmina coepat.  
 Praeterea, persaepe niger quoque per mare nimbus,  
 Ut picis e coelo demissum flumen, in undas  
 Sic cadit, et fertur tenebris procul, et trahit atram  
 Fulminibus gravidam tempestatem atque procellis,  
 260 Ignibus ac ventis cumprimis ipse repletus,  
 In terra quoque ut horrescant, ac tecta requirant.  
 Sic igitur supera nostrum caput esse putandum est  
 Tempestatem altam: neque enim caligine tanta  
 Obruerent terras, nisi inaedificata superne  
 265 Multa forent multis exemto nubila sole;  
 Nec tanto possent venientes opprimere imbres,  
 Flumina abundare ut facerent camposque natare,  
 Si non exstructis foret alte nubibus aether.  
 Hic igitur ventis atque ignibus omnia plena  
 270 Sunt: ideo passim fremitus et fulgura fiunt.  
 Quippe etenim supra docui, permulta vaporis  
 Semina habere cavas nubeis; et multa necesse est  
 Concipere ex solis radiis ardoreque eorum.  
 Hic, ubi ventus, eas idem qui cogit in unum  
 275 Forte locum quemvis, expressit multa vaporis  
 Semina, seque simul cum eo commiscuit igni;  
 Insinuatus ibi vortex vorsatur in alto,  
 Et calidis acuit fulmen fornacibus intus.  
 Nam duplici ratione accenditur; ipse sua cum  
 280 Mobilitate calescit, et e contagibus ignis.  
 Inde ubi percaluit vis venti, vel gravis ignis  
 Impetus incessit; maturum tum quasi fulmen  
 Percindit subito nubem, ferturque, coruscis  
 Omnia luminibus lustrans loca, percitus ardor;  
 285 Quem gravis insequitur sonitus, displosa repente  
 Opprimere ut coeli videantur templa superne.  
 Inde tremor terras graviter pertentat, et altum  
 Murmura percurrunt coelum; nam tota fere tum  
 Tempestas concussa tremit, fremitusque moventur:  
 290 Quo de concussu sequitur gravis imber et uber,  
 Omnis uti videatur in imbrem vortier aether,  
 Atque ita praecipitans ad diluviem revocare:  
 Tantus discidio nubis ventique procella  
 Mittitur ardenti sonitus quom provolat ictu.  
 295 Est etiam, quom vis extrinsecus incita venti  
 Incidit in validam maturo a culmine nubem;  
 Quam quom percudit, extemplo cadit igneus ille

- Vortex, quem patrio vocitamus nomine fulmen.  
 Hoc fit idem in parteis alias, quoquomque tulit vis.  
 Fit quoque, ut interdum venti vis, missa sine igni, 300  
 Igniscat tamen in spatio longoque meatu,  
 Dum venit, amittens in cursu corpora quaedam  
 Grandia, quae nequeunt pariter penetrare per auras:  
 Atque alia ex ipso corradens aëre portat  
 Parvula, quae faciunt ignem, commixta, volando: 305  
 Non alia longe ratione, ac plumbea saepe  
 Fervida fit glans in cursu, quom, multa rigoris  
 Corpora dimittens, ignem concepit in auris.  
 Fit quoque, ut ipsius plagae vis excitet ignem,  
 Frigida quom venti pepulit vis, missa sine igni: 310  
 Nimirum quia, quom vehementi perculit ictu,  
 Confluere ex ipso possunt elementa vaporis,  
 Et simul ex olla, quae tum res excipit ictum:  
 Ut, lapidem ferro quom caedimus, evolat ignis;  
 Nec, quod frigida vis ferri est, hoc secius olla 315  
 Semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum.  
 Sic igitur quoque res accendi fulmine debet,  
 Opportuna fuit si forte et idonea flammeis.  
 Nec temere omnino plane vis frigida venti  
 Esse potest, ex quo tanta vi missa superne est; 320  
 Quin prius in cursu si non accenditur igni,  
 At tepefacta tamen veniat, commixta calore.  
 Mobilitas autem fit fulminis et gravis ictus,  
 Ac celeri ferme pergunt tibi fulmina lapsu,  
 Nubibus ipsa quod omnino prius incita se vis 325  
 Colligit, et magnum conamen sumit eundi.  
 Inde, ubi non potuit nubes capere impetis auctum,  
 Exprimitur vis; atque ideo volat impete miro,  
 Ut validis quae de tormentis missa feruntur.  
 Adde, quod e parvis et levibus est clementis; 330  
 Nec facile est tali naturae obsistere quidquam:  
 Inter enim fugit ac penetrat per rara viarum.  
 Non igitur multis offensibus in remorando  
 Haesitat: hanc ob rem celeri volat impete labens.  
 Deinde, quod omnino natura pondera deorsum 335  
 Omnia nituntur; quom plaga sit addita vero,  
 Mobilitas duplicatur, et impetus ille gravescit;  
 Ut vehementius et citius, quaequomque morantur  
 Obvia, discutiat plagis, itinerque sequatur.  
 Denique, quod longo venit impete, sumere debet 340  
 Mobilitatem, etiam atque etiam quae crescit eundo,  
 Et validas auget vireis, et roborat ictum.

- Nam facit, ut, quae sint illius semina quomque,  
E regione locum quasi in unum cuncta ferantur,
- 345 Omnia coniciens in eum volventia cursum.  
Eorsitan ex ipso veniens trahat aëre quaedam  
Corpora, quae plageis incendunt mobilitatem.  
Incolumeisque venit per res, atque integra transit  
Multa, foraminibus liquidus quia traviat ignis.
- 350 Multaque perfregit, quom corpora fulminis ipsa  
Corporibus rerum inciderint, qua texta tenentur.  
Dissolvit porro facile aes, aurumque repente  
Confervefacit; e parvis quia facta minute  
Corporibus vis est et levibus ex elementis,
- 355 Quae facile insinuantur, et insinuata repente  
Dissolvunt nodos omneis, et vincla relaxant.  
Auctumnoque magis, stellis fulgentibus apta,  
Concutitur coeli domus undique totaque tellus;  
Et, quom tempora se veris florentia pandunt.
- 360 Frigore enim desunt ignes, ventique calore  
Deficiunt, neque sunt tam denso corpore nubes.  
Inter utrasque igitur quom coeli tempora constant,  
Tum variae causae concurrunt fulminis omnes.  
Nam fretus ipse anni permiscet frigus et aestum;
- 365 Quorum utrumque opus est fabricanda ad fulmina nobis,  
Ut discordia sit rerum, magnoque tumultu  
Ignibus et ventis furibundus fluctuet aër.  
Prima caloris enim pars, et postrema rigoris,  
Tempus id est vernum: quare pugnare necesse est
- 370 Dissimileis inter sese, turbareque mixtas.  
Et calor extremus primo cum frigore mixtus  
Volvitur, auctumni quod fertur nomine tempus.  
Hic quoque confligunt hiemes aestatibus acres.  
Propterea sunt haec bella anni nominanda;
- 375 Nec mirum est, in eo si tempore plurima fiunt  
Fulmina, tempestasque cietur turbida coelo,  
Ancipiti quoniam bello turbatur utrinque,  
Hinc flammis, illinc ventis, humoreque mixto.  
Hoc est igniferi naturam fulminis ipsam
- 380 Perspicere, et qua vi faciat rem quamque, videre:  
Non, Tyrrhena retro volventem carmina frustra  
Indicia occultae divom perquirere menti,  
Unde volans ignis pervenerit, aut in utram se  
Vorterit hic partem; quo pacto per loca saepta
- 385 Insinuarit, et hinc dominatus ut extulerit se;  
Quidve nocere queat de coelo fulminis ictus.  
Quod si Iupiter atque aliei fulgentia divei

- Terrifico quatiunt sonitu coelestia templa,  
 Et iaciunt ignem, quo quoique est quomque voluntas;  
 Quur, quibus incautum scelus avorsabile quomque est, 390  
 Non faciunt, icti flammis ut fulguris halent  
 Pectore perfixo, documē mortalibus acre?  
 Et potius, nulla sibi turpi conscius in re,  
 Volvitur in flammis innoxius, inque peditur,  
 Turbine coelesti subito correptus et igni? 395
- Quur etiam loca sola petunt, frustra que laborant?  
 An tum brachia consuescunt, firmant que lacertos?  
 In terraque Patris quur telum perpetiuntur  
 Obtundi? quur ipse sinit, neque parcat in hosteis?  
 Denique, quur nunquam coelo iacit undique puro 400  
 Iupiter in terras fulmen, sonitusque profundit?  
 An, simul ac nubes successere, ipsus in aestum  
 Descendit, prope ut hinc teli determinet ictus?  
 In mare qua porro mittit ratione? quid undas  
 Arguit et liquidam molem camposque natanteis? 405
- Praeterea, si volt caveamus fulminis ictum,  
 Quur dubitat facere, ut possimus cernere missum?  
 Si nec opinanteis autem volt opprimere igni,  
 Quur tonat ex olla parte, ut vitare queamus?  
 Quur tenebras ante et fremitus et murmura concit? 410
- Et simul in multas parteis qui credere possis  
 Mittere? an hoc ausis nunquam contendere factum,  
 Ut fierent ictus uno sub tempore plures?  
 At saepe est numero factum, fierique necesse est,  
 Ut pluere in multis regionibus et cadere imbreis, 415  
 Fulmina sic uno fieri sub tempore multa.
- Postremo, quur sancta deum delubra suasque  
 Discutit infesto praeclaras fulmine sedes,  
 Et bene facta deum frangit simulacra, sueisque  
 Demit imaginibus violento vulnere honorem? 420
- Altaque quur plerumque petit loca? plurima quo plus  
 Montibus in summis vestigia cernimus ignis?  
 Quod superest, facile est ex his cognoscere rebus,  
 Πηστῆρας Graiei quos ab re nominatarunt, 425  
 In mare qua missei veniant ratione superne.
- Nam fit, ut interdum, tanquam demissa columna,  
 In mare de coelo descendant; quam freta circum  
 Fervescunt, graviter spirantibus incita flabris:  
 Et, quaequomque in eo tum sunt deprensa tumultu,  
 Navigia in summum veniunt vexata periculum. 430  
 Hoc fit, ubi interdum non quit vis incita venti  
 Rumpere, quam cepit, nubem; sed deprimit, ut sit

- In mare de coelo tanquam demissa columna  
 Paullatim; quasi quid pugno brachiique superne  
 435 Coniectu tradatur, et extendatur in undas:  
 Quam quum discidit, hinc prorumpitur in mare venti  
 Vis, et fervorem mirum concinnat in undis.  
 Vorsabundus enim turbo descendit, et ollam  
 Deducit pariter lento cum corpore nubem;
- 440 Quam simul ac gravidam detrudit ad aequora ponti,  
 Ille in aquam subito totum se immittit, et omne  
 Excitat ingenti sonitu mare, fervere cogens.  
 Fit quoque, ut involvat venti se nubibus ipse  
 Vortex, corradens ex aëre semina nubis,
- 445 Et quasi demissum coelo pretera imitetur.  
 Hic ubi se in terras demisit dissoluitque,  
 Turbinis immanem vim provomit atque procellat.  
 Sed, quia fit raro omnino, monteisque necesse est  
 Officere in terris, apparet crebrius idem
- 450 Prospectu maris in magno coeloque patenti.  
 Nubila concresecunt, ubi corpora multa volando  
 Hoc super in coeli spatio coiere repente  
 Asperiora, modis quae possint indupedita  
 Exiguus, tamen inter se compressa teneri.
- 455 Haec faciunt primum parvas consistere nubeis;  
 Inde ea comprehendunt inter se, conque gregantur,  
 Et coniungundo crescunt, ventisque feruntur  
 Usque adeo, donec tempestas saeva coorta est.  
 Fit quoque, uti montis vicina cacumina coelo
- 460 Quam sint quoique magis, tanto magis edita fument  
 Assidue fulvae nubis caligine crassa;  
 Propterea quia, quom consistunt nubila primum,  
 Ante videre oculi quam possint tenvia, venti  
 Portantes cogunt ad summa cacumina montis.
- 465 Hic demum fit, uti, turba maiore coorta,  
 Et condensa atque arcta apparere, et simul ipso  
 Vortice de montis videatur surgere in aethram.  
 Nam loca declarat sursum ventosa patere  
 Res ipsa et sensum, monteis quom ascendimus altos.
- 470 Praeterea, permulta mari quoque tollere toto  
 Corpora naturam, declarant litore vestes  
 Suspensae, quom concipiunt humoris adhaesum.  
 Quod magis ad nubeis augendas multa videntur  
 Posse quoque e salso consurgere momine ponti:
- 475 Nam ratio consanguinea est humoribus omnis.  
 Praeterea, fluviis ex omnibus et simul ipsa  
 Surgere de terra nebulas aestumque videmus;



Quae, velut halitus, hinc ita sursum expressa feruntur,  
Suffunduntque sua coelum caligine, et altas  
Sufficiunt nubeis paullatim conveniundo. 480

Urguet enim quoque signiferi super aetheris aestus,  
Et, quasi densendo, subtexit caerulea nimbis.

Fit quoque, ut hunc veniant in coetum extrinsecus illi  
Corpora, quae faciunt nubeis nimbosque volanteis.  
Innumerabilem enim numerum, summamque profundi 485  
Esse infinitam docui; quantaque volarent

Corpora mobilitate, ostendi, quamque repente  
Immemorable per spatium transire solerent.  
Haud igitur mirum est, si parvo tempore saepe  
Tam magnos monteis tempestas atque tenebrae 490

Cooperiant, maria ac terras, impensa superne;  
Undique quandoquidem per caulas aetheris omneis,  
Et quasi per magni circum spiracula mundi,  
Exitus introitusque elementeis redditus exstat.

Nunc age; quo pacto pluvius concreseat in altis 495

Nubibus humor, et in terras demissus ut imber  
Decidat, expediam. Primum, iam semina aquae  
Multa simul vincam consurgere nubibus ipsis  
Omnibus ex rebus, pariterque ita crescere utrumque,  
Et nubis, et aquam, quaequomque in nubibus exstat, 500  
Ut pariter nobis corpus cum sanguine crescit,  
Sudor item atque humor, quiquomque est denique membris.

Concipiunt etiam multum quoque saepe marinum  
Humorem, veluti pendentia vellera lanae,  
Quom supera magnum mare venti nubila portant. 505

Consimili ratione ex omnibus annibus humor  
Tollitur in nubis: quo quom bene semina aquarum  
Multa modis multis convenere, undique adaucta;  
Confertae nubes tum se dimittere certant  
Dupliciter: nam vis venti contrudit, et ipsa 510  
Copia nimborum, turba maiore coacta,  
Urguens ex supero premit, ac facit effluere imbreis.

Praeterea, quom rarescunt quoque nubila ventis,  
Aut dissolvuntur solis super icta calore,  
Mittunt humorem pluvium; stillante, quasi igni 515  
Cera super calido, tabescens multa, liquescat.

Sed vehemens imber fit, ubi vehementer utraque  
Nubila vi cumulata premuntur et impete venti.

At retinere diu pluviae longumque morari  
Consuerunt, ubi multa fluenta semina aquarum, 520  
Atque aliis aliae nubes nimbeique rigantes  
Insuper, atque omni volgo de parte, feruntur;

Terraque quom fumans humorem tota redhalat.

Hic, ubi sol radiis, tempestatem inter opacam,

- 525 Advorsa fulsit nimborum aspergine contra;  
Tum color in nigris existit nubibus arqui.

Cetera, quae sursum crescunt, sursumque creantur,

Et, quae concresecunt in nubibus omnia, prorsum

Omnia, nix, ventei, grando, gelidaeque pruinae,

- 530 Et vis magna geli, magnum duramen aquarum,  
Et mora, quae fluvios passim refrenat aventeis.

Perfacile est tamen haec reperire animoque videre,

Omnia quo pacto fiant, qua reve creentur,

Quom bene cognoris, elementeis reddita quae sint.

- 535 Nunc age, quae ratio terrai motibus exstet,

Percipe: et in primis terram face ut esse rearis

Subter item, ut supera, ventosis undique plenam

Speluncis; multosque lacus multasque lacunas

In gremio gerere et rupcis diruptaque saxa;

- 540 Multaque sub tergo terrai flumina tecta

Volvere vi fluctus submersaque saxa putandum est:

Undique enim similem esse sui, res postulat ipsa.

His igitur rebus subiunctis suppositisque,

Terra superne tremit, magnis concussa ruinis

- 545 Subter, ubi ingenteis speluncas subruit actas:

Quippe cadunt totei montes, magnoque repente

Concussu late disserpunt inde tremores:

Et merito; quoniam, plaustris concussa, tremescunt

Tecta viam propter non magno pondere tota;

- 550 Nec minus exsultant aedes, ubiquomque equitum vis

Ferratos utrinque rotarum succutit orbeis.

Fit quoque, ubi magnas in aquae vastasque lacunas

Gleba vetustate e terra provolvitur ingens,

Ut iactetur aquae fluctu quoque terra vacillans;

- 555 Ut vas in terra non quit constare, nisi humor

Destitit in dubio fluctu iactarier intus.

Praeterea, ventus quom, per loca subcava terrae

Collectus, parte ex una procumbit, et urguet

Obnixus magnis speluncas viribus altas;

- 560 Incumbit tellus, quo venti prona premit vis:

Tum, supra terram quae sunt exstructa domorum,

Ad coelumque magis quanto sunt edita quaeque,

In clinata minent in eandem, prodita, partem:

Protractaeque trabes impendent, ire paratae:

- 565 Et metuunt magni naturam credere mundi

Exitiale aliquod tempus clademque manere,

Quom videant tantam terrarum incumbere molem?

Quod, nisi respirent ventei, vis nulla refrenet  
 Res, neque ab exitio possit reprehendere eunteis;  
 Nunc, quia respirant alternis, inque gravescunt, 570  
 Et, quasi collectei, redeunt, ceduntque repulsei;  
 Saepius hanc ob rem minitatur terra ruinas,  
 Quam facit: inclinatur enim, retroque recellit,  
 Et recipit prolapsa suas in pondere sedeis.  
 Hac igitur ratione vacillant omnia tecta, 575  
 Summa magis mediis, media imis, ima perhilum.

Est haec eiusdem quoque magni causa tremoris;  
 Ventus ubi atque animae subito vis maxuma quaedam,  
 Aut extrinsecus, aut ipsa tellure coorta,  
 In loca se cava terrai coniecit, ibique 580  
 Speluncas inter magnas fremit ante tumultu,  
 Vorsabundaque portatur; post, incita quom vis  
 Exagitata foras erumpitur, et simul, altam  
 Diffindens terram, magnum concinnat hiatum:  
 In Syria Sidone quod accidit, et fuit Aegi 585  
 In Peloponneso; quas exitus hic animai  
 Disturbat urbeis, et terrae motus obortus.

Multaque praeterea ceciderunt moenia magnis  
 Motibus in terris; et multae per mare pessum  
 Subsedere suis pariter cum civibus urbes. 590

Quod nisi prorumpit, tamen impetus ipse animai  
 Et fera vis venti per crebra foramina terrae  
 Dispertitur, ut horror; et incutit inde tremorem:  
 Frigus uti, nostros penitus quom venit in artus,  
 Concutit, invitos cogens tremere atque movere. 595  
 Ancipiti trepidant igitur terrore per urbeis;  
 Tecta superne timent, metuunt inferne cavernas  
 Terrai ne dissolvat Natura repente;

Neu distracta suum late dispanadat hiatum,  
 Idque suis confusa velit complere ruinis. 600

Proinde, licet quamvis coelum terramque reantur  
 Incorrupta fore, aeternae mandata Saluti;  
 Et tamen interdum praesens vis ipsa pericli  
 Subditat hunc stimulum quadam de parte timoris,  
 Ne pedibus raptim tellus subtracta feratur 605  
 In barathrum, rerumque sequatur prodita summa  
 Funditus, et fiat mundi confusa ruina.

[Nunc ratio reddunda, augmen quur nesciat aequor.]  
 Principio, mare mirantur non reddere maius  
 Naturam, quo sit tantus decursus aquarum; 610  
 Omnia quo veniant ex omni flumina parte.  
 Adde vagos imbreis tempestatesque volanteis

- Omnia quae maria ac terras sparguntque rigantque ;  
 Adde suos fonteis : tamen ad maris omnia summam
- 615 Guttai vix instar erunt unius ad augmen :  
 Quo minus est mirum, mare non augescere magnum.  
 Praeterea, magnam sol partem detrahit aestu.  
 Quippe videmus enim vesteis, humore madenteis,  
 Exsiccare suis radiis ardentibu' solem.
- 620 At pelage multa, et late substrata videmus.  
 Proinde, licet quamvis ex unoquoque loco sol  
 Humoris parvam delibet ab aequore partem ;  
 Largiter in tanto spatio tamen auferet undis.  
 Tum porro, ventei quoque magnam tollere partem
- 625 Humoris possunt, verrentes aequora ventei :  
 Una nocte vias quoniam persaepe videmus  
 Siccari, mollisque luti concreescere crustas.  
 Praeterea, docui multum quoque tollere nubeis  
 Humorem, magno conceptum ex aequore ponti ;
- 630 Et passim toto terrarum spargere in orbe,  
 Quom pluit in terris, et ventei nubila portant.  
 Postremo, quoniam raro cum corpore tellus  
 Est, et coniuncta-est, oras maris undique cingens ;  
 Debet, ut in mare de terris venit humor aquai,
- 635 In terras ifidem manare ex aequore salso :  
 Percolatur enim virus, retroque remanat  
 Materies humoris, et ad caput amnibus omnis  
 Confluit ; inde super terras redit agmine dulci,  
 Qua via secta semel liquido pede detulit undas.
- 640 Nunc ratio quae sit, per fauceis montis ut Aetnae  
 Exspirent ignes interdum turbine tanto,  
 Expediam : neque enim dia de clade coorta  
 Flammae tempestas, Siculum dominata per agros,  
 Finitumeis ad se convortit gentibus ora,
- 645 Fumida quom coeli scintillare omnia templa  
 Cernentes, pavida complebant pectora cura,  
 Quid moliretur rerum Natura novarum.  
 Hisce tibi in rebus late est alteque videndum,  
 Et longe cunctas in parteis despiciundum,
- 650 Ut reminiscaris, summam rerum esse profundam,  
 Et videas, coelum summaï totius unum  
 Quam sit parvola pars, et quam multesima constet ;  
 Nec tota pars, homo terrai quota totius unus.  
 Quod bene propositum si plane contueare,
- 655 Ac videas plane, mirari multa relinquas.  
 Num quis enim nostrum miratur, si quis in artus  
 Accepit calido febrim fervore coortam,

Aut alium quemvis morbi per membra dolorem?

Obturgescit enim subito pes, arripit acer

Saepe dolor denteis, oculos invadit in ipsos;

660

Exsistit sacer ignis, et urit, corpore serpens,

Quamquamque arripuit partem, repitque per artus:

Nimirum, quia sunt multarum semina rerum;

Et satis haec tellus morbi coelumque mali fert,

Unde queat vis immensi procreescere morbi.

665

Sic igitur toti coelo terraeque putandum est

Ex infinito satis omnia suppeditare,

Unde repente queat tellus concussa moveri,

Perque mare ac terras rapidus percurrere turbo,

Ignis abundare Aetnaeus, flammescere coelum;

670

Id quoque enim fit, et ardescunt coelestia templa.

Et tempestates pluviae graviore coortu

Sunt, ubi forte ita se tetulerunt semina aquarum.

At nimis est ingens incendi turbidus ardor!

Scilicet et fluvius, qui visus, maxumus ei est,

675

Qui non ante aliquem maiorem vidit; et ingens

Arbor homoque videtur; et omnia de genere omni,

Maxuma quae vidit quisque, haec ingentia fingit:

Quom tamen omnia cum coelo terraeque marique

Nil sint ad summam summae totius omnem.

680

Nunc tamen, olla modis quibus, irritata repente,

Flamma foras vastis Aetnae fornacibus efflet,

Expeditam. Primum, totius subcava montis

Est natura, fere silicum suffulta cavernis.

Omnibus est porro in speluncis ventus et aër.

685

Ventus enim fit, ubi est agitando percitus aër.

Hic ubi percaluit, calefecitque omnia circum

Saxa furens, qua contingit, terramque; et ab ollis

Excussit calidum flammis velocibus ignem;

Tollit se, ac rectis ita faucibus eiicit alte,

690

Vortitque ardorem longe, longeque favillam

Differt, et crassa volvit caligine fumum;

Extruditque simul mirando pondere saxa:

Ne dubites, quin haec animae turbida sit vis.

Praeterea, magna ex parte mare montis ad eius

695

Radices frangit fluctus, aestumque resolvit.

Ex hoc usque mare speluncae montis ad altas

Perveniunt subter fauceis: hac ire, fatendum est,

Et penetrare mari, penitus res cogit, aperto,

Atque efflare foras; ideoque extollere flammam,

700

Saxaque subiectare, et arenae tollere nimbos.

In summo sunt vortice enim crateres, ut ipsei

Nominitant; nos quod fauceis perhibemus et ora.

- Sunt aliquot quoque res, quarum unam dicere causam  
**705** Non satis est, verum plureis; unde una tamen sit.  
 Corpus ut exanimum si quod procul ipse iacere  
 Conspicias hominis, fit, ut omneis dicere causas  
 Conveniat leti, dicatur ut illius una.  
 Nam neque eum ferro, nec frigore vincere possis  
**710** Interiisse, neque a morbo, neque forte veneno;  
 Verum aliquid genere esse ex hoc, quod contigit ei,  
 Scimus: item in multis hoc rebus dicere habemus.  
 Nilus in aestatem crescit, campisque redundat,  
 Unicus in terris, Aegypti totius amnis.  
**715** Is rigat Aegyptum medium per saepe calorem;  
 Aut, quia sunt aestate Aquilones ostia contra  
 Anni tempore eo, qui Etesiae esse feruntur;  
 Et, contra fluvium flantes, remorantur; et, undas  
 Cogentes sursus, replent, coguntque manere.  
**720** Nam dubio procul haec advorso flabra feruntur  
 Flumine, quae gelidis ab stellis axis aguntur:  
 Ille ex aestifera parte venit amnis, ab Austro  
 Inter nigra virum, percocto secla calore,  
 Exorians penitus media ab regione diei.  
**725** Est quoque, uti possit magnus congestus arenae  
 Fluctibus advorsis oppilare ostia contra,  
 Quom mare, permotum ventis, ruit intus arenam.  
 Quo fit uti pacto liber minus exitus amnis,  
 Et proclivus item fiat minus impetus undeis.  
**730** Fit quoque, uti pluviae forsitan magis ad caput eius  
 Tempore eo fiant, quo Etesia flabra Aquilonum  
 Nubila coniciunt in eas tunc omnia parteis.  
 Scilicet ad mediam regionem eiecta diei  
 Quom convenerunt, ibi ad altos denique monteis  
**735** Contrusae nubes coguntur, vique premuntur.  
 Forsitan Aethiopum penitus de montibus altis  
 Crescat, ubi in campos albas descendere ningueis  
 Tabificis subigit radiis sol, omnia lustrans.  
 Nunc age, Averno tibi quae sint loca quomque lacusque,  
**740** Expediam, quali natura praedita constant.  
 Principio, quod Averno vocantur nomine, id ab re  
 Impositum est, quia sunt avibus contraria-cuncteis,  
 Et regione ea quod loca quom venere volantes,  
 Remigiom oblitae, pennarum vela remittunt,  
**745** Praecipitesque cadunt, molli cervice profusae,  
 In terram, si forte ita fert natura locorum,  
 Aut in aquam, si forte lacus substratus Avernii.

Hic locus est Cumas apud; aeri sulfure montes  
Oppletei calidis ubi fumant fontibus auctei.

Est et Athenacis in moenibus, arcis in ipso  
Vortice, Palladis ad templum Tritonidis almae,  
Quo nunquam pennas appellunt corpora raucae  
Cornices; non, quom fumant altaria donis.

Usque adeo fugitant, non iras Palladis acreis,  
Pervigili causa, Graium ut cecinere poëtae;  
Sed natura loci opus efficit ipsa suapte.

In Syria quoque fertur item locus esse, videri,  
Quadrupedes quoque quo, simul ac vestigia primum  
Intulerint, graviter vis cogat concidere ipsa,  
Manibus ut si sint divis inactata repente.

Omnia quae naturali ratione geruntur;  
Et, quibus e fiant causis, apparet origo:  
Ianua ne posita his Orci regionibus esse  
Credatur; post hinc animas Acheruntis in oras  
Ducere forte deos Maneis inferne reamur:  
Naribus alipides ut cervi saepe putantur  
Ducere de latebris serpentina secla ferarum.

Quod procul a vera quam sit ratione repulsum,  
Percipe; nam nunc re de ipsa tibi dicere conor.

Principio hoc dico, quod dixi saepe quoque ante,

In terra quousque modi rerum esse figuras;  
Multa, cibo quae sunt vitalia, multaque, morbos  
Incutere et mortem quae possint accelerare:  
Et magis esse aliis alias animantibus aptas  
Res ad vitae rationem, ostendimus ante,  
Propter dissimilem naturam dissimileisque  
Texturas inter sese primasque figuras:

Multa meant inimica per aureis, multa per ipsas  
Insinuant nareis infesta atque aspera tactu:  
Nec sunt multa parum tactu vitanda, neque autem  
Aspectu fugiunda, saporeque tristia quae sint.

Deinde videre licet, quam multae sint homini res,  
Acriter infesto sensu, spurcaeque, gravesque.  
Arboribus primum certeis gravis umbra tributa,  
Usque adeo, capitis faciant ut saepe dolores,  
Si quis eas subter iacuit prostratus in herbis.

Est etiam magnis Heliconis montibus arbos,  
Floris odore hominem tetro consueta necare.  
Scilicet haec ideo terris ex omnia surgunt,  
Multa modis multis multarum semina rerum  
Quod permixta gerit tellus, discretaque tradit.

Nocturnumque recens exstinctum lumen, ubi acri

- Nidore offendit narceis, consopit ibidem  
 Concidere; ut pronos qui morbus mittere suevit.
- 795 Castoreoque gravi mulier sopita recumbit,  
 Et manibus nitidum teneris opus effluit ei,  
 Tempore eo si odorata est, quo menstrua solvit.  
 Multaque praeterea languentia membra per artus  
 Solvunt, atque animam labefactant sedibus intus.
- 800 Denique, si calidis etiam conctere lavabris  
 Plenior, et fluoris solio ferventis aquae,  
 Quam facile in medio fit uti des saepe ruinas?  
 Carbonumque gravis vis atque odor insinuatur  
 Quam facile in cerebrum, nisi aquam praecepimus ante?
- 805 At, quom membra domus percepit fervida, nerveis  
 Tum fit odor vini plagae mactabilis instar.  
 Nonne vides etiam, terra quoque sulfur in ipsa  
 Gignit, et tetro concreta, odore bitumen?  
 Denique, ubi argenti venas aurique sequuntur,
- 810 Terrae penitus scrutantes abdita ferro;  
 Qualeis expiret scaptensula subter odores?  
 Quidve mali fit, ut exhalent aurata metalla?  
 Quas hominum reddunt facies, qualeisque colores?  
 Nonne vides, audisve, perire in tempore parvo
- 815 Quam soleant; et quam vitae copia desit,  
 Quos opere in tali cohibet vis magna, necesse est?  
 Hos igitur tellus omneis exaestuatur aestus,  
 Exspiratque foras in aperta promtaque coeli.  
 Sic et Averna loca alitibus summittere debent
- 820 Mortiferam vim, de terra quae surgit in auras,  
 Ut spatium coeli quadam de parte venenet:  
 Quo simul ac primum pennae delata sit ales,  
 Impediatur ibi, caeco correpta veneno,  
 Ut cadat e regione loci, qua dirigit aestus:
- 825 Quo quom corrui haec eadem vis illius aestus,  
 Reliquias vitae membris ex omnibus aufert.  
 Quippe etenim primo quasi quendam conciet aestum;  
 Posterius fit, uti, quom iam cecidere veneni  
 In fonteis ipsos, ibi sit quoque vita vomunda,
- 830 Propterea quod magna mali sit copia circum.  
 Fit quoque, ut interdum vis haec atque aestus Averni  
 Aëra, qui inter aves quomque est terramque locatus,  
 Discussat, prope uti locus hinc linquatur inanis:  
 Quoius ubi e regione loci venere volantes,
- 835 Claudicat extemplo pennarum nisus inanis,  
 Et conamen utrinque alarum proditur omne.  
 Hic, ubi nictari nequeunt, insistereque alis,



Scilicet in terram delabi pondere cogit  
 Natura; et vacuum prope iam per inane iacentes,  
 Dispergunt animas per caulas corporis omneis. 840

Frigidior porro in puteis aestate fit humor,  
 Raescit quia terra calore, et semina si qua  
 Forte vaporis habet, propere dimittit in auras.  
 Quo magis est igitur tellus effeta calore,  
 Fit quoque frigidior, qui in terra est abditus, humor. 845  
 Frigore quom premitur porro omnis terra, coitque,  
 Et quasi concrescit; fit scilicet in coëundo,  
 Exprimat in puteos, si quem gerit ipsa, calorem.

Est apud Hammonis fanum fons luce diurna  
 Frigidus, et calidus nocturno tempore fertur, 850  
 Hunc homines fontem nimis admirantur, et acri  
 Sole putant subter terras fervere partim,  
 Nox ubi terribili terram caligine texit:

Quod nimis a vera est longe ratione remotum.  
 Quippe ubi sol, nudum contractans corpus aquai, 855  
 Non quierit calidum supera de reddere parte,  
 Quom superum lumen tanto fervore fruatur;  
 Qui queat hic subter tam crasso corpore terram  
 Percoquere humorem, et calido sociare vapore?  
 Praesertim, quom vix possit per saepta domorum 860  
 Insinuare suum radiis ardentibus aestum?

Quae ratio est igitur? Nimirum, terra magis quod  
 Rara tenet circum fontem, quam cetera tellus,  
 Multaque sunt ignis prope semina corpus aquai.  
 Hoc, ubi roriferis terram nox obruit umbris, 865  
 Extemplo subtus frigescit terra, coitque.

Hac ratione fit, ut, tanquam compressa manu sit,  
 Exprimat in fontem, quae semina quomque habet ignis;  
 Quae calidum faciunt laticis tactum atque vaporem.  
 Inde, ubi sol radiis terram dimovit obortis, 870  
 Et rarefecit, calido miscente vapore;

Rursus in antiquas redeunt primordia sedeis  
 Ignis, et in terram cedit calor omnis aquai:  
 Frigidus hanc ob rem fit fons in luce diurna.

Praeterea, solis radiis iactatur aquai 875  
 Humor, et in lucem tremulo rarescit ab aestu:  
 Propterea fit, uti, quae semina quomque habet ignis,  
 Dimittat; quasi saepe gelum, quod continet in se,  
 Mittit, et exsolvit glaciem, nodosque relaxat.

Frigidus est etiam fons, supra quem sita saepe 880  
 Stuppa iacit flammam, concepto protinus igni;  
 Tedaque consimili ratione, accensa per undas,

- Collucet, quoquomque natans impellitur auris :  
 Nimirum, quia sunt in aqua permulta vaporis
- 885 Semina; de terraque necesse est funditus ipsa  
 Ignis corpora per totum consurgere fontem,  
 Et simul exspirare foras exireque in auras:  
 Non tam viva tamen, calidus queat ut fieri fons.  
 Praeterea, dispersa foras, erumpere cogit
- 890 Vis per aquam subito, sursumque ea conciliare:  
 Quod genus indu mari Aradio fons, dulcis aquaï,  
 Qui scatit, et salsas circum se dimovet undas.  
 Et multis aliis praebet regionibus aequor  
 Utilitatem opportunam sitientibu' nauteis,
- 895 Quod dulces inter salsas intervomit undas.  
 Sic igitur per eum possunt erumpere fontem  
 Et scatere illa foras in stuppam semina; quae quom  
 Conveniunt, aut in tediai corpore adhaerent,  
 Ardescunt facile extemplo; quod multa quoque in se
- 900 Semina habent ignis stuppae tediaeque tenentes.  
 Nonne vides etiam, nocturna ad lumina linum  
 Nuper ubi extinctum admoveas, accendier ante  
 Quam tetigit flammam; tediaeque pari ratione?  
 Multaque praeterea, prius ipso tacta vapore
- 905 Eminus ardescunt, quam comminus imbuat ignis.  
 Hoc igitur fieri quoque in ello fonte putandum est.  
 Quod superest, agere incipiam, quo foedere fiat  
 Naturae, lapis hic ut ferrum ducere possit,  
 Quem Magneta vocant patrio de nomine Graeci,
- 910 Magnetum quia sit patriis in sinibus ortus.  
 Hunc homines lapidem mirantur, quippe catenam  
 Saepe ex annellis reddit pendentibus ex se.  
 Quinque etenim licet interdum plureisque videre,  
 Ordine demisso, levibus iactarier auris,
- 915 Unus ubi ex uno dependet, subter adhaerens;  
 Ex alioque alius lapidis vim vinclaque noscit:  
 Usque adeo permanenter vis pervolet eius.  
 Hoc genus in rebus firmandum est multa prius, quam  
 Ipsius rei rationem reddere possis;
- 920 Et nimium longis ambagibus est adeundum:  
 Quo magis attentas aureis auimumque reposito.  
 Principio, omnibus a rebus, quasquomque videmus,  
 Perpetuo fluere ac mitti spargique necesse est  
 Corpora, quae feriant oculos, visumque lacesant:
- 925 Perpetuoque fluunt certis ab rebus odores,  
 Frigus ut a fluviiis, calor a sole, aestus ab undis  
 Aequoris, excosor moerorum litora propter:

Nec variei cessant sonitus manare per auras.  
 Denique, in os salsi venit humor saepe saporis,  
 Quom mare vorsamur propter; dilutaque contra 930  
 Quom tuimur misceri absinthia, tangit amaror.  
 Usque adeo omnibus ab rebus in quaeque fluenter  
 Fertur, et in cunctas dimittitur undique parteis:  
 Nec mora, nec requies inter datur ulla fluendi;  
 Perpetuo quoniam sentimus, et omnia semper 935  
 Cernere, odorari licet, et sentire sonare.  
 Nunc omnes repetam quam raro corpore sint res  
 Commemorare, quod in primo quoque carmine claret.  
 Quippe etenim, quanquam multas hoc pertinet ad res  
 Noscere, cum primis hanc ad rem profinus ipsam, 940  
 Qua de disserere aggredior, firmare necesse est,  
 Nil esse in promptu, nisi corpus mixtum in inani.  
 Principio fit, ut in speluncis saxa superna  
 Sudent humore, et guttis manantibu' stillent:  
 Manat item nobis e toto corpore sudor; 945  
 Crescit barba pileique per omnia membra, per artus:  
 Diditur in venas cibus omneis, auget alitque  
 Corporis extremas quoque parteis unguiculosque.  
 Frigus item transire per aes, calidumque vaporem,  
 Sentimus; sentimus item transire per aurum 950  
 Atque per argentum, quom pocula plena tenemus.  
 Denique, per dissaepa domorum saxea voces  
 Pervolitant, permanat odos, frigusque, vaposque  
 Ignis; qui ferri quoque vim penetrare suëvit  
 Denique, qua circum colli lorica coërcet. 955  
 Morbida visque simul, quom extrinsecus insinuatur:  
 Et tempestatem, terra coeloque coortam,  
 In coelum terramque remote iure facessunt,  
 Quandoquidem nihil est, nisi raro corpore nexum.  
 Huc accedit, uti non omnia, quae iaciuntur 960  
 Corpora quomque ab rebus, eodem praedita sensu,  
 Atque eodem pacto rebus sint omnibus apta.  
 Principio, terram sol excoquit, et facit are;  
 At glaciem dissolvit, et altis montibus altas  
 Exstructas ninguëis radiis tabescere cogit: 965  
 Denique, cera liquefit in eius posta vapore.  
 Ignis item liquidum facit aes, aurumque resolvit;  
 At coria et carnem trahit, et conducit in unum.  
 Humor aquae porro ferrum condurat ab igni;  
 At coria et carnem mollit, durata calore. 970  
 Barbigeras olcaster eo iuvat usque capellas,  
 Effluat ambrosia quasi vero et nectare tinctus:

Qua nihil est homini quod amarior frondeat estu.  
Denique, amaracinum fugitat sus, et timet omne

975 Unguentum; nam setigereis subus acre venenum est,  
Quod nos interdum tanquam recreare videtur.

At contra nobis coenum teterrima quom sit  
Spurcicies, eadem suis haec munda videtur,  
Insatiabiliter totei ut volvantur ibidem.

980 Hoc etiam superest, ipsa quam dicere de re  
Aggredior, quod dicendum prius esse videtur.

Multa foramina quom varieis sint reddita rebus,  
Dissimili inter se natura praedita debent

Esse, et habere suam naturam quaeque viasque.

985 Quippe etenim variei sensus animantibus insunt,  
Quorum quisque suam proprie rem percipit in se.

Num penetrare alio sonitus, alioque saporem  
Cernimus e succis, alio nidoris odores.

Praeterea, manare aliud per saxa videtur,

990 Atque aliud lignis, aliud transire per aurum;

Argentoque foras aliud, vitroque meare;

(Nam fluere hac species, illac calor ire videtur)

Atque aliis aliud citius tramittere eadem.

Scilicet id fieri cogit natura viarum,

995 Multimodis varians, ut paullo ostendimus ante,

Propter dissimilem naturam textaque rerum.

Quapropter, bene ubi haec, confirmata atque locata,

Omnia constiterint, nobis praeposta, parata;

Quod superest, facile hinc ratio reddetur, et omnis

1000 Causa patefiet, quae ferri pelliceat vim.

Principio, fluere e lapide hoc permulta necesse est

Semina, sive aestum, qui discutit aëra plagis,

Inter qui lapidem ferrumque est quomque locatus.

Hoc ubi inanitur spatium, multusque vacefit

1005 In medio locus; extemplo primordia ferri

In vacuum prolapsa cadunt coniuncta, fit utque

Annulus ipse sequatur, eatque ita corpore toto.

Nec res ulla magis, primoribus ex elementis

Indupedita suis, arcte connexa cohaeret,

1010 Quam validi ferri naturae frigidus horror.

Quo minus est mirum, quod dicitur, ex elementis

Corpora si nequeunt, de ferro plura coorta,

In vacuum ferri, quin annulus ipse sequatur:

Quod facit; et sequitur, donec pervenit ad ipsum

1015 Iam lapidem, caecisque in eo compagibus haesit.

Hoc fit idem cunctas in parteis; unde vacefit

Quomque locus, sive ex transverso, sive superne,

Corpora continuo in vacuum vicina feruntur.  
 Quippe agitantur enim plagis aliunde, nec ipsa  
 Sponte sua sursum possunt consurgere in auras. 1020

Huc accedit item, quare queat id magis esse:  
 Quod simul a fronte est anelli rarior aër  
 Factus, inanitusque locus magis ac vacuatus;  
 Continuo fit, uti, qui post est quomque locatus  
 Aër, a tergo quasi provehat atque propellat. 1025

Semper enim circum positus res verberat aër.  
 Sed tali fit uti propellat tempore ferrum,  
 Parte quod ex una spatium vacat, et capit in se.  
 Hic tibi, quem memoro, per crebra foramina ferri  
 Parvas ad parteis subtiliter insinuatus, 1030  
 Trudit et impellit: quasi naves velaque ventis,  
 Haec quoque res adiumento motuque iuvatur.

Denique res omnes debent in corpore habere  
 Aëra, quandoquidem raro sunt corpore, et aër  
 Omnibus est rebus circumdatus appositusque. 1035

Hic igitur, penitus qui in ferro est abditus, aër  
 Sollicito motu semper iactatur, eoque  
 Verberat anellum dubio procul; et ciet intus  
 Scilicet; atque eodem fertur, quo praecipitavit  
 Iam semel, et vacuum partem in conamina sumsit. 1040

Fit quoque, ut a lapide hoc ferri natura recedat  
 Interdum, fugere atque sequi consueta vicissim.

Exsultare etiam Samothracia ferrea vidi,  
 Ac ramenta simul ferri furere intus ahenis  
 In scaphiis, lapis hic Magnes quom subditus esset: 1045  
 Usque adeo fugere a saxo gestire videtur,  
 Aere interposito; discordia tanta creatur:

Propterea quia nimirum prius aestus ubi aeris  
 Praecepit, ferrique vias possedit apertas,  
 Posterior lapidis venit aestus, et omnia plena 1050  
 Invenit in ferro; neque habet, qua tranet, ut ante.  
 Cogitur offensare igitur pulsareque fluctu  
 Ferrea texta suo: quo pacto respuit ab se,  
 Atque per aes agitat, sine eo quod saepe resorbet.

Illud in his rebus mirari mitte, quod aestus 1055  
 Non valet e lapide hoc alias impellere item res.

Pondere enim fretae partim stant; quod genus aurum:  
 Ac partim, raro quia sunt cum corpore, ut aestus  
 Pervolet intactus, nequeunt impellier usquam;  
 Lignea materies in quo genere esse videtur. 1060

Inter utrasque igitur ferri natura locata,  
 Aeris ubi accipit quaedam corpuscula; tum fit,

- Impellant ut eam Magnesia flumina saxi.  
 Nec tamen haec ita sunt aliarum rerum aliena,  
 1065 Ut mihi multa parum genere ex hoc suppeditentur,  
 Quae memorare queam inter se sing'lariter apta.  
 Saxa vides primum sola coalescere calce:  
 Glutine materies taurino iungitur una,  
 Ut vitio venae tabularum saepius hiscant,  
 1070 Quam laxare queant compages taurea vincla.  
 Vitigenei latices in aqua fontibus audent  
 Misceri, quom pix nequeat gravis et leve olivum.  
 Purpureusque colos conchyli iungitur uno  
 Corpore cum lanae, dirimi qui non queat usquam;  
 1075 Non, si Neptuni fluctu renovare operam des,  
 Non, mare si totum velit eluere omnibus undis.  
 Denique res auro aurum concopulat una,  
 Aerieque aes plumbo fit uti iungatur ab albo.  
 Cetera iam quam multa licet reperire? Quid ergo?  
 1080 Nec tibi tam longis opus est ambagibus usquam,  
 Nec me tam multam hic operam consumere par est;  
 Sed breviter paucis praestat comprehendere multa.  
 Quorum ita texturae ceciderunt mutua contra,  
 Ut cava convenient pleneis haec illius, olla  
 1085 Huiusque; inter se iunctura haec optuma constat.  
 Est etiam, quasi ut annellis hamisque plicata,  
 Inter se quaedam possint cop'lata teneri:  
 Quod magis in lapide hoc fieri ferroque videtur.  
 Nunc, ratio quae sit morbeis, aut, unde repente  
 1090 Mortiferam possit cladem conflare coorta  
 Morbida vis hominum generi pecudumque catervcis,  
 Expediam. Primum, multarum semina rerum  
 Esse supra docui, quae sint vitalia nobis;  
 Et contra, quae sint morbo mortique, necesse est  
 1095 Multa volare: ea quom casu sunt forte coorta,  
 Et perturbarunt coelum, fit morbidus aër.  
 Atque ea vis omnis morborum pestilitasque  
 Aut extrinsecus, ut nubes nebulaeque superne  
 Per coelum veniunt, aut ipsa saepe coorta  
 1100 De terra surgunt, ubi putorem humida nacta est,  
 Intempestivis pluviisque et solibus icta.  
 Nonne vides etiam, coeli novitate et aquarum  
 Tentari, procul a patria queiquomque domoque  
 Adveniunt? ideo quia longe discrepitant res.  
 1105 Nam quid Britanneis coelum differre putamus,  
 Et quod in Aegypto est, qua mundi claudicat axis?  
 Quidve, quod in Ponto est, differre, et Gadibus, atque

- Usque ad nigra virum percocto secla calore.  
 Quae quom quatuor, inter se divorsa, videmus  
 Quatuor a ventis et coeli partibus esse; 1110  
 Tum color et facies hominum distare videntur  
 Largiter, et morbei generatim secla tenere.  
 Est elephas morbus, qui propter flumina Nili  
 Gignitur Aegypto in media, neque praeterea usquam.  
 Athide tentantur gressus, oculique in Achaeis 1115  
 Finibus; inde alieis alius locus est inimicus  
 Partibus ac membris: varius concinnat id aer.  
 Proinde, ubi se coelum, quod nobis forte venenum,  
 Commovet, atque aer inimicus serpere coepit;  
 Ut nebula ac nubes, paullatim repit, et omne, 1120  
 Qua graditur, conturbat, et immutare coactat.  
 Fit quoque, ut in nostrum quom venit denique coelum,  
 Corrumpat, reddatque sui simile, atque alienum.  
 Haec igitur subito clades nova pestilitasque  
 Aut in aquas cadit, aut fruges persidit in ipsas, 1125  
 Aut alios hominum pastus pecudumque cibatus;  
 Aut etiam suspensa manet vis aere in ipso:  
 Et, quom spirantes mixtas hinc ducimus auras,  
 Olla quoque in corpus pariter sorbere necesse est.  
 Consimili ratione venit bubus quoque saepe 1130  
 Pestilitas; etiam pigreis balantibus aegros.  
 Nec refert, utrum nos in loca deveniamus  
 Nobis advorsa, et coeli mutemus amictum;  
 An coelum nobis ultro natura corruptum  
 Deferat, aut aliquid, quod non consuevimus uti, 1135  
 Quod nos adventu possit tentare recenti.  
 Haec ratio quondam morborum et mortifer aestus  
 Finibu' Cecropiis funestos reddidit agros,  
 Vastavitque vias, exhaust civibus urbem.  
 Nam penitus, veniens Aegypti finibus, ortus, 1140  
 Aera permensus multum camposque natanteis,  
 Incubuit tandem populo Pandionis; omnes  
 Inde catervatim morbo mortique dabantur.  
 Principio, caput incensum fervore gerebant,  
 Et duplicibus oculos suffusa luce rubenteis. 1145  
 Sudabant etiam fauces, intrinsecus atrae,  
 Sanguine, et ulceribus vocis via saepta coibat;  
 Atque, animi interpres, manabat lingua cruore,  
 Debilitata malis, motu gravis, aspera tactu.  
 Inde, ubi per fauceis pectus compleverat, et ipsum 1150  
 Morbida vis in cor moestum confluxerat aegreis;  
 Omnia tum vero vitae claustra lababant.

- Spiritus ore foras tetrum volvebat odorem,  
 Rancida quo perolent proiecta cadavera ritu.
- 1155 Atque animi prorsum vires totius, et omne  
 Languerat corpus, leti iam limine in ipso;  
 Intolerabilibusque malis erat anxius angor  
 Assidue comes, et gemitu commixta querela;  
 Singultusque frequens noctem per saepe diemque,
- 1160 Corripere assidue nervos et membra coactans,  
 Dissolvebat eos, defessos ante fatigans.  
 Nec nimio quoiquam posses ardore tueri  
 Corporis in summo summam fervere partem;  
 Sed potius tepidum manibus proponere tactum,
- 1165 Et simul, ulceribus quasi inustis, omne rubere  
 Corpus, ut est, per membra sacer quom diditur ignis.  
 Intima pars hominum vero flagrabat ad ossa;  
 Flagrabat stomacho flamma, ut fornacibus, intus:  
 Nil adeo posses quoiquam leve tenveque membris
- 1170 Vortere in utilitatem; ad ventum et frigora semper,  
 In fluvios partim gelidos, ardentia morbo  
 Membra dabant, nudum iacientes corpus in undas.  
 Multei praecipites lymphis putealibus alte  
 Inciderunt, ipso venientes ore patente:
- 1175 Insedabiliter sitis arida, corpora mersans,  
 Aequabat multum parveis humoribus imbrem.  
 Nec requies erat ulla mali: defessa iacebant  
 Corpora; mussabat tacito Medicina timore;  
 Quippe patentia quom totiens, ardentia morbis,
- 1180 Lumina vorsarent oculorum, expertia somno:  
 Multaque praeterea mortis tum signa dabantur;  
 Perturbata animi mens in moerore metuque;  
 Triste supercilium; furiosus voltus et acer;  
 Sollicitae porro plenaeque sonoribus aures;
- 1185 Creber spiritus, aut ingens, raroque coortus;  
 Sudorisque madens per collum splendidus humos;  
 Tenvia sputa, minuta, croci contacta colore,  
 Salsaque, per fauceis raucas vix edita tussi.  
 In manibus vero nervei trahere, et tremere artus;
- 1190 A pedibusque minutatim succedere frigus  
 Non dubitabat: item, ad supremum denique tempus,  
 Compressae nares; nasi primoris acumen  
 Tenvae; cavatei oculi; cava tempora; frigida pellis  
 Duraque; in ore iacens rictum; frons tenta minebat;
- 1195 Nec nimio rigida post artus morte iacebant;  
 Octavoque fere candenti lumine solis,  
 Aut etiam nona reddebant lampade vitam.



Quorum si quis, ut est, vitarat funera leti,  
 Visceribus tetrīs, et nigra proluvie alvi;  
 Posterius tamen hunc tabes letumque manebat: 1200  
 Aut etiam multus capitis cum saepe dolore  
 Corruptus sanguis expletis naribus ibat;  
 Huc hominis totae vires corpusque fluebat.

Profluvium porro qui tetri sanguinis acre  
 Exierat, tamen in nervos huic morbus et artus 1205  
 Ibat, et in parteis genitales corporis ipsas.

Et graviter partim metuentes limina leti  
 Vivebant, ferro privatei parte virili:  
 Et manibus sine nonnulli pedibusque manebant  
 In vita tamen, et perdebant lumina partim: 1210

Usque adeo mortis metus heis incusserat acer.  
 Atque etiam quosdam cepere obliviam rerum  
 Cunctarum, neque se possent cognoscere ut ipsei.

Multaque humi quom inhumata iacerent corpora supra  
 Corporibus, tamen alitum genus atque ferarum 1215  
 Aut procul absiliebat, ut acrem exiret odorem,  
 Aut, ubi gustarat, languebat morte propinqua.

Nec tamen omnino temere ollis solibus ulla  
 Comparebat avis, nec noxia secla ferarum  
 Exhibant sylvis: languebant pleraque morbo, 1220

Et moriebantur: cum primis fida canum vis  
 Stratâ viis animam ponebat in omnibus aegre;  
 Extorquebat enim vitam vis morbida membris.

Incomitata rapi certabant funera vasta.  
 Nec ratio remedi communis certa dabatur: 1225  
 Nam, quod ali dederat vitaleis aëris auras  
 Volvere in ore licere, et coeli templa tueri,  
 Hoc aliis erat exitio, letumque parabat.

Illud in his rebus miserandum et magnopere unum  
 Aerumnabile erat, quod, ubi se quisque videbat 1230  
 Implicitum morbo, morti damnatus ut esset;  
 Deficiens animo, moesto cum corde iacebat  
 Funera respectans, animam et mittebat ibidem.

Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci  
 Ex aliis alios avidi contagia morbi, 1235  
 Lanigeras tanquam pecudes et bucera secla.

Idque vel in primis cumulabat funere funus.  
 Nam quaequomque suos fugitabant visere ad aegros,  
 Vitae nimium cupidos mortisque timentis  
 Poenibat paullo post turpi morte malaque, 1240  
 Desertos, opis experteis, Incuria mactans.

Quae fuerant autem praesto, contagibus ibant

- Spiritus ore foras tetrum volvebat odorem,  
 Rancida quo perolent proiecta cadavera ritu.
- 1155 Atque animi prorsum vires totius, et omne  
 Languerat corpus, leti iam limine in ipso;  
 Intolerabilibusque malis erat anxius angor  
 Assidue comes, et gemitu commixta querela;  
 Singultusque frequens noctem per saepe diemque,
- 1160 Corripere assidue nervos et membra coactans,  
 Dissolvebat eos, defessos ante fatigans.  
 Nec nimio quoquam posses ardore tueri  
 Corporis in summo summam fervere partem;  
 Sed potius tepidum manibus proponere tactum,
- 1165 Et simul, ulceribus quasi inustis, omne rubere  
 Corpus, ut est, per membra sacer quom diditur ignis.  
 Intima pars hominum vero flagrabat ad ossa;  
 Flagrabat stomacho flamma, ut fornacibus, intus:  
 Nil adeo posses quoquam leve tenveque membris
- 1170 Vortere in utilitatem; ad ventum et frigora semper,  
 In fluvios partim gelidos, ardentia morbo  
 Membra dabant, nudum iacentes corpus in undas.  
 Multei praecipites lymphis putealibus alte  
 Inciderunt, ipso venientes ore patente:
- 1175 Insedabiliter sitis arida, corpora mersans,  
 Aequabat multum parveis humoribus imbrem.  
 Nec requies erat ulla mali: defessa iacebant  
 Corpora; mussabat tacito Medicina timore;  
 Quippe patentia quom totiens, ardentia morbis,
- 1180 Lumina vorsarent oculorum, expertia somno:  
 Multaque praeterea mortis tum signa dabantur;  
 Perturbata animi mens in moerore metuque;  
 Triste supercilium; furiosus voltus et acer;  
 Sollicitae porro plenaeque sonoribus aures;
- 1185 Creber spiritus, aut ingens, raroque coortus;  
 Sudorisque madens per collum splendidus humos;  
 Tenvia sputa, minuta, croci contacta colore,  
 Salsaque, per fauceis raucas vix edita tussi.  
 In manibus vero nervi trahere, et tremere artus;
- 1190 A pedibusque minutatim succedere frigus  
 Non dubitabat: item, ad supremum denique tempus,  
 Compressae nares; nasi primoris acumen  
 Tenvae; cavatei oculo; cava tempora; frigida pellis  
 Duraque; in ore iacens rictum; frons tenta minebat;
- 1195 Nec nimio rigida post artus morte iacebant;  
 Octavoque fere candenti lumine solis,  
 Aut etiam nona reddebant lampade vitam.

Quorum si quis, ut est, vitarat funera leti,  
 Visceribus tetrīs, et nigra prolavie alvi;  
 Posterius tamen hunc tabes letumque manebat: 1200  
 Aut etiam multus capitis cum saepe dolore  
 Corruptus sanguis expletis naribus ibat;  
 Huc hominis totae vires corpusque fluebat.

Profluvium porro qui tetri sanguinis acre  
 Exierat, tamen in nervos huic morbus et artus 1205  
 Ibat, et in parteis genitales corporis ipsas.  
 Et graviter partim metuentes limina leti  
 Vivebant, ferro privatei parte virili:

Et manibus sine nonnulli pedibusque manebant  
 In vita tamen, et perdebant lumina partim: 1210  
 Usque adeo mortis metus heis incusserat acer.  
 Atque etiam quosdam cepere obliviam rerum  
 Cunctarum, neque se possent cognoscere ut ipsei.

Multaque humi quom inhumata iacerent corpora supra  
 Corporibus, tamen alituum genus atque ferarum 1215  
 Aut procul absiliebat, ut acrem exiret odorem,  
 Aut, ubi gustarat, languibat morte propinqua.

Nec tamen omnino temere ollis solibus ulla  
 Comparebat avis, nec noxia secla ferarum  
 Exhibant sylvis: languiebant pleraque morbo, 1220  
 Et moriebantur: cum primis fida canum vis  
 Strata viis animam ponebat in omnibus aegre;  
 Extorquebat enim vitam vis morbida membris.

Incomitata rapi certabant funera vasta.  
 Nec ratio remedi communis certa dabatur: 1225  
 Nam, quod ali dederat vitaleis aëris auras  
 Volvere in ore licere, et coeli templa tueri,  
 Hoc alicis erat exitio, letumque parabat.

Illud in his rebus miserandum et magnopere unum  
 Acramnabile erat, quod, ubi se quisque videbat 1230  
 Implicitum morbo, morti damnatus ut esset,  
 Deficiens animo, moesto cum corde iacebat  
 Funera respectans, animam et mittebat ibidem.

Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci  
 Ex aliis alios avidi contagia morbi, 1235  
 Lanigeras tanquam pecudes et bucera secla.  
 Idque vel in primis cumulabat funere funus.

Nam quaequomque suos fugitabant visere ad aegros,  
 Vitai nimium cupidos mortisque timenteis  
 Poenibat paulo post turpi morte malaque, 1240  
 Desertos, opis experteis, Incuria mactans.

Quae fuerant autem praesto, contagibus ibant

- Atque labore, pudor quem tum cogebat obire,  
 Blandaque lassorum vox, mixta voce querelae.
- 1245 Optumus hoc leti genus ergo quisque subibat.  
 Inque aliis alium, populum sepelire suorum  
 Certantes, lacrimis lassei luctuque redibant.  
 Inde bonam partem in lectum moerore dabantur:  
 Nec poterat quisquam reperiri, quem neque morbus,
- 1250 Nec mors, nec luctus tentaret tempore fali.  
 Praeterea iam pastor et armentarius omnis,  
 Et robustus item curvi moderator aratri  
 Languebat; penitusque casa contrusa iacebant  
 Corpora, paupertate et morbo dedita morti.
- 1255 Exanimis pueris super exanimata parentum  
 Corpora nonnunquam posses retroque videre  
 Matribus et patribus natos super edere vitam.  
 Nec minumam partem ex agris moeror is in urbem  
 Confluxit, languens quem contulit agriculturalum
- 1260 Copia, conveniens ex omni morbida parte.  
 Omnia condebant loca tectaque: quo magis aestu  
 Confertos ita acervatim Mors accumulabat.  
 Multa siti prostrata viam per proque voluta  
 Corpora, silanos ad aquarum strata, iacebant,
- 1265 Interclusa anima nimia ab dulcedine aquarum:  
 Multaque per populi passim loca promta viasque  
 Languida semianimo cum corpore membra videres,  
 Horrida paedore, et pannis cooperta, perire  
 Corporis illuvie: pellis super ossibus una,
- 1270 Visceribus tetrus prope iam sordique sepulta.  
 Omnia denique sancta deum delubra repleat  
 Corporibus Mors exanimis, onerataque passim  
 Cuncta cadaveribus coelestium templa manebant,  
 Hospitibus loca quae complerant aedituentes.
- 1275 Nec iam religio divom, neque numina, magni  
 Pendebantur: enim praesens dolor exsuperabat.  
 Nec mos ille sepulturae remanebat in urbe,  
 Quo pius hic populus semper consuerat humari:  
 Perturbatus enim totus repedabat, et unus
1280. Quisque suum pro re consortem moestum humabat.  
 Multaque vi subita paupertas horrida suasit.  
 Namque suos consanguineos aliena rogorum  
 Insuper exstructa ingenti clamore locabant,  
 Subdebantque facies; multo cum sanguine saepe
- 1285 Rixantes potius, quam corpora desererentur.

# ANNOTATIONES

AD

## LIBRUM PRIMUM.

1. In hac Veneris invocatione, quae nonnullis viris doctis temere offensionem fuit (vid. ad V, 947. disputata) Lucretius aperte Ennium Ann. I. p. 42. Hessel. sequutus est, et imitatore habuit Ovidium Fast. IV, 91 ss. Versum 1., quem Ovid. Trist. II, 262. ante oculos habuit, affert Prisc. VII, 3. (p. 733. Putsch.), ubi demonstrat, *Aeneadum* scriptum esse pro Aeneadarum, de qua forma conf. Schneider. Gr. Lat. II. p. 23 ss. et, quos hic laudat, viri docti. Quod autem vocem *divom* et alias antiquiori modo scriptas attinet, vide quae in Praefatione de orthographia Lucretiana dicta sunt.

2. Wakef. in annot. ad v. 4. coni. *sub te*, gravioris interpunctionis signo ad finem versus posito; temere.

3. Verba *Quae mare — concelebras* legimus apud Nonium IV, 109. (p. 640. Gothofr.). Vox *frugiferens* Lucretio propria videtur. Ennius, ut seriores haud raro, *terram frugiferam* dixit. (Vid. edit. Hessel. p. 122.).

4. *concelebras* Wak. recte explicat: „uno tempore frequentas, permeas, incolis, agitas.“ Conf. etiam II, 345., ibique Wak.

5. Wakef. coni. *limina*, nec me, nec alio, puto, assentiente.

7. Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. *adventuque tuo*, quae ipsa est ceterorum librorum lectio per compendium scripta *adventuque tuo*. Verba *daedala tellus* e Lucretio affert Macrob. VI, 4. Festus autem p. 277. Gothofr. haec habet: „Daedalam a varietate rerum artificiorumque dictam esse apud Lucretium terram, apud Ennium Minervam, apud Virgilium [Aen. VII, 282] Circen facile est intelligere: quum Graece *δαίδαλλειν* significet variare.“ Recurrit haec vox apud Lucr. I, 229. II, 505, IV, 551. V, 235. 1450.

11. *genitalis* in contextum revocavi e Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. Gott. et edit. Ver. Ven., suadentibus etiam Osanno Anal. crit. p. 173. et Orellii Censore in Ephem. lit. Jen. a. 1823. ch. 76. Wakef. enim suis Codd. obtemperans edidit *genitabilis*, quae vox nusquam alias in Lucretio invenitur, quum contra forma *genitalis* saepissime occurrat; quare eo minus de ea hic quoque restituenda dubitavi, quo clarius mutationis causam in metrica huius lectionis difficultateprehendere mihi videor. Res autem est notissima, antiquissimos Romanorum poetas et, qui hos imitatus est, Lucretium non solum in vocibus litera r terminatis, nec in arsi tantum vel quarto hexametri pede (ut nonnulli viri docti hanc licentiam poësi nondum excultae facile condonandam paullo arctioribus limitibus circumscripserunt,) sed etiam in verbis alia consona (praesertim s et t) finitis, porro in secundo etiam, tertio et quinto hexametri pede, atque hic ibi in thesi adeo productionem syllabae per se brevis ante literam vocalem sibi indulsisse; qua de re disputavi in Diss. mea de Lucretii carmine p. 27. Praeter alios ibi laudatos conf. inprimis Acidalius in Gruteri Lamp. T. VI. p. 450. Faërnus et Bentleius ad Ter. Hec. III, 5, 13. et Phorm. prol. 9. Hermann. doctr. metr. p. 40 et 347. Schneid. Gr. Lat. I. p. 664 ss. inprimis vero I, 744 ss. et Osannus Anal. crit. p. 169 et 173. de hoc usu disserentes. E Lucretio, omnium vel certe optimorum Codd. auctoritate motus, porro huc referendos putavi III, 21. et VI, 1257. — Ceterum hunc quoque versum Wakef. duabus adeo coniecturis aequè superfluis vexavit, aut *genitalis cura*, aut *genitabilis ora* legendum esse suspicatus.

14. Miror omnium librorum lectionem *ferae pecudes* viris doctis offensionem fuisse, ut Bentleius copulam et inseri vellet, Wakef. *ferè pecudes* coniceret, et Eichst. utrumque verbum commate distingueret. Neutiquam enim rarissime, ut Wak. dicit, imo saepius hae voces sic coniunguntur. Locis a Wak. ipso laudatis adde: Varronem R. R. II, 1 et 2. Colum. IX, 1.; et quamquam verum est, pecudes et feras interdum seiungi sibi que opponi (ut a Lucretio ipso I, 164. V, 1058.), tamen aequè negari nequit, pecudes veteribus dici quodcunque animalium genus. (Conf. noster II, 343. Horat. Od. I, 2, 7. Virg. Geo. IV, 327. etc.) — *persultant*] Wak. *persaltant* ex uno Cod. Brit. 2.

16. Hic versus procul dubio spurius et in omnibus Codd. (nam Alteri silentio, ex quo in Cod. Vind. legeretur, non multum tribuendum) et edit. vett. desideratus, primum in edit. Iunt. apparet, fortasse a Marullo ipso factus, qui v. 15 et 17. non satis cohaerere putaret. Recte autem Wak. eos

explicat per attractionem satis notam, Lucretio quoque usitatam (conf. infra v. 172.), de qua agit Ruddimann. Inst. Gramm. II. p. 385. ed. Stallb.

- 19. *Frundiferasque domus avium*] haec verba laudat Serv. ad Virg. Geo. II, 372.

21. *generatin*] quam maxime amat noster haec adverbia in *im* desinentia, quorum catalogum, Wakefieldiano (ad I, 46.) locupletiore in Diss. mea de Lucr. p. 43. exhibui. Plura ex aliis quoque scriptoribus cōlegit Priscian. XV, 4. in. (p. 1013. P.) Conf. etiam Oudend. ad Apul. Met. IV. p. 252.

23. *luminis oras*] sic omnes libri, rectissime; quemadmodum noster haud raro, praeeunte Ennio Ann. I. p. 38. Hessel. (ubi conf. Columna) et Ann. II. p. 51., sequente Virgilio Aen. VII, 660. et Geo. II, 47. ubi vid. Voss. et Iahn; conf. etiam Wakef. ad Lucr. V, 779. Nescio igitur, quid Lachmannum impulerit, ut ad Prop. I, 1, 31. annotaret: „Sic ubique *luminis et aëris auras*, dissentientibus quamvis saepe libris, non *oras* scribimus, quia *aëris auras* Lucretium I, 208, 801, 1086. dedisse certum est,“ quam observationem commemorat Orellius Eclog. p. 2., recte addens: „sed differunt, opinor, *luminis oras* ab *aëris auris*.“ Aëris aurae enim nihil aliud nostro significant, quam *aërem* simpliciter, luminis orae autem semper ab eo usurpantur, ubi de introitu in vitam sermo est, ut idem fere sint, quod nobis *das Licht der Welt*. Ceterum de hac formula *luminis orae* Wak. disputavit ad I, 180.

27. *Memmiadae*] De Memmio illo, cui Lucretius opus suum dedicavit, conf. praeter ea, quae editores, Lambinus inprimis et Gifanius in Prolegg. disputarunt, Vossium de poëtis Lat. p. 15. Gyraldi hist. poët. Gr. et Lat. p. 143. Wetzel. ad Cic. Brut. c. 70. et me in Diss. comm. not. 11., in quam tamen, quod numeros locorum laudatorum attinet; aliqua vitia irrepsisse vehementer doleo. (Legendum ibi est: Suet. Caes. c. 49. Gellius XIX, 9. Ovid. Trist. II, 433. Catull. XXVIII, 9.)

Versum 28. Priscianus bis attulit, ad VII, 17. (p. 838. P.) et X, 6. (p. 896.), a veteribus quum excellere, tum excellere dictum esse demonstraturus.

Versum 30. praeter eundem Prisc. VII, 2. (p. 728. P.) laudat etiam Lutatius ad Statii Theb. III, 295. pro *moenera* exhibens *moenia*, quod Wak. pro *munia* dictum et fortasse genuinam lectionem habet. Idem vero Wak. contra utriusque grammatici auctoritatem omnesque libros Mss., et sine causa idonea legi iubet *Ecface*, at etc.

35. *reicit*] Codd. Lugd. 1. Bodl. Brit. 1. 3. Cant. et omnes editt. vet. praeter Bon. Ald. 2. et Iunt. *reficit* vel *reficit*. Vulgata tamen etiam Lutatii ad Stat. I. c. auctoritate comprobatur. De altera lectione conf. Pius et Lamb. — *devictus*] sic Wakef. cum omnibus Codd. et editt. vet. *devinctus* Lamb. Hav., quam lectionem Orellius etiam tacite probare videtur, dicens, nec Bentleiam, nec Valcken. ad Callim. fragm. p. 117. de ea dubitasse, et Virg. Aen. VIII, 394. eandem varietatem deprehendi. Sed Codd. auctoritas potior esse debet.

36. Pius e quibusdam libris edidit *suspirans*, minus venuste. Heinsius coni. *repostam*, probante Valcken. l. l., quos tamen Orellius oblitos dicit imitationis Ovidianae Met. X, 558.

38. Heins. et Valcken., utique sibi constantes, sed loci sensum non recte capientes, *resupinae* legi volunt; ut Wak. *oris* pro *ore*. Nihil mutandum; *resupini* enim satis explicatur verbis antecedentibus: suspiciens tereti cervice *reposta*. Mars nimirum, ut Venerem, in cuius gremio cubat, suspicere possit, cervicem reflectit et resupinat. Wakefieldii vero coniectura: „spiritus oris resupini e tuo (spiritu an ore?) pendet“ nemo non videt quam dura sit.

41 ss. Ex his versibus cum Ciceronis epist. ad Qu. Fr. II, 11., quae vel a. V. C. 698. exeunte, vel mense Ian. a. 699. scripta est, collatis, in Diss. mea de Lucr. not. 75. comprobare studii, „Lucretii carmina circiter sub finem anni 696., vel prioribus mensibus anni 697., ergo inter ipsas turbas a Clodio excitatas, quum Caesar in Gallia bellum gerere iam coepisset, atque Ptolemaeo Aulete ex Aegypto pulso et Romae auxilium implorante res ad bellum in Aegypto spectare viderentur, in lucem emissa esse.“ Ceterum v. 41. *fonde* edidi, antiquiore modo scriptum e Cod. Brit. 2., vetustiore orthographiam prae ceteris omnibus servante.

45. *Memmius, et te*] sic Wakef. e Codd. Brit. 2. 3. Cant. et editt. Ver. Bon. (adde: Brix. Ven. Ald. 1. 2. Iunt.); antea vulgo: *Memmiada, et te*. Constat autem poetas Romanorum, imprimis antiquiores, formam nominativi pro vocativo usurpasse, (conf. Serv. ad Aen. VIII, 77. Prisc. VII, 5 fin. [p. 741. P.] Anson. Popma de usu ant. loc. II, 2. Vechner. Hellenol. p. 240. Ruddim. Inst. Gramm. I. p. 55. not. 61. et II. p. 11. not. 32. Stallb. Schneid. Gr. Lat. II. p. 65 s. Ramsh. Gr. Lat. p. 39.); quare, licet alibi Lucr. semper solito vocativo Memmi utatur (I, 412. 1051. II, 142. et saepius), hic ob librorum auctoritatem illa forma praeferenda. Wakef. unius Cod. Brit. 1. scripturam: *Quod superest, quaeso, va-*



*cuas mihi, Memmius, aureis, Semotima curis temere censet  
praefendam.*

52. *quoque* Wak. e Senecae ep. 95., ubi hic versus legitur, recepit. Codd. et editt. vett. *quoque*, ut vulgo editur.

54. Ad hunc versum breviter est commemorandum, in Lucretio, ut omnino plurimos versus male compositos, sic etiam permultos inveniri, nec tertio, nec quarto pede legitimam caesuram referentes. (Conf. I, 77. 82. 94. 119. 138. 188. et sic porro.).

Versus 57 — 62., qui infra II, 646 — 651. longe aptiori loco repetuntur, hic (ut iam Avancius censuit) procul dubio contra Lucretii voluntatem inserti, ideoque recte a Wak., Eichst. et Orell. uncis inclusi sunt. Nam non solum sententiarum nexum miro modo interrumpunt, sed etiam in editt. Iunt. et Ald. 2., atque, si Lambino fides habenda, in nonnullis etiam Codd. plane desunt, in Codd. vero Brit. 1. 2. 3. Cant. et editt. Brix. Ver. Ven. ineptissimo loco post v. 44. inseruntur. (Conf. quae de iis dixi in Diss. mea saepius comm. p. 35 s., quae p. 10 — 54. brevem disputat. exhibet de omnibus his repetitionibus, in Lucretii opere numerosissimis. Viris doctis, qui de versibus apud alios poëtas diversis locis repetitis disputarunt, nota 10. a me laudatis, adiunge amiciss. Iahn. ad Virg. Geo. II, 129.).

Versus 63. 64. ter a Nonio citantur IV, 218. 248. 387. (p. 663. 669. 698. G.). *fede*] sic scribendum e praeeptis Isidor. Origg. I, 26. et Bedae de orth. p. 2335. Putsch., quos affert Wak. Conf. Schneid. Gr. Lat. I. p. 78 s.

65. *Verbis a coeli regionibus ostendebat* utitur Lactant. III, 27. Non inconsulte autem nostrum hic adhibuisse spondaicam versus terminationem, qua stupentem mortalium horrorem eo significantius exprimeret, bene monuit Knebelii Censor in Diar. lit. Hal. a. 1823. ch. 239.

66. Hunc versum Hav. putat Servium respicere ad Aen. VIII, 187., ubi dicit: „Secundum Lucretium superstitio est superstantium rerum, i. e. coelestium et divinarum, quae super nos stant, inanis et superflueus timor.“

67. *Gravius homo*] Codd. Brit. 1. 2. 3. Bodl. et omnes editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. exhibent *gnarus*, *perperam*. Conf. Ennius Ann. VI. p. 70. Hessel. Virg. Aen. X, 720. aliique. Ceterum Epicurum hic intelligendum esse, non est ut doceam. — *tollere*] *tendere* Nonius, qui v. 67 et 68. laudat IV, 458. (p. 715. G.)

69. *fama*] Wak. sine ulla idonea causa Bentleii coniecturam *fana* in contextum recepit. *Fama deum* est fama de diis, narrationes, fabulae de ira eorum, et de poenis, quibus

contentores suos sibi que inimicos affecisse dicuntur; quae verba sequentibus accuratius definiuntur et explicantur.

71. Sic verum edidit Orellius, qui adiecit: „Editt. vett. [adde: Codd. Brit. 2. 3. et Cant., qui tantum pro *irritat* exhibet *irritant*] sequutus sum; numerorum enim languor huic loco respondere nequaquam videbatur, vimque sententiae in vocabulo *virtutem* positam esse, facile intelligimus, ut mox est *vis animi*. Sex quidem Codd. [imo quatuor tantum apud Hav.] ordine inverso: *Irritat animi virtutem, confringere*, quod quum coeco casu temere sic exaratum fuisset, metri tandem misertus unus Cod. [Brit. 1.] dedit vocabulum magis etiam hac in re pervagatum *effringere*, quam rationem amplexi sunt Wak. Eichst. Omni auctoritate caret Lamb. et Hav. scriptura: *Virtutem irritat animi, confringere*.“ — Mirum tamen est, Priscianum quoque (X, 2. §. 6. p. 477. Krehl.) et Nonium (X, 16. p. 769. Goth.), qui uterque laudat sequentem verum cum huius dimidio, consentire in lectione *effringere*, quod Wak., ut plerumque grammaticorum locos, in suam rem afferre neglexit. *irritat*] i. e. irritavit. Sic III, 710. legimus *peritat*, V, 443. *conturbat*, VI, 587. *disturbat*, similisque contractionis vel syncopes exempla haud pauca in Lucretio inveniuntur, e quibus huc inprimis referenda I, 234. *consumse*, I, 986. *confluxet*, II, 314. *surpere*, III, 69. *remosse*, III, 650. *abstraxe*, III, 683. *cesse* etc. (Conf. etiam Ruddim. Inst. Gr. I. p. 283. not. 96. et p. 326 s. not. 10. 11.)

72. *cupiret*] Codd. Lugd. 1. Bodl. Gott. et editt. Ver. Ven. *cuperet*, Brit. 2. *caperet*, perperam. De verbo *cupire* conf. Prisc. et Nonius II. cc. Similiter veterrimi dixerunt *parire* pro parere (vid. Nonius X, 26. p. 770. Goth. Diomed. I. p. 378. Putsch. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 225 et 278. Stallb.), quam formam Wak. restitui voluit Lucretio ad I, 200.

74. *mondi*] sic Cod. Brit. 1. (Conf. ad v. 41.)

V. 76. cum sequentis initio affert Nonius IV, 394.

83. *Indugredi*] sic optimi quique libri et Val. Probus, qui exhibet hunc versum I. p. 1438. Putsch.; Hav. *endogredi*, quam scribendi rationem utique praeferunt quidam, Festo suasore s. v. Endoitium et seqq. (p. 283. Goth.). In Lucretio tamen, qui hac forma saepius utitur, (conf. IV, 319. 368. *indugredi*, I, 241. II, 101. et saepius *indupedire*, IV, 968. V, 1226. *induperator*, II, 1096. V, 103. VI, 891. *indu* simpliciter,) Codd. alteram scripturam iuvant. (Conf. de hoc archaismo Hav. et Wak. ad h. l. Gifanii Ind. s. v. Endo. Columna ad Ennium p. 16. 22. Hess. Ruddim. l. l. I. p. 324 s. aliique) — *olla*] Recte Hav. *illa* restituit ex omnibus Codd. et vett. editt., vulgo *olim*; *illa* enim ex latinismo satis noto additum, ut IV, 182. V, 813.

et saepius. De antiquiori autem scribendi ratione *olla* vid. Praefationem.

85. *Trivii*] conf. de hac genitivi terminatione Lucretio usitatissima Ruddim. Inst. Gr. I. p. 47. St. Schneid. Gr. Lat. II. p. 22. Osann. Anal. crit. p. 108 ss. Planck. ad Ennii Med. p. 76.

86. *Iphianassaeo*] Cod. Cant. Brit. 1. 3. et omnes vet. edit., vel *Iphianasseo* vel *Iphianassaio* praebent, unde Orellius constituit lectionem, quam recepi. Hav. et Wak. *Iphianassai*, quod nititur sola Prisciani auctoritate, qui, in alio quoque verbo falsus, (*fedi* pro *fede* exhibens), v. 85 et 86. laudat VII, 2. (p. 728. P.); nam Codd. Lugd. 1. 2. lectio *Iphianassa* (in altero etiam correctâ) pariter ex recepta ori potuit. — *fede*] Sic aperte ed. Brix. (Vid. ad v. 63.)

87. *prima virorum*, τὰ πρῶτα τῶν ἀνδρῶν, de quo graecismo conf. viri docti a Matthiaeo Gr. Gr. §. 438. laudati, quibus adde Wakef. ad Eurip. Herc. fur. v. ult. Valcken. ad Phoen. 437. Blomfield. ad Aesch. Pers. p. 99. Buttm. ad Soph. Philoct. 434. Lucretium autem haud raro graecas constructiones imitatum esse, in sequentibus apparebit. Eadem fere ratio est locorum I, 1068. (*prima via*) I, 660. (*vera via*) I, 341. (*sublimia coeli*) I, 1089. (*coeli caerula*) II, 1100. (*coeli serena*) VI, 810. (*terra*) abdita et similium, (de quibus vide Ruddim. Inst. Gr. II. p. 65. Lambin. ad Lucr. I, 341. Iani ad Hor. Od. IV, 476. alii.) Wak. nostro loco comparat Dictyn Cret. V, 7. Stat. Theb. XI, 350. et imprimis Ovid. Am. I, 9, 37., ubi vid. Burm.

89. Sensum Wak. recte explicat. Infula profusa est ex utraque malarum, et quidem pari parte, i. e. aequa utrobique mensura, vel simpliciter pari longitudine.

91. *celare* cum Lamb. Hav. Orell. edidi ex omnibus libris praeter edit. Bon. et Ald. 1., quae praebent *celerare*, lectionem a Wak. et Eichst. cupidius receptam. (Obiter moneo, Gerardum, ut saepius, oscitantem, illam Ald. 1. diversitatem silentio praeteriisse; quare etiam de Brix. certum iudicium ferre non possumus. Quum tamen in exemplo Dresd. editionis Veron. nulla varia lectio adscripta sit, hinc colligo, in Brix. quoque lectionem a me receptam inveniri.) Ut autem non urgeam Orellii opinionem sane speciosam, poetam hic fortasse memorem fuisse picturae, in qua ferrum *celans* magis quam *celerans* sacerdos conspiceretur, aperte hoc misericordiae documentum magis quadrat ad omnem loci connexionem, magisque inservit animo lectoris commovendo, quam vox illa *celerare*, qua potius cupiditas quaedam caedis perpetrandae indicaretur, ab hoc loco, ut mihi videtur, aliena.

Euripidis locus (Iph. Aul. 1566.), quem Wak. in Addendis ad l. I. p. 383. comparat, nihil probat.

93. *submissa*] Cod. Brit. 1. *subnixa*, quam scripturam Wak. hic quidem praefert, in Addendis vero l. c. rursus reiicit.

103. Versus legitur apud Prisc. XII, 5. (p. 947. P.)

108. Nonius III, 90. (p. 599. G.) affert hunc versum, ut demonstret, Lucretium *finem* femin. genere dixisse. Et sic sane fere semper, praeter I, 556. et II, 1116. (De duplici genere vocis conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 25. Schneid. Gr. Lat. II. p. 100 s.) Sensum vero huius versus et cum prioribus connexum nec editores satis demonstrarunt, nec Censor Knebelii in Ephem. lit. Hal. 1823. ch. 239. recte cepisse videtur. Simplicissima ratio mihi haec videtur, ut verba *et merito* referantur tantum ad versum proxime praecedentem, et dicta intelligantur pro: necessario, quod non mirum est, quod aliter fieri nequit, (scil. te vehementer terreri fabulis illis, quae ego quoque, ut ceteri poëtae, tibi fingere possim), quia homines, (quod verecunde dictum est pro tu, perinde ac alii homines,) qui veriora Epicuri dogmata non sequuntur, nesciunt, morte omnia finiri, ideoque iram deorum, poenas inferorum etc. temere metuunt.

111. *restandi* i. e. resistendi, renitendi (ut II, 450. *aera claustris restantia*). Wak. affert Ovid. Fast. II, 749. et Silium VI, 15. Vide etiam Broukhuis. ad Prop. III, 6, 31., qui nostrum quoque locum non neglexit, Gronov. et Drakenb. ad Liv. IV, 58., et qui ab his laudantur.

112. *poenas timendum*] Rursus constructio ad Graecorum consuetudinem accommodata, (ut I, 139. multa agendum, I, 382. privandum corpora, II, 492. addendum partes, et saepius,) quam Wakef. sic vult intellectam et suppletam: timendum, poenas futuras esse. Praeter Lamb. Hav. et Wak. ad h. l. conf. Drakenb. ad Sil. Ital. XI, 562. Sanctii Minerva III, 8. p. 434 ss. Periz. Gesneri Lex. rust. s. v. Gerundia. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 251 ss. Iahn. ad Virg. Aen. XI, 230. Ceterum hic v. 112. iam a Servio ad Virg. l. l. commemoratur.

116. 117. „Ipsissimas voces Ennii procul dubio nobis exhibet Lucr.“ Sic Wakef., qui v. 116. comparat cum fragm. apud Nonium s. v. specus: (Hessel. p. 229.) et alio apud Varronem L. L. VI. p. 81. Bip. (Hessel. p. 239.) potius ad v. 121. pertinente. Rectius cum v. 117. comparasset Ennii fragm. apud eundem Varr. L. L. IV. p. 18. Bip. „Inde venit divinitu' pulleis insinuans se Ipsa anima“ (Hessel. p. 183.), quod miror editores fugisse. — *pecudes alias*] „nam et homo pecus est, Horatio saltem teste, Sat. 1, 3, 100.“ Wak. Conf. quae ad v. 14. disputavimus. Ceterum res notissima est, Latinos

verbis eundi et in aliquem locum veniendi ommissa praepositione simplicem accusativum iungere. Nubem exemplorum Heins. et Burmann. ad Aen. II, 781. et Barthium ad Claud. de bell. Get. v. 73. attulisse monet Weichert. in diss. de verss. aliquot Virg. et V. Flacci p. 86. (Vid. etiam Wak. ad Lucr. I, 834. 1060. II, 124. 206.)

119. *frunde.*] De antiquiori hanc vocem scribendi ratione conf. Wak. ad h. l. et II, 596. qui laudat Charis. I. p. 105. Vel. Longum p. 2216. Putsch. et Serv. ad Virg. Geo. II, 372. Adde Prisc. I, 6. (p. 554. P.), quem non neglexit Schneid. Gr. Lat. I. p. 30. (Importuno autem casu accidit, ut hoc vel illo loco editionis nostrae recentior vocis scribendae ratio in contextu servaretur, quod, ne inconstantiae arguamur, hic monendum duximus.)

121. *Acherusia templa*] Haec cum v. 123. 124. coniuncta Planck. ad Ennii Med. p. 127. ipsa habet verba ab Ennio profecta; et Acherusia quidem templa Ennius etiam in Andromacha p. 239. Hessel. inferos dixit, omnia nimirum loca cava, ampla, spatiosa templorum nomine significans, quod Lucretius permultis in locis imitatus est, ut adeo IV, 626. palatum humida linguâ templa diceret.

123. *permanent*] Codd. Gott. Brit. 1. 2. Cant. et ed. Brix. *permaneant.* Bon. sola *perveniant.*

124. Legimus hunc versum in Macrob. Sat. VI, 1. (p. 159. Bip.)

125. Respexit Lucretius Ennii locum, Ciceroni quoque Acad. II, 16. commemoratum: *visus Homerus adesse poeta*, ad quem vid. Columna p. 4 s. Hess. Conf. etiam Cic. in somn. Scip. c. 1.

130. *gerantur*] sic omnes omnino Codd. et vett. edit. Wak. Eichst. Orell. *genantur* Lamb., quod Hav. in contextis certe servavit. Receptam lectionem satis defenderunt Gifan. Preig. Wak.

134. *terrificet*] Cod. Bodl. et edit. Gif. Paraei *terrificent*, quod temere probat Wak., insuper v. 133. coniiciens *qua re. — somnoque sepulteis*] ut V, 973. ex Ennio p. 83. Hess., ubi vid. Columna.

135. 136. et ipsi a Macrobio l. c. afferuntur.

137. *Nec me animi fallit*] Codd. Bodl. Brit. 2. et vett. edit., praeter Bon. Junt. Ald. 2., *animus.* Sed vid. I, 921. (quem locum diserte laudat Macrob. Sat. VI, 2. in., et comparat cum Virg. Geo. III, 289.) et V, 98.

139. *multa — agundum*] vid. ad v. 112.

140. Similes querelae de linguae latinae egestate reputantur I, 831. III, 260. Conf. etiam Plin. Epist. IV, 18.

141. Cod. Bodl. et Ald. 2. *spectata voluntas*. Wak. coni. *spectata voluptas*, sine causa idonea; recepta enim lectio optime se habet.

148. Vide hunc versum apud Max. Victorin. p. 1968 Putsch.

150. Vulgo cum editt. Iunt. Ald. 2. *Principium hinc cuius*. Ordinem verborum, quem nos dedimus cum Wak. Eichst. Orell., exhibent editt. Ald. 1. et Bon. *Principium cuius hinc* Codd. Brit. 2. 3. Vind. editt. Brix. Ver. Ven. (Hav. de suis Codd. altum tenet silentium.)

156. *nil*] sic semper edidimus, ubi *nihil* *μονοσυλλάβως*, vel *nihilum* (*nilum*) *δισυλλάβως* pronuntiandum est, etsi Codd. et editt. vett. interdum plenior formam exhibeant (conf. Wak. ad h. l. ad I, 206. 992. II, 755. etc.) et antiqui ipsi has literas non in scribendo, sed in loquendo tantum omis- sisse videantur. In talibus autem non nimis anxii esse nobis licet, et legentium commodo etiam aliquid tribuendum est. (Conf. quae ad v. 160. dicentur.) De eiusmodi contractionibus ipsis vero infra aptiori loco disputabitur.

157. *quod sequimur*] Codd. Lugd. 1. 2. *quod sequitur*; in editt. Brix. Ver. Ven. v. 157 et 158. plane desunt, ut v. 159. in Bon. Vulgarem lectionem Bentl. recte explicat τὸ ζητούμενον, τὸ ἀπορούμενον, comparans VI, 809., pariterque Hav., qui laudat Barth. ad Stat. T. III. p. 761. hac utitur interpretatione: „quod indagare conamur, sicuti feras, atqueprehendere sequendo.“ (Conf. etiam Beier. ad Cic. Off. II, 2. §. 7.)

160. 161. inveniuntur apud Lactant. de ira c. 10. (T. II. p. 183. Bip.) *ex omnibu' rebus*] Nihil frequentius in Lucretio, quam elisio literae *s* in terminationibus *us* et *is* ante sequentem consonantem; in quibus locis, quamquam veteres literam illam in pronuntiando tantum omis- sisse videntur, nos, ut faciliori lectioni inserviremus, etiam in scribendo omisimus, apostropho usi. (De re ipsa conf. Schneid. Gr. Lat. I. p. 346 ss.)

164. Restitui interpungendi rationem ab Hav. et prioribus editoribus adhibitam, quam Wak. sic mutavit: *erump. coelo Armenta; atque aliae pecudes, genus omne, ferarum* etc. At vero licet formulam dicendi *pecudes ferarum*, alias in Lucretio non obviam, e similium compositionum analogia probare velimus (vid. ad v. 14.) licet etiam verba *genus ferarum* hic etiam (ut IV, 737.) absolute posita intelligamus, vox tamen *aliae*. hanc rationem probari non patitur, quia sic *armenta* quoque ad feras pecudes essent referenda, nam Lucretium hic notissimum illum graecismum in usu verbi ἄλλος

imitatum esse, quem Walchius Emendatt. Liv. p. 58 ss. in aliquot Livii locis defendere studet, vix putaverim. Longe aptior et simplicior igitur videtur vulgaris interpungendi modus, ex quo pecudes domesticae, in quibus et armenta, discernuntur a feris animalibus, quorum illae e coelo erumpere, haec vero incerto partu (i. e. ex mea quidem sententia, ita ut incertum sit, unde originem ducant et procreentur, non vero, quomodo Wak. cum Burmann. ad Suet. II, 5. 6. paullo artificiosius explicat, ut a feris bestiis pecudes domesticae, ab his autem ferae gignantur,) regiones desertas pariter ac pascua ab hominibus culta inhabitare credi possint.

165. *tenerent*] sic Wak. ex omnibus libris Mss. et vett. editt.; vulgo, etiam Hav., *teneret*.

168. *Quippe ubi*] formula Lucretio satis usitata (conf. III, 431. IV, 435. 666.), apud alios scriptores rarius obvia, (ut Virg. Geo. I, 505. Prop. I, 9, 27. II, 1, 75., ubi vid. Broukhus.)

175. *quur* scripsimus, Wak. praeunte, Prisc. I, 8. (p. 560. P.) aliosque grammaticos sequuti, (conf. Schneid. Gr. Lat. I. p. 336 ss.) eoque libentius, quum haec scriptura in Lucretio etiam Codd. (inprimis Brit. 2.) auctoritate confirmetur. (Vid. Wak. ad III, 724. coll. ejus annott. ad I, 263. 326. 434. 450. II, 1078. etc.)

176. *suadente*] Edd. Ald. 1. et Bon. *sudante*, quae est vulgaris lectio, ab Hav. quoque in contextu servata, licet ipse alteram praeferat et recte interpretetur: impellente, ut I, 143. II, 171. VI, 1281. Edd. Ver. Ven. *suadere*. Salmas. con. *sua dante*, infelicissime.

180. Bentl. coniecit *auras*. Sed vide, quae ad v. 23. disputavimus.

187. Laudant hunc versum Valer. Probus p. 1438. et Max. Victorin. p. 1960. Putsch., quorum ille *fueraut* exhibet pro *fierent*.

191. *Crescundoque*] Retinui cum Eichst. vulgatam lectionem, quam diserte exhibent editt. Bon. Ald. 1. 2. Junt., atque, ut e silentio horum virorum colligi potest, Pii et Lambini Codd. Negari tamen nequit, alteram quoque lectionem *Crescentesque*, a Wakef. receptam, omnium, quos Hav. et Wak. contulerunt, Codd. et editt. Brix. Ver. Ven. auctoritate pariter atque ipsa difficultate sua valde commendari. Explicanda autem esset cum Wak. ita, ut, licet *omnia* praecesserit, e v. 185. commune subiectum *res* subintelligatur per synesin omnibus scriptoribus, nostro quoque aliis in locis (conf. Wak. ad I, 283. 353. 1099. II, 908. et saepius) satis usitatam, (Wak. laudat Perizon. ad Sanctii Minerv. I, 18.,

cui adde Gronov. ad Liv. XXIX, 12. §. 4. Davis. ad Minuc. Fel. sect. 17. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 23 s. 386 s. Bremium ad Nep. Milt. c. 5. Ramsh. Gr. Lat. p. 356 et 697. aliosque.) Hoc unum me offendit, quod sic participium interpositum esset duabus vocibus neutrius generis *omnia — quaeque*, quarum neutri conveniret.

192. *quaeque*] Hic quoque vulgarem lectionem restitui, quam praeter plerosque Codd. et omnes vett. editt. etiam Nonius agnoscit, II, 358. (p. 548. Goth.) hunc versum afferens. Wak. e Codd. Gott. Lugd. 1. 2. recepit *quidque*. (Conf. statim v. 216.)

V. 206—208. legimus apud Lactant. de ira c. 10. (T. II. p. 183. Bip.) qui v. 207. *possint* exhibet, ut vulgares Lucretii editt. (cum Bon. Ald. 1. 2. Iunt.) Sed recte Wak. e sex Codd. et ed. Ver. (quibus adde Ven. et haud dubie etiam Brix., nam rursus dormivit Gerard.) recepit *possent*, et addit: „nempe in aevo omni praeterito, ut nunc etiam proferuntur.“ *proferrier*] Conf. de hac paragoge infinitivi Lucretio usitatisima Ruddim. Inst. Gr. I. p. 284. St.

210. *reddere*] Lamb. *reddi*, Gif. *reddier*, Bentl. *edere* coni. Imo recte Preig. Hav. Wak. omnium librorum lectionem defenderunt. *Manibus* nimirum tertius est casus, quem dicunt, et sensus: Agri manibus, quae ipsos colendo meliores fecerunt, iam meliores etiam fructus reddunt, compensant, ut Hav. verbis utar, manuum laborem fructibus retributis.

213. *cinus ad ortus*] Nescio, an Priscian. IX, 8. (p. 865. P.), qui, ut exemplis probet, veteres etiam usos fuisse verbo quartae coniug. cio, affert etiam Lucretii verba *Aurarium* (sic enim Krehlii Codd.) *cinus ad ortus*, hunc respexit locum, an V, 212., ubi iidem versus repetuntur, an denique tertium eunIQUE deperditum, qui et *aurarum* illud exhibuerit.

216. Hic etiam, ut v. 192., ex omnibus fere libris *quaeque* recepi, utpote magis Lucretianum. (conf. I, 547. II, 953. etc.) Lamb. Hav. Wak. *quidque*, an ex ullo libro, dubium; nam affertur tantum Lugd. 1. 2. lectio *quicquid*. Receptam lectionem quomodo Wak. ambiguum dicere possit, non video; nam quot tandem naturae sunt, ut aliquis temerarie coniungat: quaeque natura? inprimis quum sic obiectum sententiae plane desideraretur.

222. *Quod*] sic Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 2. editt. Brix. Ald. 1. Bon. (et cum iis Hav. Wak.) *quid* editt. Ver. Ven. at Iunt. Ald. 2., ut vulgo. Scilicet admodum frequens est Lucretio hic usus accusativi absoluti pronominum *quod*,



*hoc, id, pro qua, hac, ea ratione positi, quo transitus ab una ad alteram sententiam ita efficiatur, ut simul ipsas sententias arctius inter se cohaerere clarius indicetur.* (Conf. I, 235. 411. 656. 903. II, 46. 124. 221. 481. et sic porro; de re ipsa autem vid. quos Ruddim. Inst. Gramm. II. p. 355. not. 25. laudat, et Ramsh. Gr. Lat. p. 632 s.

224. *dissoluatque*] Hanc et similes voces in fine versuum semper per diaeresin scripsi Lucretio usitatissimam (conf. I, 55. IV, 1153. V, 54. 910. VI, 954. aliique loci omnis dubitationis expertes), quod ut facerem, nec in eiusmodi versibus terminationem spondaicam statuerem, movit me comparatio locorum, ut III, 706., in quibus auctorem quatuor spondeis versum finire voluisse mihi persuadere non possum.

228. Verba *unde animale genus* leguntur apud Sosp. Charis. I. p. 46. Putsch.

229. *et*] sic Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Brit. 2. 3. et omnes editt. vett. praeter Iunt., quae cum vulgatis libris (et Hav.) exhibet *aut. — daedala tellus*] vid. ad v. 7.

231. *ingenuei*] Antiquiorem nom. plur. formam, quam ubique servavimus, (vid. Praef.) hic diserte exhibent Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. Bentleius temere praetulit lectionem editt. Bon. Ald. 1. 2. *ingeniti*, ortam fortasse e corrupta voce *ingenii* in editt. Ver. Ven. Recte Wak. receptam lectionem defendit loco Auson. Mos. 65. aliisque, in quibus fontes *virginei, casti* vocantur, i. e. sinceri, clari, non turbati et permixti. *aeternaque*] „Haec lectio, quantivis sane pretii, Cod. Σ. (i. e. Brit. 3.) debetur: nempe *ἀἰῶναιοι ποταμοί*, ut Hesiod. opp. et dd. 548. 735. Ennius ap. Macrob. VI, 2. [p. 168. Hessel.] *amnes perennes.*“ Wak., qui comparat etiam Sil. IV, 692. Ovid. Am. III, 6, 20. Rutil. itin. 109. alios. Vulgo *externaque*.

234. *consumse*] Codd. Brit. 2. 3. Bodl. editt. Brix. Ver. Ven., ut erat expectandum, *consumpsisse*. Ceteri omnes recte *consumpe*, de qua forma contracta vid. ad v. 71.

241. Sequutus sum in hoc loco Wak., qui Codd. Vind. Brit. 1. 2. 3. nixus, quibus addere potuisset editt. Iunt. Ald. 2., vulgatam scripturam *nexus — indupedita*, a plerisque libris exhibitam, sic ut edidi, mutavit, et recte quidem, quum materies ipsa non facile *indupedita* dici possit, contra vero Lucretius, ubi antea de *rebus* genere feminino loquutus est, saepe in neutrum genus dilahi soleat (conf. ad v. 191.) quare hic etiam, quominus *indupedita* pro *indupeditas* positum ad res v. 239. commemoratas referamus, nil impedit. Fateor tamen, si lectio *nexus indupeditos*, quam Lamb. in nonnullis libris se invenisse profitetur, idonea auctoritate ful-

ciri posset, hanc me praelaturum esse. Sic enim haec verba (nexus rerum inter se magis minusve implicati et cohaerentes) optime responderent versui 245., ita ut dissimilitudo nexus ibi commemorata efficeretur ipsa maiori vel minori atomorum inter se cohaerentia. Sed sine certis librorum suffragiis nihil novandum.

242. „*satis causa* i. e. sufficiens causa; nam vocabulum *satis* adiectivi officio fungitur omnium generum ac numerorum.“ *Wak.*, qui laudat Staveren. ad Nep. Epam. 4. (ubi tamen Bremius aliter statuit,) Davis. ad Cic. de legg. I, 10. Burmann. ad Virg. Aen. III, 348. Adde Goerenz. ad Cic. de finn. II, 26. p. 248. et Ernest. in Clav. Cic. s. v. *satis*.

250. *corpore*] sic Codd. Brit. 1. 2. 3. Cant., quos sequitur *Wak.* Ceteri libri Mss. cum omnibus editt. vet. *corpora*, quae vulgaris (etiam Hav.) lectio est. *Corpus* autem *materiai*, quae hic ut persona inducitur, nihil aliud est, quam materia ipsa; amat enim noster circuitus verborum voce corporis effectos. (Conf. v. c. II, 472. V, 236. 764. VI, 864. etc.)

256. *puerum* exhibent Codd. Brit. 2. Bodl. editt. Brix. Ver. Ven. et *Wak.* Ceteri libri, ut vulgo editur, *pueris*. — *florere*] vid. ad V, 1441.

258. *Wak.* hunc versum sic distinxit: *Hinc, fessae pecudes, pingues per pabula laeta, Corpora deponunt; in nota subiecta vero fusae coniecit. Mihi nec in verbis ipsis, nec in interpunctione aliquid mutandum videtur. Fessae enim non solum propter addita verba corpora deponunt, sed etiam quia de pecudibus gravidis vel ubera praebentibus sermo est, epitheton videtur longe aptissimum, duplex vero praedicatum fessae - pingues maxime in Lucretio neutiquam offendere potest, (vid. statim v. 259. *candens lacteus humor*, 260. *nova proles lasciva*, et permulti alii loci coll. cum Ramsh. Gr. Lat. p. 299.); constructio denique: *per pabula laeta corpora deponunt* satis comprobatur verbis sequentibus: *per herbas ludit*, et supra v. 14. *persultant pabula laeta*; quum contra Wakef. *pingues per pabula* artificiosius et durius videatur.*

260. 261. Verba *hinc nova proles* — *per herbas* afferuntur a Terent. Scauro p. 2259. Putsch.

264. De forma *alid* pro *aliud*, quae saepissime recurrit, v. c. I, 408. 1108. V, 258. 1304. 1455. etc.) et in omnibus fere locis a nonnullis certe libris Mss. comprobatur, conf. *Wak.* ad h. l., qui laudat Sosip. Charis. p. 113. (imo potius 133.) Diomed. p. 323. Priscian. p. 949., (rursus falso pro 959.) Adde Schneid. Gramm. Lat. I. p. 116., qui nos

ablegat ad Voss. Etymol. s. v. alis. et Bentl. ad Ter. Heaut II, 3, 90.

266. 267. Retinui in hoc loco cum Hav. et Eichst. vulgarem lectionem, quam Wak. ex ed. Bon. sic mutavit: *Nunc age sis, quoniam* — — *genita ad nihilum revocari*. Et verum quidem est, illud *sis* exhibere omnes Codd. et editt. vett. praeter Lugd. 1. 2. et Poor. (?), et pro *quoniam* in nonnullis Pii Codd. et Brit. 1. legi *quando*, in Poor. autem *quomodo*; at loco *nihil*, a Pio et Wak. v. 266. exhibiti, omnes libri praeter editt. Ald. 1. 2. Iunt. praebent *non*, ut etiam *genitas* in omnibus libris apparet, *nihilum* vero v. 267. in nullo, praeter edit. Bon., quare Wak. hanc etiam proposuit coniecturam: *Nunc age sis, quom res d. non p. c.* — — *genitas ad nihil rev.* Libenter tamen et hac careamus, quum illud *age sis*, quod nullo alio Lucretii loco comparet, facillimo negotio ex *age res* oriri potuerit.

V. 270. legi potest apud Priscianum XII, 5. (p. 947. Putsch.)

272. *pontum*] Codd. Brit. 2. 3. *portum*. Vind. Bodl. Poor. Cant. c. editt. Brix. Ver. Ven. *portus*. Lugd. 2. Gott. *coortus*, in quibus lectionibus non latere puto recepta veriorum; nec magis v. 277. in voce *pontus*, ab omnibus, quotquot noti sunt, libris Mss. et vett. editt. suppeditata, offendendum, pro qua coni. Faber *coortus*, lectionem ab Hav. etiam in contextum receptam, Preiger *Corus* (seu *Caurus*) et Wakef. ridicule *Olympus*. Knebel. etiam in versione sua recte librorum lectionem expressit, laudatus propterea a Viro docto in Ephem. liter. Hal. 1823. ch. 239.

280. *verrunt*] editt. Ver. Ven. *vertunt*, male. Conf. V, 267. 389. 1226. VI, 625. et vid. praeter alios Broukhus. ad Prop. II, 12, 44.

282. *Ac*] „ita Vind., alii omnes *Ut* [et sic quidem Cod. Bodl. editt. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.] vel *Et* [sic Lugd. 1. 2., quorum tamen alter *at* habet superscriptum]. Verum fuerit fortasse *Quam quom* [ut diserte exhibent editt. Iunt. et Ald. 2.]; et concursus similium dictionum librariis displicuerit.“ *Wak.*

287. *turbidus*] Is. Vossius coni. *turgidus*, quam coniecturam Preig. Hav. Wak. probarunt, non recte, ut mihi videtur, quum flumina imbribus aucta semper etiam turbida fieri constet, ita ut hoc epitheto nova notio addatur, quae non inesset voci *turgidus*, ob omnem loci sententiam admodum superfluae. Ceterum quum unus Cod. Brit. 2. habeat *turbida nimbi*, Wak. locum alia quoque vexavit coniectura: *turgida nimbo*.

288. *validis cum viribus*] Praepositio *cum* eleganter abundat, ut saepius, qua de re conf. Periz. ad Sanctii Min. IV, 6. not. 8. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 266. St. et qui ibi laudantur. Adde Gifanii Collect. in Lucr. s. v. cum. Snakenburg. in Indice ad Curtium s. v. cum. Columna ad Ennium p. 135. Hessel. Beier. ad Cic. Off. III, 31. (p. 397.), qui laudat Westerh. et Bentl. ad Ter. Ad. V, 3, 55., et Ramsh. Gr. Lat. §. 150. fin. (p. 291.)

290. *quidquam*] sic Codd. Brit. 2. 3. Vind. et omnes editt. vett. praeter Ver., quae mendose exhibet *quicunque*; ceteri libri *quidquid*.

292. *quom flumen*] Hunc verborum ordinem Wak. restituit e sex Codd. et edit. Ver., quibuscum conspirant editt. Brix. Ven. Iunt. Ald. 2. Vulgo *flumen cum*.

293. Wak. coni. *tundunt*, quia in Cod. Bodl. et edit. Ver. (ut in Brix.) legitur *tendunt*.

295. Quam nos edidimus, lectio est omnium, de quibus certo constat, librorum Mss. et omnium, praeter duas, editt. vett., a Wak. in contextum recepta, cui tamen magis placet scriptura, quam Pius in Codd. fidelioribus, ut dicit, repertam typis exscribi iussit: *rapidoque rotantes*; in Iunt. quoque servatam. Vulgo *rapidoque rotantia*. Hav. *rapidoque rotanti*, quia Lucr. plura adiectiva geminare et coniungere amet, qua de re diximus ad v. 258. Librorum vero auctoritati obtemperandum duximus.

296. Hunc locum Servius respexisse videtur, ad Virg. Geo. IV, 219. haec adscribens: „Lucretius dicit: ea quae per se probare non possumus, a similibus comprobanda (?); ventumque docet esse corporalem, non quod eum tenere vel cernere possimus, sed quod eius similis aquae effectus est, quam corporalem esse manifestum est;“ (de quo loco disputavi in Diss. mea de Lucr. p. 80 s.)

297. et Wak. edidit ex omnibus fere Codd. et vett. editt. Vulgo *ac*, ut in editt. Iunt. Ald. 2. Pro *moribus* Cod. Bodl. et edit. Bon. *motibus*.

301. *validos* Wak. recepit e Codd. Bodl. et Brit. 1., cui lectioni utpote difficiliori nos eo lubentius auscultavimus, quo saepius hac voce Lucretius uti solet. *Calidos* autem nimis in promptu erat, ut non mirum sit a librariis plurimis in libris veriori lectioni esse substitutum; quamquam negari nequit, nostrum, qui v. c. vapore semper utatur pro calore, tamen saepissime loqui de calido vel ferventi vapore, atque omnino voces eiusdem significationis ad vim augendam saepe cumulare, de quo eius usu disputandi ad I, 814. aptior se offeret occasio.

305. *aut* Wak. edidit e Gellio, V, 15. hunc versum afferente. Nonius vero, qui et ipse versum nostrum habet I, 8. (p. 484. Goth.), conspirat cum omnibus Lucretii Codd., in quibus mera copula *et* legitur. In uno Cod. Brit. 2. invenitur *nec*, sicut *ulla pro nulla*.

306. 307. Hos versus idem Nonius II, 812. (p. 583.) ita exhibet, ut pro *fluctifrago* legatur *fluctivago*. Porro Codd. Brit. 1. 3. praebent *udescunt*, et Wak., Gellium audiens, XX, 15. docentem, veteres dixisse *passum a pando*, non *pansum*, exprimi iussit *dispessae*, qua in re contra Codd. et Nonii auctoritatem eum sequi nolimus, quamvis Serv. ad Virg. Aen. I, 480. idem moneat. Recte potius Vossium de Analog. III, 26. vulgarem scripturam defendisse cum Hav. et nos censemus.

309. *Visum est*] sic Cod. Cant. et edit. Brix. Iunt. Ald. 2. Ceterae edit. vett. aut *visumst* aut *visust*, quod tamen Pius pro *visum est* scriptum esse disertis verbis dicit. Quare nescio, cur apud Hav. legamus *Visu est*, quod reliqui certe cum apostropho ediderunt *Visu' est*.

314. 315. Verba *uncus aratri — in arvis* affert Isidor. Orig. XX, 14. (p. 1324. Goth.) cum hoc additamento: *Somitque per detrimenta nitorem*, ex deperdito, ut videtur, Lucretii versu deprompto (de quo dixi in Comm. mea de Lucr. p. 83 s., ubi addere potuissem, Virgilium, Geo. I, 45. nostri locum V, 209. imitatum, fortasse etiam verbis adiectis *et sulco adtritrus splendescere vomer* Lucretii quendam versum respexisse, hunc nimirum ab Isidoro ex parte servatum); versum 315. vero capite deminutum Servius ad hunc ipsum Virgilii locum sic exhibet: *oculto decrescit vomer in arvo*.

327. *vesco sale*, i. e. edace, ut iam Gellius XVI, 4. Paulus ad Festum p. 474. Goth. et Philargyrius ad Virg. Geo. III, 175. explicarunt, omnes ad hunc Lucretii locum provocantes. Librarios autem hanc vocem insolita significatione usurpatam vel varie corrupisse (Cod. Brit. 3. *vasto*, edit. Brix. *vosco*, Brit. 2. *nostro*), vel prorsus omisisse (ut Lugd. 2. et Gott.), non mirum est.

V. 335. Bentl. et Wakef. spurium habent, „quum (verba sunt Wak.) prorsus nihil praecesserit, ex quo fiat conclusio, nec facile sit hic versus constructione, sed impeditus obscurusque, oratione scabiosa et ex omni parte putidissimus.“ Recte, ut videtur; et facile conflari potuit e III, 814. seu V, 359. et I, 445. Quum tamen in nullo libro desideretur, eum uncis includere non ausus sum. (Conf. quae de ipso hoc ver-

su et aliis similibus disputavi in Comm. mea de Lucr. p. 71 ss.)

337. *exstat*] Gott. *estat*, quae corruptio demonstrare videtur, quomodo orta sit lectio Codd. Lugdd. *est ut*. Temere igitur Hav. hanc scripturam probavit, virgula post *est* inserta, sed non addita loci sic constituti explicatione, qua tamen vel maxime egeret; nec magis audiendus Wak., *escit* coniciens. Vulgarem enim optime habere et infinitivos illos *officere* et *obstare*, ut saepissime, substantivorum munere fungi, manifestum est.

339. Restitui vulgarem lectionem *posset*, quam Wak. ex uno Cod. Brit. 2. mutaverat in *possent*. Ut enim non urgeam communem omnium, praeter hunc, librorum consensum, illa iam per se spectata praestat, quum *quidquam*, ut subiectum sententiae acceptum, optime respondeat antecedenti *omnibus* et sequenti *nulla res*, pro accusativo vero absoluto sumtum prorsus langueat et abundet, inprimis post verba *nulla ratione* v. 336. praegressa.

341. *sublimae coeli*] Veteribus nimirum dicebatur etiam *sublimus*, (conf. Nonius VIII, 45. p. 759. Goth. Haverc. in indice ad Sallust. sub h. v. et Wak. ad h. l.) ut alia etiam adiectiva perinde erant vel tertiae, vel primae et secundae declinationis (v. c. apud nostrum II, 845. *sterilus*), quorum plura attulit Ruddim. Inst. Gr. I. p. 164. Ceterum quod omnem formulam *sublima coeli* attinet, vid. quae ad v. 87. diximus.

346. Cod. Brit. 2. *quiessent*, unde Wak., si insuper *materie* conicere liceret, faciliorem constructionem oriri dixit.

350. *flent*] Expectandum fuit, hanc vocem elegantissime hic adhibitam (conf. Wak.), quam e vett. edit. discrete exhibent Brix. Bon. Ald. 1. 2. Iunt., a librariis varie corruptum iri; Lugd. 1. 2. enim *flent*, edit. Ver. Ven. *fluent*, Bodl. *fluunt* exhibent.

355. *truncos*] sic ἀρραίνωσ Cod. Brit. 2.

362. *corporis*] idem Cod. Brit. 2. et edit. Brix. Ver. Ven. Ald. 2. *corporum*; ut v. 363. Codd. Vind. Bodl. edit. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. et v. 367. Codd. Bodl. Brit. 1. et edit. vett. omnes praeter Iunt. Ob meliorum tamen librorum consensum, et v. 337 et 437. (ubi eadem diversitas scripturae) collatos omnibus his tribus locis singularis praestare videtur, etsi in hiatu, quem pluralis efficeret, minime haerendum esset. (Conf. quae ad II, 466. annotabimus.)

364. *inanis*] Cod. Brit. 2. *inani*, quod Wak. melius censet ob ambiguitatem vulgatae lectionis, et sic explicat: ma-

net inani sua natura sine pondere. Vulgata autem quisque videt sic construenda esse: natura inanis (secundo casu) manet sine pondere.

367. *At*] Wak. ex ingenio suo edidit *Ut*, quum Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. Gott. Brit. 2. 3. (quibuscum conspirant edit. Brix. Ver. Ven.) exhibeant *Aut*.

368. *vacuum*] sic Wak. edidit e septem Codd. et edit. Ver. Bon., quibus addendae Ven. et Ald. 1. et procul dubio etiam Brix.; nam Gerardus iterum negligentem se praebuit. In Iunt. et Ald. 2. iam vulgaris lectio *vacui* apparet, quae, etsi fortasse faciliior et expeditior, illi ob librorum auctoritatem postponenda est.

371. 372. „Ordo est: Cogor praecurrere illud, quod quidam fingunt, ne possit te vero deducere.“ *Wak.*

373. *nitentibus*] edit. Ver. *natentibus*, Ven. *natantibus*. Sed Brix. iam veriorum lectionem habet, quam omnes Codd. nobis cogniti pariter atque edit. Bon. Ald. 1. 2. Iunt. tuentur.

381. *Quo poterunt*] Cod. Bodl. edit. Brix. Ver. Ven. *quae poterant* (fortasse pro *qua*, quod Wak. non deterius censet); Ald. 1. Bon. *qui poterunt*. — *quom*] hoc nimirum sibi velle videtur Codd. Bodl. Brit. 1. 2. 3. et omnium vett. edit. (praeter Iunt. et Ald. 2., diserte *cum* scribentes) lectio *quo*, i. e. quō.

382. De graeca constructione, hoc versu obvia, et saepius apud Lucretium occurrente, diximus ad v. 112.

384. *initum*] Codd. Vind. Bodl. Brit. 2. 3. et edit. Brix. Ver. Ven. Iunt. *initium*, et in variis quidem lect. Iunt. quamquam altera etiam commemoratur scriptura, diserte tamen Marullus *initium* agnoscere dicitur, extrita litera *i* in scansione, ut alibi sterilia, oriundi et similia. Sed hac synaeresi non opus est, siquidem meliorum librorum lectio *initum*, i. e. ingressus, exordium, optime convenit usui Lucretiano (conf. I, 13. II, 269. III, 272.). Wak. praeter quosdam Virgilii locos similis sententiae comparat Ovid. *Fast.* IV, 93., qui ante oculos habuerit Lucretiani operis exordium.

385. *concurso*] sic Hav. et Wak. cum Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. et edit. vett., praeter Bon. Iunt. Ald. 2., quae exhibent *concurso*, ut vulgo. Saepius autem Lucretio neutra participiorum pro substantivis usurpantur, (conf. I, 451 ss. 795. III, 954. fortasse etiam II, 438., ubi vid. Wakef.); quare non erat, cur Lambinus de hac forma dubitaret, quae Gifanio in *Ind.* ad *Lucr.* s. v. *Concurso* non recte confunditur cum substantivis quartae declinationis, ab antiquissimis, in genitivo maxime, etiam ad secundae legem terminatis, ut *senatus*, *tumultus* etc. Horum enim, de quibus conf. *Prisc.*

VI, 14. (p. 711. Putsch.) Nonius VIII, 6 — 10. 12. 14. 15. 17 — 19 (p. 755. ss. Goth.) Ruddim. Inst. Gr. I. p. 102. not. 46. p. 166. not. 100. Stallb. Schneid. Gr. Lat. II. p. 447. 471., prorsus alia est ratio.

387. *flat*] ita Codd. Brit. 1. 3. Cant. Bodl. editt. Bon. Ald. 1. 2. Iunt. Ceteri libri, praeter Codd. illos, in quibus Pius lectionem *flabit* invenit, facillimo errore *flat*. Hav., ut vulgares editt., *fuvat*. — *possidat*] Codd. Brit. 1. 2. *possideat*, quod non mirum, quum verbum *possidere* hac praesentis temporis forma alibi non occurrere videatur.

388. *celerantibus*] Editt. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. mira varietate *densantibus*. Cod. Brit. 3. ex errore *celebrantibus*, ut Bodl. *celciantibus*.

390. *quemque*] hanc vulgarem lectionem, haud dubie e Codd. depromptam, prima exhibet Pii edit. Bon., quam seriores editores omnes sequuti sunt; priores, ut Codd. omnes, sine iusto sensu *quisque* exhibent, quare Is. Vossius coniecit *privum quisque* (scil. aër), recte refutatus a Wakef.; quum vox *primum* nullo pacto abesse possit.

391. *possideantur* omnes omnino libri tuentur. Hav. procul dubio ob v. 387. *possidantur*.

394. *quod*] Codd. Brit. 3. Cant. Bodl. editt. Brix. Ver. Ven. *quo*, i. e. in quo loco, quod Wak. non deterius censet. Sed ob versum sequentem et plurium librorum consensum vulgaris praeferenda.

396. *denserier*] sic diserte editt. Iunt. Ald. 2. Sed Cod. Brit. 1. 2. Bodl. editt. Brix. Ven. Bon. Ald. 1. *densarier*, edit. Ven. *condensarier*, Codd. Lugd. 1. 2. *condenserier*, Codd. Brit. 3. Gott. *condensier*, unde nihil expiscari possum vulgata lectione praestantius. Ceterum de hac infinitivi forma dictum est ad v. 206. (Redit v. c. I, 648. 711. 1058. II, 927. 1029. etc.)

398. Vulgares editt. ante Wak. hunc versum incipiunt a pronomine *se*, omnibus, quotcunque collati sunt, libris reclamantibus inserto. Sed res est notissima, utriusque linguae scriptores praesertim in verbis motum aliquem significantibus pronomen reciprocum saepissime omittere, et verba activa ipsa sensu reciproco usurpare, quod inprimis Lucretio usitatissimum est. (Praeter Wak. ad h. l., ad I, 787. I, 1090. VII, 1188. etc. virosque doctos a Weicherto ad Val. Flacc. VIII, 136. laudatos, conf. Hensinger ad Corn. Nep. Att. 7, 1. Bremi ad eiusd. Dat. 4, 5. Passow ad Tac. Germ. c. 31. p. 108. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 156. ibique Stallbaum, Zumpt Gr. Lat. §. 37. p. 121. Ramsh. Gr. Lat. §. 163. p. 383 s.)

401. Retinui vulgarem lectionem *possum*, quam Wak. e Cod. Brit. 1. et collationibus Heinsianis (quibuscum sane con-



spirat edit. Iunt., inter varr. lectt. tamen vulgatam quoque commemorans) sine idónea causa mutaverat in *possunt*, quum illam praeter omnes fere libros fide dignos tueatur etiam huius libri v. 105., ubi Wak. ipse, parum sibi constans, Bentleii coniecturam *possunt* acriter impugnauerat.

405. *montivagae*] Codd. Bodl. Brit. 2. *noctivagae*, per se non male; sed vid. II, 598. 1081. Vind. *montivagi*. Pro *ferai* Cod. Bodl. *ferari*, Lugd. 1. 2. et Gott. *ferare* exhibent, haud dubie *ferarū* volentes, quae tamen lectio vulgari postponenda.

406. *intectas*] hic etiam cum Eichst. retinui vulgatam lectionem, quam, quum Cod. Bodl. et edit. Ver. *intectis* praebeant, Wak. ex coniectura in *iniectis* mutavit, locum sic explicans: „naribus intromissis in frondem, se fronde intrudentibus.“ Vulgarem tamen multo magis convenire graetae Lucretii simplicitati quisque videt; quare neq̄ coniectura *intextas* opus est, a Wak. suae quidem posthabita, sed omnium fere librorum lectioni praelata. Ceterum cum omni hoc loco comparari potest Ennius p. 93. s. Hessel. ibique Columna.

407. Locis a Wak. allatis, in quibus *insistere* cum quarto casu construitur (Virg. Geo. III, 164. Aen. VI, 563. VII, 689. XI, 573.) adde, quos laudant Burmann. ad Suet. Vitell. 2. Oudend. ad Caes. B. G. III, 14. Sanctius Minerv. III, 3. p. 343. Periz. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 142. St.

411. *pigraris*] edit. Brix. *pugnaris. paullum*] Cod. Brit. 1. *parum. recesseris*] sic Wak.; vulgo *abscesseris*, contra omnes libros, nisi quod Cod. Lugd. 2, utramque lectionem coniungens, *reabscesseris* exhibet. *abs*] Wak. recepit e Codd. Brit. 2. 3. Poor. (qui vero etiam *te pro re* exhibent); vulgo *ab*.

412. *de plano*] Haec formula, iureconsultis inprimis frequentata, occurrit etiam in Gruteri Inscriptt. T. I. p. 408. (vid. Wak. Addenda T. I. p. 384.); eadem vero circumscriptio adverbii per adiectivum cum praepositione *de* placuit nostro etiam II, 265. (ubi vid. Wak.) et III, 643. (*de subito*), quemadmodum alii dixerunt *de repente, de improvise, de facili* etc. (Conf. Nonius XII, 1. 2. [p. 775. Goth.] Diomed. I. p. 401. Donatus edit. II. p. 1761. Putsch.)

413. *e fontibus magnis*] Retinui primum praepositionem *e*, ab Hav. iam receptam, quam tuentur Codd. Lugd. 1. 2. Brit. 1. 2. 3. Gott. Vind. et omnes vett. editt., praeter Iunt. Ald. 2., ita ut in Wak. editione (quam sequitur Eichst.) mero vitio typograph. rursus in vulgatum *de* mutata videatur. Deinde cum Eichst. servavi omnium fere librorum lectionem *magnis*, cui Lamb. Hav. Wak. substituerunt *amneis* vel *amnis*,

in quatuor Lambini Codd., Gott. et Lugd. 2. obvium, Lambino nimirum locum sic explicante: largos amneis, e fontibus haustos; Havercampo: haustus, qui sunt amnes ex ipsis fontibus; Wakefieldo denique, qui *amnis* scribit secundo casu: haustus amnis adeo largos e fontibus ipsis derivatos. Sed his omnibus facile supersedemus, si vulgarem lectionem defendimus comparatis locis I, 284. I, 1084. V, 264. aliisque, et vocem *amneis*, in paucis illis libris inventam, eius interpretamentum habemus, primum margini adscriptum.

419. *ut repetam*] vulgo *iam repetam*; *ut* autem Wak. recepit e Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. Gott. Vind. Cant. Brit. 2. et edit. Ver. (cum qua faciunt Brix. et Ven.) *Repetam pertexere* autem dictum est ut VI, 937. *repetam commemorare*.

421. *Constitit in rebus*] sic Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Vind. Poor. Cant. Brit. 1. 2. 3. et omnes edit. vett., quibus iure obtemperavit Wak. Vulgo, etiam apud Hav., *Consistit rebus*.

423. *communis*] Codd. Bodl. Brit. 2. Poor. edit. Brix. Ver. Ven. *communes*, Ald. 1. Bon. Iunt. *communeis*. Ald. 2. cum melioribus libris tuetur receptam lectionem. *Dedicat* omnes libri Mss. et vett. edit. exhibent, (conf. etiam I, 368. III, 209.); *deliquat*, quod in nonnullis edit. vulgatis (non apud Hav. et Wak.) legitur, Lambini est commentum.

424. *quoi*] sic, vel potius *cui*, invenitur in Codd. Lugd. 2. Brit. 1. 3. Gott. et omnibus edit. vett. Vulgo, etiam Hav., *quo*.

426. *animos* Wak. restituit e Codd. Brit. 1. 2. 3. Bodl. Vind. et edit. Ver. Bon. (quibuscum consentiunt reliquae edit. vett.); Hav., ut vulgo, *animi*. Pro *quidquam*, ut quisque videt, absolute hic posito more Graecorum, Cod. Brit. 2. et edit. Brix. Ver. Ven. exhibent *quoquam*, Cod. Brit. 1. *quaquam*.

428. *quaquam*] sic Codd. Bodl. Vind. Brit. 3. Poor. edit. Brix. Ver. Ald. 1. Bon.; sed Cod. Brit. 2. *quicquam*, edit. Ven. *quiquam*, Iunt. et Ald. 2. (ut Hav. cum vulgaribus edit.) *usquam*. Vox *sita*, pro qua Wak. dicit Bon. exhibere *cita*, in exemplo huius editionis, quo ego utor, (a. 1514. emissio) sicut in Ald. 1. plane deest. Cod. Brit. 2. utramque lectionem coniungens, habet *scita*.

429. *quoquam* lectio est Wak. et omnium librorum, praeter edit. Ven. Ald. 1. Bon., quae iam vulgarem lectionem, ab Hav. quoque servatam, *quaquam* praebent.

433. *quod*] Codd. Bodl. Brit. 2. 3. edit. Brix. Ver. Iunt. *quo*. — *numero*] Codd. Bodl. Brit. 1. 2. 3. Vind. Poor. et vett. edit. omnes *rerum*, quae glossa est ex I, 505. V, 336. multisque similibus locis petita.

437. *Corporis augebit* legitur in Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Brit. 1. 2. Cant. et edit. Ven., quos sequitur Wak. Ceteri libri, ut vulgo, *Corporum augebit*; Bon. edit., ut metro succurra, *Corporum adaugebit*, et Iunt. eadem de causa *Corporeum augebit*, (commemoratis tamen in calce ceteris etiam lectt.). „Indignabantur enim, inquit Wak., scribarum natio, *num-erum* stare pro quantitate.“ Conf. quae ad v. 362. diximus.

442. *fungi*] Cod. Bodl. *fungi*; Codd. Brit. 1. Poor. *fun-di*, male. *Fungi* enim saepius nostro dicitur pro *pati*. (Conf. statim v. 444. III, 169. 814. etc.) *debebit*] Cod. Bodl. et edit. Ver. *debebat*.

443. *possunt*] sic optimi Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Vind. editt. Brix. Ver., quare recte à Wak. receptum puto. Hav. cum vulgaribus *possint*. Sensus est: Quodcunque per se est, aut ipsum faciat aliquid necesse est, aut patiatur alios se uti, (ideoque corpus sit,) aut id erit, in quo, nec faciente nec patiente aliquid, res tantum esse, moveri, crescere, dissolvi possunt, i. e. inane.

450. 451. Affert hos versus Nonius III, 85. p. 599. Goth., qui et ipse legit *duabus*, ut omnes libri, praeter Codd. Lugd. 1. 2. Gott., *duobus* exhibentes, non exspectantibus nimirum librariis sequens substantivum *rebus*, a Lucretio in similibus locis saepius omissum.

452. *nunquam*] Codd. Lugd. 1. 2. Cant. *nusquam*.

453. De forma non contracta *potis est*, quae saepius redit in Lucretio, (etiam *pote* pro *potis* usurpante III, 1092.) vid. Prisc. VI, 12. (p. 708. P.) XV, 2. (p. 1009.) Ruddim. Inst. Gr. I. p. 119. not. 45. (qui laudat Voss. Anal. II, 21. et Periz. ad Sanctii Min. II, 10. not. 1. IV, 17. not. 3.) Iani ad Hor. Od. III, 17, 3. et alii.

454. Vulgo hic versus sic se habet: *Pondus uti saxi, calor ignibus, liquor aquai*, quam scripturam Wak. partim e Codd. partim ex ingenio primus sic mutavit: *Pondus utei saxi est, calor ignis, l. a.* Nos cum Eichstaedio solos Codd. et vett. editt. sequuti sumus. *Saxi* enim praebent Cod. Brit. 1. (in quo tamen s finale erasum est) et editt. Ald. 1. (nam rursus dormivit Gerardus) Bon. Iunt. Ald. 2., quod concinnitatis causa unice probandum, et Wak. coniecturae *saxi est* (e Codd. lectione *saxis* factae) praefendum; *ignis* vero omnes Codd. et vett. editt. Pro *aquai*, quod praeter optimos Codd. exhibent editt. Iunt. Ald. 2., in Codd. Brit. 1. 2. Bodl. Vind. et reliquis editt. vett. *aquarum* legitur, ortum e lectione *aquae* (e. g. in Cod. Lugd. 1.) metrum violante. (Contra II, 390., ubi *liquor aquarum* vera scriptura est, nulla prorsus invenitur varietas lectionum.)

456. 457. Hunc ordinem verborum Wak. restituit ex omnibus, ut videtur, Codd. cunctisque edit. vett., praeter Ald. 2., quae vulgatis edit. consentit. Vulgo enim *libertas* — *paupertas* inverso ordine; sed Codicum auctoritas reclamatur.

V. 460 et ss. Servius in mente habuisse videtur ad Virg. Aen. III, 587. scribens: „Ait enim Lucretius, quia per se tempus non intelligitur, nisi per actus humanos;“ (quem locum repetit Isidor. Orig. V, 31. p. 940. Goth.) et ad Aen. VII, 37.: „Quia, ut supra diximus secundum Lucretium, tempora nisi ex rebus colligantur, per se nulla sunt.“

466. *quom*] Codd. Brit. 1. 2. 3. Bodl. Vind. et omnes vett. edit., praeter Iunt., *ut*, *quam*, licet aequae bonam lectionem dicat Wakef., equidem tamen receptae postponendam duco.

470. In loco iudicatu difficillimo Wakefieldum sequi tutissimum habui. Vulgo enim quum ederetur *aliud rebus, aliud regionibus*, Wak. primum pro *rebus* recte restituit omnium librorum lectionem *terris*, deinde vero, quum vox *regionibus*, et ipsa in omnibus utique Mss. et edit. vett. obvia, non satis quadrare videatur ad omnem loci sententiam, e coniectura ei substituit *legionibus*, quum etiam Graeci *στρατόν* dicant pro omni *populo*, et Virg. Aen. V, 824. similiter utatur voce *exercitus*, hic autem quum de rebus bellicis sermo sit, eo aptius *legiones* commemorari possint. (Addere potuisset, Lucretium omnino in huius vocabuli usu sibi valde placuisse; conf. II, 40. 323. III, 1043. V, 1227.) Omne autem loci argumentum Wak. recte sic exposuit: „Quidquid transactum sit, id recte dicas vel *hominibus* quibusdam, vel *terris* quibusdam (et restat nihil tertium) *evenisse*; ea autem esse nullo modo recte dixeris: ergo *tempus* etiam, his coniunctum, *nullum est*; neque aliud in natura rerum, praeter *corpus* et *inane*.“

471. Hunc versum affert Nonius III, 85. (p. 599. Goth.)

477. *Troianis*] sic Wak. e Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Poor, et edit. Bon., cui consentiunt omnes edit. vett., nisi quod in Ver. Ven. per facillimum errorem *troianus* expressum est. Hav., ut vulgo, *Troiaï*.

478. Codd. Lugd. 1. 2. *equos*, ex veterrima apud Romanos scribendi ratione.

480. Quum Cod. Brit. 2. *perspice*, idemque et Brit. 3. Vind. cum edit. Ver. *possit* praebeant, Wak. coni. *Perspicitei* *possit*. — *neque*] sic recte Wak. ex omnibus fere libris; Hav. cum vulgatis, *nec*.

488. *fors ita*] Sic edidi ex auctoritate Codd. Vatic. (apud Lamb.) Brit. 1. 2. 3. et editt. Ald. 1. et Bon., a quibus non multum discrepant Codd. Bodl. Vind. editt. Brix. Ver. Ven. Ald. 2., *forsitan* praebentes, quam lectionem longe difficiliorem, a tot libris summae fidei suppeditatam, ut vulgari, ab omnibus editt. recentioribus servatae, *credere* nimirum, postponerem, a me non potui impetrare, inprimis quum facillime intelligi possit, quomodo haec vulgata, in quatuor Lambini Codd., Lugd. 1. 2. (si Havercampi silentio fides est habenda) et edit. Iunt. obvia, genuinae scripturae substituta sit. Explico autem locum ita: Etsi difficile videtur (intellectu), in rebus (creatis) quidquam reperiri posse, quod fors (fortuito, solo casu) ita solido (tam solido) corpore praeditum sit etc. Illud enim *difficile est*, non addito verbo aliquo intelligendi, credendi, prorsus convenit usui Lucretiano, et similia ellipseos exempla in his carminibus haud rara sunt. (Conf. IV, 144. V, 262 s. et alii loci.) *Fors* autem saepius pro adverbio *fortuito* dici satis notum est. (Conf. Priscian. XV, 4. [p. 1015. P.] Charis. II. p. 165. P. et Interpp. ad Virg. Aen. II, 139. V, 232. XI, 50. etc.)

490. *fulmen*] Codd. Lugd. 2. Gott. *flumen*, quam Wakef. temere censet lectionem minime spernendam.

491. *ut ac*] sic Codd. Brit. 1. 2. Gott. Poor. editt. Bon. et Ald. 1.; ceteri libri *ut ad* vel *id ad*, Ald. 2. *ut it*. Wak. con. *item*. Sed vid. VI, 229.

492. *fere*] sic con. Preiger. et Wak., comprobantibus hanc lectionem Cod. Brit. 1. et editt. Ald. 1. Bon.; reliqui libri *fero*, ut Hav. cum vulgaribus. (Cod. Brit. 2. Poor. editt. Brix. Ver. Ven. *ferro*.)

493. *Collabefactatus* praebent Codd. Lugd. 1. 2. Brit. 3. et editt. Lamb. Hav. Wak.; ceteri libri aut *Cum lab.* aut *Tum lab.*, edd. Iunt. et Ald. 2. *Quin lab.*

500. *ades, paucis dum* etc. Wak. comparat Ter. Andr. I, 1, 2. et Virg. Aen. IV, 116. XI, 314.

512. *genitis — inane est*] Codd. Vind. Cant. et editt. Brix. Ver. Ven. *genitus*, Cod. Brit. 1. *genitust*; Codd. Vind. Brit. 1. 3. Bodl. et editt. laudd. *inanes*, et in Cod. Brit. 1. et editt. Bon. Iunt. Ald. 2. *est* in fine versus plane desideratur; unde Wak. non sine specie veritatis con.: *genitum est in rebus inane*.

518. *tectum*, quod Wak. e sola edit. Bon. et collatt. Heins. recepit, comprobant etiam editt. Ald. 1. 2. et Iunt. Reliqui libri cum vulgaribus editt. *rerum*, quod quem idoneum sensum praebeat non video, quum contra receptam le-

ctionem optime congruere versui 515. cum Wakef. quisque videat.

521. *si nil esset*] sic Cod. Gott. cum omnibus editt. vett. praeter Iunt., quae cum reliquis libris Mss. praebet *siquidem nihil est*. (Nam quod in editt. Brix. Ver. Ven. pro *esset* legitur *est*, hoc receptae lectioni nihil detrudere puto.) Pro *vacaret* Codd. Lugd. 1. 2. *vocaret*, quare Wak. coni. *T. p. siquidem nihil est, quod inane vocaris*, quod tamen ipse censet lectioni vulgari postponendum.

522. *certa* hic et v. 527. Wak. recepit ex optimis libris. Vulgo *caëca*, quod praeter editt. Bon. Ald. 1. 2. Iunt. hoc loco tres modo Codd. Britt., in altero vero vix ullus Cod. exhibent. *Certus* autem hic, ut VI, 784. et alibi, a simplici *quidam* non differre videtur.

526. Voci *distinctum* editores contra libros adiecerunt *est*, quod Wak. primus omisit.

528. *pleno*] Gott. Vind. Bodl. *poena*. Poor. Brit. 1. 3. Cant. cum editt. Brix. Ver. Ven. *plena*. — *inane*] Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 1. 2. cum iisdem editt. *inani*; quare Wak. proposuit coni.: *plenom* — — *inani*, qua non opus videtur.

532. Iam adfuit hic versus supra 430.

534. *findi*, quod Wak. in *fundi* mutavit, retinui cum Eichst. (qui tamen, sibi non constans, in Indice *fundi* praeferre videtur.) Licet enim omnes Codd. tueantur Wak. lectionem; tamen a vulgari, quam praebent editt. Brix. Ver. Ven. Ald. 2., et comprobatur etiam lectio *scindi* in editt. Ald. 1. Bon. Iunt. obvia, tam parum discrepat, et per se tam insolens et inconueniens est, ut praeferri non mereatur.

537. *quo*] sic omnes omnino Codd. et vett. editt., quare recte Wak. restituit. Vulgo *quam*. Ceterum editt. Ver. Ven. *quaecunque*.

543. *nihiloque renata*] sex Codd. cum omnibus editt. vett. *nihilo quaesita*, quae varia lectio Wak. movit, ut coniiiceret: *nihiloque excita*, parum probabiliter. Imo Codd. optimorum Lugd. 1. 2. Gott. lectio *nihilo quae ranta*, et Cant. *nihilo quoque nata* vulgatam comprobant, et recte Lamb. provocat ad v. 675., cui et v. 758. addere potuisset.

544. *supra*] sic Wak. ex omnibus fere libris. Vulgo *supera* (ut III, 386. V, 1406. VI, 262. 505. 536 etc.)

548. *Suppeditare* Lucretius saepius absolute ponit pro *suppetere*. (Conf. I, 1039. II, 1138. III, 731. IV, 778.) Wak. laudat Quinct. Inst. Or. I. 1. (p. 22. Burm.) Tac. Hist. I, 1. et Graev. ad Cicer. Verr. V, 38. Adde Tac. Ann. IV, 4. XV, 11. Hist. IV, 40. 49. Drakenb. ad Liv. VIII, 13. §. 16. et alios haud paucos.

550. *aevom* edidi cum Wak. e Cod. Gott. (Sic supra v. 461. Cod. Brit. 2. pro *aevo* exhibet *aevum* i. e. *aevō*.) Conf. etiam ad II, 1094.

553. *materiai* prima exhibet edit. Iunt., quam sequitur Ald. 2., in quibus tamen omnis hic locus v. 552 — 562. infra demum post v. 584. insertus legitur. Ceteri libri omnes antiquiorem genitivi formam corrumpunt in *materiesque*, *materiaeque*, *materieque*, *materiam*. Proxime ad veritatem accedunt Lugd. 1. 2., *materiae* praebentes.

556. *finem*] sic Wak. reposuit e Codd. Lugd. 2. Brit. 1. Poor. et editt. Ver. Bon., quibuscum consentiunt Brix. Ven. Ald. 1. Non multum discrepat Gott. *sine*; sed 5 Codd. *finis*. Editt. Iunt. Ald. 2. *florem*, quae vulgaris lectio est, ex aliis Lucretii locis petita (vid. statim v. 565. III, 771. V, 845.) Recte Wak. receptam lectionem defendit similibus locis Virg. Geo. IV, 206. et Aen. X, 472. coll. cum Lucr. II, 1130. et omnem phrasin hic obviam sic explicat: „maturitatem suam, quam sibi natura praescripserit, complere.“

561. *Nunquam id relicuo*] Cum Wak. sequutus sum Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Brit. 2. Caut., quorum tamen duo posteriores *id* plane omittunt. Codd. Vind. Poor. Brit. 1. 3. editt. Iunt. Ald. 2. *Id nunquam reliquo*; editt. Ver. Ven. *Rel. id nunquam*, quod Bentl. probavit; ed. Bon. denique *Id rel. nunquam*. Wak. nihil aut parum interesse censet, quid ex his omnibus eligere velimus, in quo tamen ipsi assentiri non possum, quum mihi in omni Lucretii carmine unus tantum locus cognitus sit, ubi prima syllaba vocalium *reliquiae*, *reliquus* corripitur, III, 648.; contra vero adiectivum, plane ut nostro loco in quatuor syllabas solutum, etiam IV, 977. occurrat. Quare ceteras lectiones omnes correctiones habeo verioris et difficilioris, quam recepi. Ceterum non *reliquo*, ut priores editores, sed *relicuo* scribendum esse duxi. (Conf. Papirian. ap. Cassiodor. p. 229Q. P., quem laudat Schneid. Gr. Lat. I. p. 332. et vid. Turnebi Advv. XIX, 15.)

568. *fiunt* Wak. recepit ex omnibus fere libris. Vulgo, ut in editt. Iunt. Ald. 2., *fiant*. Tamen non video, cur Wak. post *fiunt* semicolon, quod vocant, posuerit, quum verba *aër*, *aqua*, *terra*, *vapores* in appositione addita sint vocabulo *omnia*, non vero cum versu sequenti arcte cohaereant, quem Wak. recte interpretatus est, ut statim videbimus.

569. *quomque* (quod in Codd. Lugd. 1. 2. invenitur) recte receperunt Lamb. Hav. Wak., quamvis plurimi libri *quaeque* praebant; *gerantur* autem, a Wak. editum, legimus in 6 Codd. et editt. Bon. Ald. 1., a quibus non dissentire videntur Iunt. Ald. 2., *geruntur* exhibentes. Hav. vulgatum

*gerantur* defendit, quod Wak. e lectione Ver. *generantur* ortum existimat. Omnem locum Wak. sic interpretatur: „Quocunque tandem pacto hae res molles existant, et quocunque demum vi negotia earum omnigena administrantur.“ (Conf. ad I, 130.)

572. Hunc versum affert Nonius III, 209. (p. 611. Goth.) atque Servius quoque ad Virg. Aen. VIII, 233. annotat., Varro-  
nem et Lucretium *silicem* genere masculino usurpare. (Conf. II, 449. V, 314. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 38. not. 8. Schneid. Gr. Lat. II. p. 112.)

574. Bentl. coni. *solidamenti*, offensus nimirum repetitis dictionibus *funditus fundamento*, quae tamen attentum Lucretii lectorem offendere non possunt. (Conf. infra ad. v. 814.)

Versus 578 et sex seqq., qui vulgo infra demum post v. 635. leguntur, a Wak. huc translati sunt Codd. Bodl. Gott. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et editt. Ver. et Bon. auctoritate, quem nos eo libentius sequuti sumus, quum Brix. quoque, Ven. et Ald. 1. hunc longe aptiorem versuum ordinem iuvare viderimus. Iunt. et Ald. 2. iam vulgatam rationem referunt, quam etiam Codd. Lugd. 1. 2. tueri miror.

579. *quaeque* Wak. ob Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et omnium editt. vett. auctoritatem recte restituisse videtur, qui explicat: „singula ea corpora, ex quibus res peculiariter constant atque efficiuntur.“ Hav. cum vulgaribus *quaedam*, quam lectionem faciliorem esse nemo negabit.

580. *superare* i. e. superesse; ut I, 673. 790. II, 751. Wak. laudat Virg. Aen. III, 339. (ubi Servium temere turbas *ciere* dicit) et Sallustii fragm. apud Gellium I, 22. Alios haud paucos locos Gesnerus cum reliquis lexicographis suppeditant.

586. *Crescundeis*] Wak. sequutus sum, qui difficiliorem lectionem *crescendis* restituit e Codd. Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 2. ad similitudinem v. 553.; vulgo *crescendi*, quod omnes editt. vett. exhibent. Idem Wak. praevit in lectione *tenendi* e Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Cant. Brit. 2. 3. recipienda, quibuscum conspirant editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2., in quibus iam vulgaris legitur *tuendi*.

587. Wakefieldi interpunctionem unice veram puto, quae verba per *foedera naturae* cum *sancitum*, non cum *queant* et *nequeant* coniungenda demonstrat.

588. Hunc versum Priscian. X, 9. §. 53. (p. 907. P.) sic affert: *Quod porro nequeas s. q. e.*, et tres postremas voces etiam Diomedes I. p. 368. commemorat.



590. *variae volucres non sunt varia genera avium, ut vulgo haec verba intelliguntur, sed aves pictae, variis coloribus ornatae.* (Conf. Wakef. ad h. l.)

591. *generaleis, i. e. proprias, suo generi prae aliis datas. Vind. genitaleis. — corpore]* sic Wak. cum plerisque Codd. et omnibus vet. editt.; vulgo ad constructionem magis usitatam *corpori*, quod praebent Codd. Brit. 2. 3. (Vide etiam III, 634.)

596. 597. *Iidem versus leguntur I, 77. 78. V, 90. 91. VI, 65. 66.*

598. *Scriptura totiens, quum hic et V, 329. optimis plurimisque nitatur Codd., ubique a Wak., restituta est, quem, a Prisciano XVII, 5. fin. (p. 1055. P.) et Mario Vict. p. 2469. edocti, sequuti sumus.*

600. 601. *Locus, ut mihi quidem videtur, ab editoribus temere vexatus, quum plurimorum librorum lectiones, quas recepi, etsi non facillime, tamen possint explicari. Primum igitur quod varr. lectt. attinet, verbum est, quod vulgaribus editt. abest, iam Wak. recepit e 6 Codd. et vet. editt.; quodque autem, quod restitui, exhibent Codd. Bodl. Vind. Brit. 3. cum omnibus editt. vet., quibus proxime accedit Codd. Lugd. 1. 2. Gott. lectio quoque, (nisi forte uterque Lugd. et ipse praebet quodque; Hav. enim hic parum sibi constat in eorum lectione afferenda). Vulgo cuiusque, nullo, ut videtur, libro addicente; Wak. quoique e coniectura, qui et aliam addit in quoque. V. 601. illius quod habent 8 Codd. et omnes editt. vet., quare Wak. quoque sic edidit; illud quod Cod. Bodl.; vulgo est aliquod, contra omnium, ut puto, Codd. vestigia. Wak. denique, ne plurimorum librorum lectio quodque in priori versu temere mutetur, tertiam suadet con. quodque cac. corporis ullius, qua tamen, etiamsi illud quodque defendamus, facile supersedemus. Omnem enim locum, ut a me constitutus est, sic explicō: Quia quodque cacumen, (sive ultimum illud vel extremum cuiusvis rei „punctum, ad quod ubi deventum est, nulla amplius sectio datur,“ ut satis recte explicuit Faber) illius corporis est (i. e. corpore eiusmodi naturae constat, quoad naturam corpoream tale, nimirum tam pusillum est), quod (corpus) sensus cernere nequeant (i. e. ut sensus non amplius id cernere possint), id (cacumen) sine partibus exstat etc. Est igitur mihi quidem non per ad-est, exstat interpretandum; sed simplex copula logica videtur, verba autem illius corporis non cum reliquis editoribus pro in illo corpore posita, sed genitivum qualitatis, quem vocant, habeo, quia aliter nec quodque, nec illius commode potest explicari. Ceterum minimis illis partibus rerum, quae amplius dividi non possint, i. e. atomis, primordiis ipsis, cor-*

pus et corpoream naturam sic adscribi, neminem offendet, qui meminerit, quoties haec primordia ipsa a poeta nostro corpora et corpuscula nominentur. His expositis nihil restat, quam ut, quibus haec mea explicatio minus satisfaciatur, commendem Wakefieldi coniecturam *quodque cacumen corporis ullius*, qua tamen nondum omnis difficultas tollitur.

605. Versus in Codd. varie corruptus. *Est desideratur* in Cod. Lugd. 2., *ipsum* in Cod. Brit. 2., *pars* in Codd. Lugd. 2. Bodl. Vind. Brit. 3. et omnibus editt. vett. Pro *ima* Lugd. 2. habet *una*, et *est* in Cod. Bodl. et editt. Brix. Ver. Ven. in *sunt* mutatum. Edit. Ald. 1. cum Bon. versum sic exhibet: *Alternis quoniam sunt ipsum primaque et ima*, quae ratio Wak. verissima videtur. In Iunt. et Ald. 2. sic legimus: *Alterius quoniam est ipsum: primae quoque et imae*. Sed omnibus perpensis in vulgata lectione acquiescendum putavi.

609. *unde queant nulla*] sic Wak. e Codd. edidit; vulgo sine Codd. auctoritate *ut nequeant ulla*, fortasse quod in paucis quibusdam libris (Lugd. 1. 2. Gott. Brit. 2. 3. Poor.?) *ulla* legitur.

616. Superlativus *parvissimus* nostro, qui saepius tamen utitur altera forma *minimus*, usurpatur etiam I, 622. et III, 200.; ut Varroni apud Nonium VI, 43. (p. 740. Goth.) Festo in v. Spara, Vegetio de re mil. I, 8. aliisque senioribus. (Conf. quos laudat Ruddim. Inst. Gr. I. p. 173. not. 28.)

619. *praeфинiet*] sic Wak. cum Cod. Lugd. 2. Gott. Vind. Brit. 1. 3. Cant. et omnibus editt. vett. Hav. cum vulgaribus *perфинiet*.

620. *escit* i. e. erit, lectio, quamquam a paucis tantum libris Mss. Lambini, Lugd. 2. et, si Wak. silentio fides est, Cant. suppeditata, unice vera; plerique Codd. et omnes vett. editt. *esset*. Antiquior haec forma, ex epico illo *ἔσζον* orta, in Legg. XII. Tabb. saepius legitur, unde v. c. Gellius eam affert N. A. XX, 1.; pariterque pluralis *escunt* in veteri lege apud Cic. de legg. II, 24. §. 60. invenitur. Festus autem non solum formam *escit*, sed etiam composita *obescit* et *superescit* ex Ennio et Attio laudat. (Conf. Interpp. ad nostr. loc., Gifanii Index s. v. *escit*, et Columna ad Ennium p. 60. Hess.)

621. *Nil*] sic omnes Codd. et vett. editt., nisi quod Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Brit. 3. *δυσσυνλλάβως* nihil praebent, quam formam more suo Wak. recepit (vid. ad v. 156.); vulgo contra libros *non*. Vulgaris lectio *distent* me invito in contextu servata est, quum singularis *distet* a Wak. receptus, in omnibus libris inveniri videatur; Havercampi enim silentio, ex quo Codd. Lugd. 1. 2. vulgarem tuerentur, non plenam fidem habuerim. Singularem enim in eiusmodi con-

structione disiunctiva, ubi utrumque oppositum per se cogitari et cum verbo coniungi potest, etiam locum habere, res est notissima. Non erat igitur, quod Wak. de „absoluto“ usu verbi *distare* loqueretur, et locum Hor. Ep. I, 17, 44., cuius prorsus alia est ratio, cum nostro compararet.

624. *Quod i. e. secundum quod*; vid. ad v. 222.

629. Quum in omnibus libris Wak., quibus addere possum cunctas editt. vett. legatur *si*, ille vir doctus non sine maxima specie veritatis conii. *si — — non suesset*. Sed quum hic etiam Hav. de aliqua suorum Codd. varietate prorsus sileat, recte mutatione illa in contextu Wak. abstinuisse videtur.

632. Religionem habui, omnium, quotquot collati sunt, Codd. et vett. editt. lectionem *nullis*, a Wak. receptam et ab Eichst. servatam, rursus deserere; fateor tamen, Wakefieldi explicationem, ex qua Lucretius, „opponat atomis, vel minimis corporibus, ea, quae grandiuscula sint et tamen simplicia, nullis nempe aucta partibus, sed gignendis rebus minus apta, quum creatio non fiat, nisi ex corporibus, grandioribus illis quidem, sed quae ex minimis primordiis coagmententur, atque in eadem resolvi possint,“ parum mihi satisfacere, et Lambini coniecturam *multis*, Fabro, Creechio et Hav. probatam, certe longe faciliorem et ampliorem praebere sensum. Gifan. suspicatus est, Lucretium scripsisse *quae ullis*, idque, ut hiatus tolleretur, in *nullis* mutatum esse; qua in re me non habet assentientem.

635. *quos*] sic Wak. e Cod. Brit. 2.; idemque velle videtur lectio *quas* in Codd. Lugd. 2. Vind. Bodl. Brit. 1. et editt. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; vulgo *quae*, ut in Codd. Lugd. 1. Cant. Brit. 3. et editt. Iunt. Ald. 2.

Vss. 640. 641. a Festo afferuntur s. v. *Quamde*, de qua coniunctione, fere Graecorum ἤπερ respondente, atque etiam III, 794. et V, 138. obvia, praeter hunc Grammaticum, (in cuius loco pro *Livio* legendum esse *Ennium* post Merulam ad Ennium p. 216. ostendit Osann. in Anal. crit. c. 2.) conf. Faber ad h. l. et Planck. ad Ennii Med. p. 87.

645. *fucata sonore*] Cod. Brit. 2. *colore*. Wak. male conii. *dulcata sonore*.

650. *totus super ignis* cum Fabro et Hav. (a quibus non dissentire videtur Wak.) explico: omnis ignis, qui superest, i. e. reliquus ignis. Lamb., Gifan., Turnebus (*Adverss.* XIX, 15.) Vossius (de anal. II, 25.) *super* pro *superus*, i. e. aetherius, coelestis accipiunt, quod in hunc locum non quadrat. *Super* autem a Romanis, ut a Graecis πρὸς, saepius adverbialiter poni constat. Wak., quod Graecos attinet, nos

ablegat ad interpp. Luciani Hermet. c. 61. et suam Silv. Crit. II. p. 54.; de Latinis vero conf. Drakenb. ad Liv. IV, 58. Schott. ad Val. Flacc. VIII, 435. et interpp. ad Virg. Aen. III, 489. In iis vero locis, ubi verbum *esse* adiectum legitur, ut Virg. Ecl. VI, 6. Nep. Alcib. 8. aliisque, tmesis potius statuenda videtur.

652. Locus varietate lectionis vexatissimus. Vulgatam, quam cum Hav. Wak. Eichst. retinui, tuentur Codd. Pii, Lugd. 1. Cant. cum edit. Iunt. Ald. 2., atque eo minus de ea dubitandum, quum Lucretius eiusmodi tmesin inserta copula *que* effectam saepissime adhibere soleat (v. c. II, 301. 394. IV, 564. 888. 1145. 1246. V, 1267. VI, 456. 1263 etc.) Reliquae vero lectiones aut sensui aut metro repugnant, praeter hanc: *disiectis sequeparatis*, quam, a Cod. Poor. et edit. Ald. 1. et Bon. suppeditatam, Wak. fortasse veram dicit. At *dissupare* certe vox Lucretio satis usitata, (conf. I, 351. II, 210. 1003. IV, 874. VI, 163. 181.) *separare* autem nusquam in eo comparet.

654. Hunc versum legere potes apud Nonium II, 887. (p. 588. Goth.), qui cum Codd. Poor. et edit. Ald. 1. et Bon. pro *nedum* exhibet *necdum*. Ceterum vox insolens *variantia*, aliis scriptoribus non usitata, recurrit III, 319.

655. Quum in Codd. Bodl. Brit. 1. 2. 3. et edit. Brix. Ver. Ven. *Tantaque accensis*, in Cant. vero *Tanta quidem accensis* legatur, et insuper hic liber cum edit. Ver. Ven. *esset* praebeant pro *esse*, Wak. hunc versum duplici, at pariter superflua, vexavit coniectura *T. quit ex densis* et *T. quidem ex densis* — — *esset*.

656. *Id quoque*, absolute, ut supra v. 222. 624. et saepius. Hanc autem omnium librorum lectionem Wak. restituit; Hav. cum vulgaribus *Atque hi*.

658. *inesse*] sic Wak. ex edit. Ver. et Bon., quibuscum conspirant Ven. Ald. 1. et varr. lectt. Iuntinae; haec editio ipsa autem cum Ald. 2. consimili *multi*, libri MSS. aut *mu* aut *musae*, (ut etiam Brix.) unde editores fecerunt *mussant*, in fine versus sequentis proprio Marte copulam et infercientes. Nos editionibus vet. obsequendum esse duximus.

660. *vera viai*] „ Similiter Virg. Aen. II, 332. *angusta viarum*.“ *Wak.* Vid. quae annotavimus ad v. 87.

661. *exemptum* praebent Codd. Bodl. Brit. 1. 2. 3. Cant. et edit. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon., *inane* autem Codd. Lugd. 1. 2. Gott Bodl. Cant. cum iisdem edit., quos libros iure sequitur Wak.; Hav. cum vulgaribus edit., *exempto rebus inani*, ut iam in edit. Iunt. Ald. 2. legitur. *Rebus* in omnibus libris Mss. apparet, et illud *exempto* in Codd. Lugd. 1. 2.

Gott. recte Wak dicit nihil aliud videri, quam *exemptō*, i. e. exemptum antiquiori ratione scriptum.

663. *raptim* praeter Lambini quosdam Codd. exhibent Brit. 3. editt. Ald. 1. Bon. et cum his Lamb. Hav. Wak., Codd. Vind. Brit. 2. et editt. Brix. Ver. Ven. *raptum*, ceteri libri Mss. *raptis*, editt. Iunt. et Ald. 2. ex Marulli coniectura *natum*, ceteris tamen varr. lectt. in illa commemoratis. Sed de vulgari lectione non videtur dubitandum, quum Lucretius haec adverbia in *im* desinentia in deliciis habeat. (Conf. ad v. 21.)

666. *ulla*] sic recte editores post Avancium omnes, licet plurimi Codd. et priores editt. *una*, Lugd. 1. 2. et Gott. *mia* praebeant, in quibus aliquid verius latere cum Wak. vix putaverim. De forma *potesse*, quam etiam II, 225 et 1010.prehendimus, (ut apud Plaut. Aul. II, 4, 30. Cist. I, 1, 32. Ter. Eun. IV, 3, 24. etc.) praeter Lamb. et Wak. ad h. 1. conf. Columna ad Ennium p. 111. Hess. (Vid. supra ad v. 453.)

667. Revocavi cum Eichst. vulgarem lectionem, quam Wak. e Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Cant. (quibuscum sane vett. editt. consentiunt) in *coetus* mutaverat, satis artificiose verba *igneis in coetus ὄφ' ἔν* pro *ignes collecti* accipiens. Sed quum illud *s* facillime e voce sequente adhaerescere potuerit, vulgatam, a Codd. Bodl. Brit. 1. 3. et Lambini, ut videtur, libris Mss. suppeditatam, praetuli, quae eundem illum sensum longe faciliori modo continet. — *stingui*] vett. editt. *stringi*, minus bene. (Conf. II, 828. IV, 1094) *Mutare* exhibent Codd. Vind. Cant. et edit. Iunt., quam Naugerius in Ald. 2. et recentiores editores post Lambinum recte sequenti videntur. Ceteri libri Mss. et priores editt. *musare*, *mussare*, *masare*, quam postremam lectionem nonnulli editores receperunt et per *consolidare* explicarunt, quod quomodo hic aptum locum habeat, non video; contra verbum *mutare* aperte defenditur v. 671.

668. *nulla* recte Wak. restituit ex omnibus Codd. et edit. Ver., cum qua conspirant Brix. et Ven.; vulgo *ulla*, ut in Iunt. et Ald. 2.; Ald. 1. et Bon. *una*. Scilicet *nulla parte* cum *reparcent*, non cum *facere* coniungenda sunt, ut sensus sit: si igitur nulla ex parte, nullo modo abstineant hoc faciendo, i. e. credendo, ignes collectos extinguere, et corpus mutantem in aliam naturam transire posse etc. *Reparcare* enim significat *abstinere* et praeter hunc locum non nisi his legitur apud Plaut. Truc. II, 4, 25. et Symmach. Epist. I, 33. (vid. Wakef.), quare non mirum est, lectioni *reparcent* in Lugd. 2. et Pii Codd. *receptant*, in editt. Ald. 1. et Bon. *pararent* substitutum esse; *facere* autem non solum in impe-

rativo (ut II, 485. etc.) sed aliis etiam in modis Lucretius usurpat pro *sumere*, *putare*. (conf. I, 748. III, 891. IV, 826. etc.)

Vss. 670. 671. dogma continent Epicuri, tam certum et definitum, ut saepius prorsus iisdem verbis recurrat. (Vid. I, 792 s. II, 753 s. III, 518 s.)

673. *ollis* scil. ignibus v. 667. commemoratis. Sic autem Wak. restituit ex auctoritate Codd. Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 3. et editt. Ver. Bon., quibus addo Brix. Ven. Ald. 1. 2. Iunt.; vulgo *olli*.

675. *virescat*] Codd. Lugd. 1. 2. Gott. *vivescat*, quare Wak. coni. *vigescat*.

681. *discedere* edendum curavi, quia sic diserte exhibent Cod. Vind. cum editt. Iunt. et Ald. 2., omnium vero reliquorum librorum lectio *descendere* magis receptae favere videtur, quam vulgari *decedere*, a Wak. quoque et Eichst. servatae, quamquam in uno tantum libro Lugd. 2. a manu prima scripta invenitur. Sensus autem non fit deterior, quam Lucretio, ut aliis etiam scriptoribus, *discedere* haud semel pro simplici *decedere* dicatur, ubi de habitu in diversas partes cogitari nequeat, (ut III, 973.), hic vero primaria quoque verbi significatio locum habere possit. Omnium minime vero Wak. locum Suetonii Oth. c. 11., quo pariter *discedere et abire* rectissime copulantur, coniectura *decedere* vexare debuisset.

682. *alio attribui*, i. e. in alio loco addi, ut recte Wak. explicat, qui e Codd. Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 2. et editt. Ver. Bon. (quibus ceterae editt. vett. assentiuntur) *alio* restituit pro vulgari *alia*.

683. *tantum* in contextum recepi ex omnibus editt. vett., quibuscum conspirant Lambini Codd. quidam et Brit. 1. 2. Poor. Ceteri libri e correctione, ut videtur, *tamen*. Difficilior autem illa lectio, quam librarii non intellexerunt, hunc sensum praebet: Etiamsi ignea primordia omni modo mutarentur et nil nisi igneam naturam suam retinerent, iam hoc unum, quod ignea essent, sufficeret ad impediendum, quominus ex iis alia, quam ignea, corpora orirentur.

684. *crearet*, scil. ardor ille, naturam materiae generatricis efficiens. Sic autem Wak. recte reposuisse videtur e Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 2. et editt. Ver. Bon., a quibus reliquae vett. editt. non dissentiunt; vulgo *crearent*, scil. corpora ignea.

688. Wak. *similata* scripsit, quam antiquiorem, ut arbitratur, formam in Codd. Bodl. Brit. 3. et editt. vett. invenit. Sed quum apud Grammaticos veteres nullum verbi sic

scripti vestigium reperiatur, atque plurimi et optimi Codd. scripturam *simulata* tueantur, hanc vulgarem rationem sequutus sum.

690. *adiectu*] „Hoc substantivo Vitruv. IX, 9. usus est.“  
*Wak.* Apud nostrum redit IV, 675.

692. Bentleius coni. *Re. vera*, idonea causa destitutus.

693. Non magis probanda est Wakefieldi coniectura *perdeliri*, quod in *perdelirū* mutatum et sic in vulgatam abiisse putat, nulla alia de causa, quam quod in Codd. Bodl. Brit. 1. et editt. Ver. (Brix. Ven.) *perdelirus*, in Brit. 2. *delixus* legitur. De vulgata tamen non dubitandum esse, iam v. 699. docet.

698. *quae nilo*] sic *Wak.* cum Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Cant. Ceteri Codd. omnesque editiones vett. *nihilo quae*, ut vulgo editur; quia librarii non cogitarunt *nihilo τρισηλλάβως* scriptum *δισσηλλάβως* pronuntiandum esse. (Ceterum vid. *quae* ad v. 156. diximus.)

701. *quī* *Wak.* restituit e Codd. Lugd. 1. 2. Vind. Cant. Brit. 1. 3. Poor. et editt. Ver. Bon. (quibus assentiuntur Brix. Ven. Ald. 1.); Iunt. et Ald. 2., ut vulgares editt., *quo*; sed antiquior forma haud dubie praestat, de qua, pro *quomodo* posita, praeter alios conf. Prisc. XV, 3. §. 15. (p. 1011. P.) et Ramsh. Gr. Lat. p. 494. not. 4.

704. *summam*] Cod. Lugd. 1. *ignem*; in Lugd. 2. et Gott. vox plane desideratur, quare *Wak.* corruptelam aliquam, quam non tollendam speres, latere arbitratur.

706. 707. vid. 636. 637.

710. *ipsum*] Edit. Ver. *ipsam*, Ven. Ald. 1. Bon. *ipsas*; quare *Wak.* locum etiam sic constitui posse censet: — Fingere res, *ipsam* per se terramque creare etc.; sed nihil mutandum existimo.

712. *longei derrasse*] sic *Wak.* edidit, Codd. Lugd. 1. et Cant. sequutus, a quibus non valde discrepat Lugd. 2., *longique derrasse* exhibens; Bodl. *longeque emissa*; ceteri Codd. et omnes vett. editt. *longeque errasse*, ut vulgo. Formulam *longi deerrant* comprobare videntur II, 740. III, 464. IV, 1100. et similes loci; compositum vero verbum *deerrare* vid. etiam III, 873.

716. Hic versus bis affertur a Servio, sed neutro loco satis accurate; ad Ecl. VI, 32. enim sic eum legimus: *Ex imbri, terra atque anima nascuntur et igni*, ad Aen. I, 123. vero hoc modo: *Ex igni terraque animalia nascuntur et imbri*; quare Burmann. ad Lucan. IX, 921. nostro in loco *nascuntur* praeferre videtur; sed Codd. et vett. editt. consensus potior esse debet. *Anima* autem pro *aëre* positum, ut alibi

pro vento, (conf. Nonius IV, 2., Virg. Aen. VIII, 403. et nostrum V, 237. laudans, ubi Wak. comparat Hor. Od. IV, 12. et Auson. Idyll. VIII, 8., quibus alia sat multa exempla lexicæ addunt, nescio, an etiam Ennii locum a Varrone R. R. I, 4. suppeditatum, ad quem vid. Columna p. 172. Hess.); *imber* autem, ut saepius, omnino pro *aqua*, *humore* usurpatum, (conf. I, 784. 785. VI, 149. 1167. Virg. Geo. IV, 115. Ovid. Heroid. XVIII, 104. id. Am. II, 15, 23. etc.)

717. *Agragantinus*] sic omnes Hav. et Wak. Codd., a quibus non valde discrepant edit. Ver. Ald. 1. 2. Iunt., *Acragantinus* exhibentes, ut Hav. excudi curavit; Brit. 2. et edit. Brix. *Agrigentinus*; vulgo *Acragentinus*.

718. Vox *triquetrus*, quæ hic penultimam corripit, hæc syllaba producta recurrit IV, 655. Orellius, qui in Eclogas poët. Lat. p. 7. ss. Lucretii locum I, 706 — 749. recepit, affert Quinct. I, 6, 30., docentem, quaerere nonnullos, utrum Triquetram an Triquedram Siciliam dici oporteat; ab ἔδορα nimirum, an a quadra, ut Spalding. observat. — *gessit*] „i. e. εἶχε, habuit, possedit; conf. II, 734. (735.) IV, 49. VI, 847. (848.) Virg. Geo. II, 122.“ *Wak.* Adde Ennium p. 150. et 188. Hessel. Virg. Aen. I, 315. Ovid. Am. III, 4, 19. Curt. III, 2. 3. etc.

719. *amfractibus*] „an litoris, an maris?“ quaerit Bentleius, et Wak. de maris Ionii amfractibus explicandum esse demonstrat, pluribus veterum scriptorum locis comparatis, quibus adde Lucan. V, 416. Orellius laudat Passow. ad Tac. Germ. I. p. 83. de voce *sinus* disserentem, cuius eadem sit ratio.

720. *Ionium glaucis*] Edit. Iunt. *Ionio et Libycis*. Wak. coni. *raucis*, male. *virus*] duo Codd. Lambini, Vind. Bodl. Brit. 1. 3. Poor. et omnes edit. vett. *littus*; sed meliores libri eo magis audiendi, quo saepius Lucretius voce *virus* pro salsa maris aqua utitur (vid. II, 476. V, 270. VI, 636.). Non satis recte autem Ruddim. Inst. Gr. II. p. 267. not. 16. extr. hunc locum iis adnumerare videtur, ubi „praepositio a vel ab ad instrumentum vel modum exprimendum adhibeatur.“ Hic enim verba *glaucis ab undis* locum significant, unde virus litori adspersitur.

721. Hunc versum laudat Prisc. I, 6. §. 35. (p. 554. P.), ut demonstret, antiquos *fretu* dixisse pro *freto*; nam antiquitus etiam substantivum quartæ declinationis *fretus* in usu fuisse, docent alius quoque Lucretii locus VI, 364. Nonius III, 92. Gellius XIII, 20. Sosip. Charis. p. 103. Putsch. Arnob. I. p. 36., quos commemorat Wak. (Conf. etiam de hoc et similibus vocabulis abundantibus, quæ dicunt, Ruddim. Inst. Gr. I. p. 167. not. 2. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 481.) Ce-



terum non erat, cur Wak., verbo *undis* his posito offensus, hunc versum coniectura parum felici *ulnis* sollicitaret.

722. *Aeoliae*] sic Hav. et Wak., praesennte aliquo viro docto apud Creechium, vestigia Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Brit. 3. *Haeliae* praebentium sequenti; ceteri libri Mss. cum omnibus editt. vett. *Italiae*, ut vulgo editur. *Terrarum* autem, quod iidem editores receperunt, in omnibus Codd. et editt. vett. legitur; vulgo *terrai*.

725. *eruptos*] Cod. Cant. et prisci Pii Codd. *eructos* pro *eructatos*, quod Gott. exhibet, perperam. *vis ut vomat*] Lambini lectionem, quae Wak. quoque verior videtur, restituendam putavi, quum tres optimi Codd. Lugd. 1. 2. Gott. praebent *vis ut omniat*, in Cod. Bodl. vero atque editt. Brix. Ver. Ven. (nam Ald. 1. falso addit Gerardus) *ut* prorsus desideretur, et Lucretius etiam VI, 829. simplici *vomere* utatur. Hav. Wak. cum vulgaribus editt. *ut vis evomat*.

726. *ferat*] Editt. Ven. Ald. 1. Bon. *ferant*. Wak. coni. *fremant*, temere.

731. „*carum*; i. e. nihil habuit haec insula, quod magis in deliciis generi humano sit. Putidum est, vel ob praecedens *praeclarium*, commentum Fabri *clarum*.” Wak.

734. Conf. V, 8. 52., ubi Epicurus magis etiam, quam hic Empedocles, laudibus ad coelum usque tollitur et dei similis praedicatur.

736. *egregie* noster hic et III, 205. pro *valde* usurpat, ut Ennius p. 128. Hess. Terent. Andr. I, 5, 38. Heaut. III, 1, 11. (ubi tamen Brunk. et Both. *egregio*) Cic. de Orat. I, 45. II, 66. id. Brut. 9. in. Auct. ad Herenn. III, 22. Gellius XX, 1. 5. 13. etc. (vid. Wak. ad Lucr. II. cc.)

740. *tripode ex*] Lugd. 2. Cant. *tripodi ex*; Poor. *tripodis ex* (si Wak. recte intelligo); Vind. Bodl. Brit. 2. 3. editt. Brix. Ver. Ven. *tripodis* omisso *ex*; Lugd. 1. *tripode a*. Nihil latere arbitror, nam Lucretium ablativum vocis *tripus* in *i* terminasse, ut in multis aliis substantivis tertiae declinationis, de quibus alio loco dicetur, vix crediderim.

746. *admiscere in* legimus etiam I, 570. III, 821. V, 366., ut simplex verbum *miscere* cum *in* construitur VI, 942. et alibi.

752. *quod*] Codd. Bodl. Cant. Brit. 1. Poor. cum editt. Ver. Iunt. Ald. 2. *quae*, quem pluralem Bentleius praefereendum censuit, quia alias legendum esset *habet*. Sed recte Wak. vulgarem tuitus est, cuius sensus est: extremum illud cacumen, quod corpora habent, et quod cernere non possumus.

754. *quoniam*] sic Wak. cum Codd. Lugd. 1. Bodl. Cant.

Brit. 1. 2. 3. et omnibus editt. vett.; Hav. cum vulgaribus editt. *quod iam*.

756. Retinui vulgarem *atqui*, licet Codd. modi dicti, quibus accedit Ms. Poor. cum editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. omnibus, exhibeant *ut qui*, quod quomodo locum habere possit non video.

758. *vigescere* Wak. recepit e Codd. Lugd. 1. Bodl. Vind. Cant. Brit. 1. 2. 3. et edit. Ver., a qua non discrepant Brix. Ven. Iunt. Ald. 2. Ceteri libri, ut vulgo, *virescere*, quod Wak. e v. 675. interpolatum iudicat.

759. *habebās*] Codd. Vind. Bodl. Cant. Brit. 2. 3. cum omnibus editt. vett. *habebis*, quod fortasse praefendum; optio certe difficilis.

762. Rectissime Wak. e contextu removit Lambini, ut videtur, commentum *coorta*, quum omnes omnino libri Mss. et vett. editt. *coacta* praebeant, quam lectionem defendunt etiam loci similes V, 955. VI, 211. 212. 464. 735. etc. et Lucan. VII, 395., quem laudat Wak.

768. *Alternis*] Codd. Bodl. Vind. Cant. Brit. 1. 2. editt. Brix. Ver. Ven. *Aeternis*, *perperam*.

771. *aërias auras*] Eadem verborum coniunctio, quam Isidor. Orig. XIII, 11. (p. 1149, 20. Goth.) e Lucretio commemorat, invenitur etiam IV, 934. et V, 502. — *roremque liquorum*] Codd. Brit. 1. 3. edit. Iunt. et varr. lectt. exemplo Dresd. edit. Ver. adscriptae *liquoris*, ex usitato Lucretii more, qui praeter hunc, non nisi uno loco (II, 398.) plurali huius verbi utitur (conf. infra ad I, 1083.); *ros* autem, ut aliis, sic nostro etiam saepius pro simplici aqua usurpatur (I, 497. 777. IV, 438.) Vid. Broukh. ad Prop. II, 20, 2. aliique.

774. *cum*] sic Wak. cum Codd. Lugd. 1. Bodl. Vind. Cant. Brit. 1. 2. et omnibus editt. vett.; Hav. cum vulgatis editt. *quid*. — *arbos*] de hac antiquiori forma, Lucretio satis usitata (conf. e. g. VI, 208. 786. 1073. 1131. 1186., non autem VI, 1258., ut suo loco videbimus) vid. Schneid. Gramm. Lat. II. p. 58. et qui hic laudantur viri docti. Ceterum sine causa idonea Wak. coni. *Non animas ex non anima*.

775. *in coetu*] Codd. Lugd. 1. Vind. Brit. 2. Cant. et editt. vett. praeter Iunt. Ald. 2. *in coetum*.

777. Wak. sequutus edidi hunc versum, ut in omnibus Codd. et vett. editt. legitur, nam in Brit. 2. *quondam* vice *quodam*, et Lugd. 1. *manare* pro *manere* inveniri; nullius est momenti. Attamen librorum consensui hic quidem non multum tribuendum, quorum lectionem corruptam esse vix possit dubitari, quum omnis locus et inprimis v. 770 s. demonstrare videantur, hic etiam quartum elementum, ignem di-

co, non potuisse reticeri. Quod perspicuus Lamb. iam coni. *atque ardor* loco *vocularum et quodam*, quae coniectura lectio vulgaris facta est; Wak. vero duas addit coniecturas *et quodam cum rore vapores atque et calidum cum rore manere*, quarum neutram Lambinianae praetulerim.

779. *caecam*] Cod. Brit. 2. *ceram*, quod Wak. pro *certam* positum, eamque genuinam putat Lucretii scripturam; imo illud *ceram* e *cecam*, ut vulgo in Codd. vox illa scribitur, corruptum est. Miro modo edit. Brix. veram falsamque lectionem confusam exhibet: *cecam cueramque*.

780. *Emineat*] Codd. Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 1. 2. Cant. editt. Brix. Iunt. *Demineat*, Cod. Brit. 3. et varr. lect. edit. Iunt. *Diminuat*, editt. Ald. 1. Bon. *De numero*, editt. Ver. Ven. *Denumerot*, Cod. Bodl. *Denumerat*; Wak. coni. *De numero ne sit, quod* etc.

784. Codd. Bodl. Poor. Brit. 1. et editt. Brix. Ver. Ven. (nam Gerardum, qui Ver. et Ven. negligenter hic inspexerit, etiam Brix. neglexisse, non temere sumseris) *ignem* pro *imbrem* exhibent; ut v. 785. Codd. Lugd. 1. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. cum iisdem editt. *igni* pro *imbri*.

787. *mutare*, absolute pro *se mutare*. Conf. ad v. 398.

788. *A coelo*] sic Wak. cum Codd. Gott. Bodl. Vind. Brit. 1. 2. Cant. et editt. vett. omnibus praeter Iunt. Ald. 1., in quibus iam vulgaris lectio *De* conspicitur.

789. *facto*] Codd. Britt. 1. 2. Cant. et editt. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *pacto*, quae vulgaris lectio est. Recte tamen Wak., pluribus et melioribus libris obsequutus, elegantiore scripturam restituit. Conf. etiam I, 941.

795. *In commutatum* i. e. in commutationem. Vid. ad I, 385.

796. *usquam*] sic omnes membranae et vett. editt., quare recte Wak. restituit. Hav. cum vulgaribus *unquam*.

799. „ Bentl. legendum proponit *ignem ut si forte cr.*, sed infeliciter. Constructio sic se habet: Hac natura corpora constituas; eadem *scilicet*, si forte creaverint ignem, posse etc. “ *Wak.*

801. *auras* retinui, quod Wak. e Cod. Bodl. et editt. Ver. Bon., quibus sane assentiuntur Brix. Ven. Ald. 1. Iunt., gratiae varietatis causa in *auram* mutavit. Sed melioribus libris obtemperandum duxi.

806. Affert hunc locum (simul cum Virg. Aen. VI, 421. Lucan. X, 58. Iuven. XV, 102.) Prisc. VII, 14. fin. (p. 768. P.), ut demonstrat, vetustissimos Latinos etiam in nominibus tertiae declinationis ad quintae rationem ablativum interdum produxisse; quod, etiamsi non de licentia illa, quam

arsis et caesura secum ferunt, cogitari liceat, propterea iam offendere non potest, quia iidem ablativi etiam in i terminabantur, atque in veterrima latinitate *i* et *e* fere eadem litera fuisse, et medio aliquo sono, vix aliter ac diphthongus *ei* pronuntiata esse videntur. (Conf. Schneid. Gr. Lat. II. p. 238. coll. cum I. p. 13 ss.) E Lucretio praeterea huc referendi loci III, 732. et VI, 695.

810. *Adiuvet* recepi e Codd. Vind. Brit. 2. 3. et editt. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; Ver. et Ven. *adiuverint*; ceteri libri *adiuvat*, ut omnes editt. recentiores. Quod enim Preig. et Wak. dicunt, indicativos v. 805 ss. praegressos hic etiam modum indicativum flagitare, hoc me non movet, ut tot librorum auctoritatem nihili faciam, imo illos indicativos hic potius mutandae lectionis ansam dedisse putaverim. Quum autem voce *Scilicet* interposita inde a v. 809. nova incipiat sententia, quae non amplius obiectionem adversarii, sed auctoris ipsius verba continere videatur, commode hic subiunctivus sequi potest, etsi indicativus praecesserit.

814. *multimodis*, adverbialiter positum, exhibent Codd. Lugd. 2. Bodl. Vind. Brit. 1. 2. Cant. et omnes editt. vett. Hav. Wak. Eichst. Ceteri libri et Lamb. *multa modis*. V. 815. autem Hav. et Wak., Preigero suadente, e Codd. Lugd. 2. et Gott. recte receperunt *multa*, quamvis *mixta*, in reliquis libris omnibus appareat; nam valde amat Lucretius voces eiusdem significationis cumulare, qua verborum abundantia vis sententiae adaugeatur; (conf. I, 969. II, 1060. V, 337. 1429. etc.; quod aliis etiam scriptoribus placuisse docent Markland. ad Stat. Silv. p. 195. et Heyn. Observv. ad Tibull. I, 7, 14. a Iahnio ad Virg. Aen. VI, 310. allati); cui accedit, quod in primis eiusdem vocis *multus* his terve positi concursus in deliciis nostro fuisse videtur. (Vid. I, 824. 1023. II, 115. 654. 695. V, 188. 423. et sic porro.) Graecis hoc in primis in voce *πᾶς* et coniugatis usitatum fuisse, Wak. ad h. l. docet.

824. Mira hic reperitur varietas, quum Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. Gott. Vind. Brit. 2. 3. et editt. Ver. Ven. pro *verbis* exhibeant *bellis*, quod etiamsi I, 413. 644. 932. 944. II, 529. III, 420. 421. IV, 181 ss. VI, 82. 92 ss. aliisque locis comparatis; in quibus poeta noster non mediocrem de se prodit opinionem, cum *versibus* constructum defendere velimus, tamen in colloccatione verborum vehementer offendamus necesse est. Vulgaris autem, quam praeter Codd. quosdam etiam Brix. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. editt. praebent, defendit locus parallelus II, 688 ss., ubi locus noster, sine hac varietate lectionis, ad verbum repetitur.

823. *At*] Cod. Lugd. 1. et edit. Ver. Ven. *Atque*; „nempe Lucr. fortasse scripserat, alio cum ordine verborum, *At quae sunt rerum.*“ *Wak.* Quod illius variae lectionis causa vix putaverim.

830. Servius ad Aen. IV, 625. hunc versum ex memoria sic laudat: *Nunc ad Anaxagorae veniamus homoeomeriam.*

832. Vid. ad v. 140.

834. *Principium*] Codd. Lugd. 2. Bodl. Brit. 2. 3. et omnes edit. vett. *Principio*, i. e. *principiō*, vetere accusativi forma per compendium scripta. (Vid. ad v. 661. et saepius.)

835. *e*] Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Cant. edit. Brix. Ver. Ven. *de*, ut versu sequente; quod Hav. recepit, metricam difficultatem illis locis, in quibus *s* finale eliditur, removeri iudicans, sed parum recte, siquidem litterarum *s* et *t* prorsus diversa est ratio. Recte igitur a *Wak.* reprehensus, qui vulgarem restituit.

837. Integrum hunc versum exhibet Nonius III, 203. (p. 610.), verba autem *viscus gigni, sanguenque creari* Servius affert ad Virg. Aen. I, 211. et Geo. I, 139., ubi simul Lucretio haec verba attribuit *Permixtus viscere sanguis*, quae iam in omni opere Lucretiano frustra quaeruntur. (Conf. Diss. mea saepius comm. p. 81.) Ceterum de voce *viscus* vid. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 127. not. 79. (4) St., de forma *sanguen* autem, quae reedit statim v. 860., praeter Nonii l. l. Prisc. VI, 12. (p. 708.) et Val. Probum p. 1448. P., Lucretii non immemorem, conf. idem Ruddim. l. p. 17. not. 94. Schneid. Gr. Lat. II. p. 172. et 484. Columna ad Ennium p. 250. Hess. et *Wak.* ad h. l., qui laudat Burmann. ad Petron. c. 59. et Barth. ad Stat. Theb. IV, 464.

839. 840. Retinui cum Eichst. vulgares omnium librorum lectiones *aurique* — *aurum*, quas *Wak.*, paullo cupidius summi Bentleii coniecturas amplexus, in *auraeque* — *auram* mutavit, quia Lucretius quatuor elementa enumeret, nec quisquam videat, quid hic *aurum* sibi velit. Sed iam locus ille Simplicii de Anaxagora [in phys. Aristot. p. 33.], quem Bentl. laudat: *πάντα τὰ ὁμοιομερῆ, οἷον τὸ ὕδωρ, καὶ πῦρ, ἢ χρυσόν. κ. τ. λ.*, collatus cum verbis Diog. Laërt. II, 3. §. 4. *καθάπερ γὰρ ἐκ τῶν ψυγμάτων λεγομένων τὸν χρυσὸν συνεστάναι, οὕτως ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν μικρῶν σωμάτων τὸ πᾶν συγκεκρίσθαι*, a Lambino iam productis, et Arnobii, studiose Lucretium imitantis, loco II. p. 77.: Quid enim si dicas esse *auream* terram, quod in verricula collis unius insint exiguae *miculae*, quibus nascitur colliquefactis *aurum* etc., quem *Wak.* ipse affert, coniecturas illas dissuadere debuissent. Porro si Lucretius de quatuor elementis modo

dispntaturus fuisset, ossium, viscerum et sanguinis commemoratio non minus aliena esset; et quod v. 853. attinet, ad quem Bentl. provocat, in hoc superiora omnino non tam plene et accurate repetuntur, ut non loco alius materiae supra dictae hic alia commemorari possit, aliter enim hic etiam *viscera* et *terra* iterum afferri debuissent. Accedit denique, quod poeta noster alibi etiam aurum in exemplum adducere amat (conf. I, 493. II, 829. VI, 950. etc.); quae omnia me movent, ut de Codd. lectionibus hic dubitandum esse non existimem.

841. *Ignibus ex igneis*] sic iam Lamb. edidit e Codd. pro vulgari *Ignem ex ignibus*, cui ex editt. vett. Ald. 1. et Bon. favent; nam *ignibus exiguis*, quod Brix. Iunt. Ald. 2. exhibent, nihil aliud est, quam vera illa lectio a Lamb. recepta. Haud raro enim Lucretius praepositionem postponit suo casui, Graecorum poetarum more. (Vid. ad II, 791.) Praepositionem *ex* vero, quae vulgo ante *humoribus* inseritur, Wak. primus omisit, Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Vind. Cant. Brit. 1. 2. 3. auctoritate motus, a quibus non discedunt editt. Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2.

846. *olleis iuxta, quos*] sic diserte Cod. Brit. 3., ex quo Wak. recepit. Non valde discrepant Gott. *illis uix a quo*, Brit. 1. 2. *illis iura quos*, Bodl. Vind. Brix. Ver. *illis iura quod*, Lugd. 1. *illis uira quod*, Lugd. 2. *illi siura quo*; qui omnes sunt iidem literarum ductus. Corruptius edit. Ven. *illis uir in quem*, et Bon. Ald. 1. 2. Iunt. *illis supra quod*, quae vulgaris lectio facta. De receptae autem lectionis veritate vix potest dubitari; nam satis notum est, *iuxta* adverbialiter positum, interdum etiam tertio casui iungi, ut Sallust. Jug. c. 72. et 95. Liv. XXIV, 19. §. 6. etc. (Conf. Prisc. XVIII, 23. [p. 1172. P.] Periz. ad Sanctii Min. I, 16. p. 146. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 332.)

852. *effugiat*] „Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Cant. edit. Ver. [et Brix.] *efficiat*; sed plane incredibile est, mendosam esse receptam dictionem, nisi quid sublataeat, cui protrahendo nosmet ipsi non sumus.“ *Wak.* Quod vix putaverim; imo lectio edit. Ven. *effugiat* demonstrare videtur, quomodo corrupta illa orta sit. — *dentibus*] Codd. Brit. 1. 2. *tentibus*, Brit. 3. *utentibus*, edit. Brix. *centibus*, unde in Ver. Ven. Bon. Ald. 1. 2. Iunt. *coetibus* factum.

853. Ut nos cum Wak. edidimus, exaratus legitur hic vs. in editt. Iunt. et Ald. 2., haud dubie verissime. Reliquorum librorum lectiones sic se habent: Codd. Lugd. 1. 2. Cant. *sanguis? an os*, quod Hav. recepit, diaeresi in voce *sanguis* facta et errore metrico in particula *an* admisso;

Vind. *sanguis, an ossa*; Poor. *sanguen, an ossa*, quae vulgaris lectio est; Brit. 1. *sanguen ad nos*; Brit. 2. *sanguinis annos*; Brit. 3. editt. Ven. Ald. 1. Bon. *sanguinis ad nos*; vetus Cod. Pii: *sanguis ὁμοιωσ*, quod etiam sibi volunt edit. Brix. *sanguis omoios* et Ver. *sanguis omos*, quae duae postremae etiam inter varr. lectt. Iunt. afferuntur. Recte Wak. ait, concursus vocularum similium *an? anne* omnes has turbas excitasse.

856. *victa*] sic optimi Codd. Lugd. 1. 2. Gott. (si Hav. fides habenda), et editt. Ald. 1. 2. Bon., nec aliter Cod. Cant., qui repetitis modo vocis praegressae ductibus *invicta* exhibet. At Codd. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. cum editt. Brix. Ver. Ven. Iunt. *cuncta*, unde Wak. e coniectura *functa* fecit, idque in contextum recepit, ab Eichst. rectissime, ut videtur, rursus desertus. (Conf. I, 1081. IV, 1115. 1280. V, 110. 307. 1103, et similes loci.)

857. *recidere*] Cod. Lugd. 1. Bodl. editt. Ver. Ven. (fortasse etiam Brix.), nam Gerardus et in illis afferendis negligentem se praebet) *recedere*. Editt. Iunt. Ald. 2. *cedere iam*, haud dubie e Marulli coniectura. Inter varr. lectt. Iunt. vera scriptura sic commemoratur: *reccidere*, (ut etiam in Lugd. 2. et Ald. 1.)

V. 861. desideratur in omnibus Codd. Havercampi et Wakefieldi praeter Brit. 2. et in omnibus editt. vett. (nam falsus est Wak., si in Ver. eum legi affirmat), qui tamen quomodo sine sensus detrimento abesse possit, non video. Editt. Iunt. et Ald. 2., ut loco, iactura huius versus corrupto, succurrant, priori versu exhibent: *Seu velut in nobis* etc.

862. *Sive cibos*] Codd. Brit. 1. 2. et editt. Brix. Ver. Ven. *Sine cibo*; Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. certe *sine. — corpore*] Lugd. 1. *core*, Vind. in margine *rore*, unde Wak., vocem *corpore* in suspicionem incidere, non satis recte colligere puto; nam illud *core* (cuius lectio marginalis in Cod. Vind. mera correctio est) e vera lectione per compendium scripta ortum videtur.

866. *putentur* Wak. e con. facillima restituit pro vulgari omnium librorum lectione *putetur*, quam emendationem versus sequentis ratio flagitabat, ut statim videbimus.

867. *venisque*] Sic haud dubie Fii et Lamb. Codd., quos praeter ipsorum editt. etiam Ald. 1. sequitur; editt. Ver. Ven. *sanisque*, vero proxime; Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. editt. Iunt. Ald. 2. *sanieque*, edit. Brix. *saniaeque* Cod. Bodl. *sanguiniis*. Sed vid. v. 860 et seq., quorum singula verba hic aperte respiciuntur. — *Mixta* autem Wak. rectissime restituit e Codd. Lugd. 2. Bodl. Gott. Vind.

Poor. Brit. 1. 2. 3. et edit. Ver., (quibus adde Brix. et Ven.); vulgo *mixto*, quia nimirum librarios offendit praedicatum neutrius generis (*mixta*) substantivis masculini generis (*cibus — liquor*) adiectum; qui scrupulus non solum hanc correctionem, sed etiam priori versu mutationem pluralis *putentur* in singularem procreasse videtur. Recte autem Wak. monet, hac in re illis non haerendum fuisse, et ablegat nos ad Sanctii Min. IV, 8. (voluit haud dubie IV, 4. p. 615 s. Periz.), cui adde Ruddim. Inst. Gr. II. p. 3. not. 3. Ramsh. Gr. Lat. p. 153. et 155. Drakenb. ad Liv. I, 31. §. 7. IV, 57. §. 6. et saepius, Gronov. ad Liv. XXIII, 12. §. 5. Cort. ad Sallust. Jug. 38. aliosque.

869. *terram* Wak. recepit e Codd. Bodl. Gott. Brit. 1. 2. Cant., quibuscum consentiunt edit. Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2. Vulgo *terras*, ut e vett. edit. Ald. 1. et Bon.

Versum 873. in Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et edit. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. hi duo sequuntur:

*Praeterea tellus quae corpora cunq̄ue alit, auget,*

*Ex alienigenis, quae lignis exoriuntur,*

quorum Wak. hunc alterum in contextum recepit. Equidem in Comment. mea de Lucr. p. 101 ss. hunc locum inter eos retuli, qui vestigia duplicis, quam haec carmina experta sint, recensiois satis luculenter continere videantur. Etsi autem in versibus illis fortasse vera Lucretii manus agnoscenda, tamen neutrum eorum in contextum admittendum duxi, quum ipsi non in omnibus libris inveniantur, contra vero, qui iis receptis exsulare deberent (v. 868. et 873.), eos omnium Codd. et vett. edit. auctoritas tueatur. Fortasse aliis temporibus servatum, ut quaestioni illi de duplici Lucretii recensione, cui nos pro viribus respondere studuimus, clariorem lucem afferant.

874. Wak. ex optimis Codd. Lugd. 1. 2. Gott. verborum ordinem mutavit, qui vulgo sic se habet: *L. h. tenuis L. c. quaedam*. Eo libentius autem Wak. sequutus sum, quo magis etiam corrupta edit. Ver. Ven. ratio: *L. h. tenuis copia quaedam latitandi* verborum transpositionem hic locum habuisse demonstrat, et quo clarius in voce *tenuis* *δισσυλλάβως* pronuntianda causam corruptionis perspicere mihi videor, cui synizesi, in hac voce nunc primum occurrenti, librarii nondum assueti fuerint. (Sed vid. II, 232. III, 244. 384. 449. IV, 64. 83. 102. 730. 733. 745. 750. et sexcentos alios locos, in quibus omnibus, quia litera vocalis *u* hic vere in consonam *v* transit, hoc vocabulum lectorum commodo



*tennis* exarari iussimus. Conf. etiam Schneid. Gr. Lat. I. p. 364 s.)

875. *ut*] Cod. Brit. 2. *ex*; Bodl. et editt. Ver. Ven. et. V. 876. autem Cod. Brit. 1. *putat* pro *putet*, quas duas lectiones coniunctas (*et omnibus omneis Res putat*) Wak. vulgatis „sapidiore“ censet.

877. *plurima* cum Wak. edidi e Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. Gott. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. et omnibus editt. vett. Unus Cod. Brit. 1. favet vulgari lectioni *pluria*, quam Hav. quoque retinuit.

880. *minaci*] sic Wak. cum Codd. Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. a quibus non recedit edit. Iunt., haud raro optimas lectiones suffragio suo muniens; Gott. *minace*, Bodl. et editt. Brix. Ver. Ven. *minacis*, editt. Ald. 1. 2. Bon. *minutas*, quae lectio, post vulgaris facta, etiam Ver. et Ven. tanquam varia scriptura adiecta est; Cod. Brit. 1. denique pro *saepe minaci* exhibet *semine nati*. *Minaci* autem pro *magno gravique* positum Wak. comprobat Virg. Aen. VIII, 668.

881. Praepositionem *in*, quam Wak. ante *saxi* inseruit et Eichst. servavit, rursus omisi. Licet enim Codd. Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 3. Cant. cum editt. Brix. Ver. Ven. eam exhibeant, facile tamen oriri potuit ultimis praeuentis verbi ductibus *m* male repetitis; sensus autem, sive in Wak. lectione *imesin* (pro *infringuntur*) statuamus, sive *in robure* pro *cum robure* accipiamus (quod audacius videtur), omissa praepositione clarior redditur et expeditior.

882. *aliquid*] sic Wak. rectissime, subintellecto pronomine *eorum*. Vulgo *alium* (i. e. aliorum), cui lectioni ex omnibus libris Mss. et editt. vett. non nisi Cant. (*alium*) et Brit. 2. (*aliam* exhibens) favere videntur.

883. Versus iam a Fabro, Creechio, Preig., Hav. et Bentl. ipso recte spurius declaratus, de quo disputavi in Comm. mea de Lucr. p. 72 s. Adscriptus videtur ab homine, cui verba „*fruges robore saxi franguntur*“ accuratiori explicatione egere viderentur, quam, memor fortasse illius loci e Plauti Asin. I, 1, 16. „Num me illuc ducis, *ubi lapis lapidem terit*,“ ceterum verbis Lucretio admodum usitatis (*terere*, *crûor*, *manare*) concipere studeret. Wak. igitur non assentiri possum, qui hunc versum, licet numerorum serie exclusum, multis tamen verbis defendere conatus est; imo cum Eichst. eum uncis includendum duxi. Ceterum scriptura *lapidem in lapidem*, quam Wak. revocavit, nititur Codd. Vind. Bodl. Cant. et editt. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon.; Cod. Brit. 1. *lapidem lapidem*, ceteri libri Mss. *lapidi*

*in lapidem*; editt. Iunt. et Ald 2. *lapidi lapidem*, quae vulgaris lectio facta.

885. Quum Codd. Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 2. Cant. (et omnes editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2.) exhibeant *latices*, Codd. Brit. 2. *guttis* et Lugd. 2. *similesque*, Wak. hunc versum e coniectura, ipsi, ut videtur, parum verisimili, sic constitui posse dicit: *Et latices, dulceis guttis, simileisque sapore.*

886. Recte Wak. annotat, constructionem vel sic procedere: „ quales sunt *guttae lactis* in ubere *lanigerae ovis*,“ vel: „ quales *guttae sunt ovi lanigerae* in ubere *lactis*, hanc alteram vero rationem praestare ob locum nostri II, 370. Tibull. I, 3, 45. et Varronis verba *mammas lactis*, [in fragm. apud Nonium II, 675. Varro edit. Bip. p. 313.] *Laniger* autem, substantivo *ovis* non addito, legitur etiam Ovid. Met. VIII, 312. et Senec. Oed. 134. (quos laudat Wak.) nec non apud Phaedr. I, 1, 6. [qui similiter *bidentem* commemorat pro ove (I, 17, 8.), *auritulum* pro asino (I, 11, 6.), *sonipedem* pro equo (IV, 3, 3.), *barbatum* pro hirco (IV, 8, 10.) etc.] Manil. I, 672. II, 220. 279. et saepius.

887. Friare, i. e., Pio interprete, terere, comminuere, dispulverare, vox est Plinio inprimis usitata (v. c. XII, 28. 32. 42. XIII, 9. XXXIV, 29. XXXVI, 39.) neque Varroni (R. R. I, 9, 7.) incognita.

889. *ac*] sic Wak. cum Cod. Brit. 3. et editt. Iunt. Ald. 2., quas hic aliquando commemorat. Plerique libri, ut vulgo editur, *atque*; sed quum Codd. Bodl. Vind. Cant. et editt. vett., praeter modo commemoratas, omnes et exhibeant, quod quomodo ex *atque* oriri potuerit non intelligitur, receptam lectionem praefendam duco, quamquam praevidео, permultos hoc reprehensuros esse, qui particulam *ac* ante vocalem positam omnino barbaram et ubique furca expellendam censeant. (Viris doctis a Stallbaumio ad Ruddim. Inst. Gr. II, p. 343. commemoratis, Wolfio ad Suet. Caes. 26. Bremio ad Nep. Ages. 2. Tzschuckio ad Melam. II, 3, 10. (Vol. II. P. II. p. 253.) Heindorfio ad Cic. de N. D. I, 1. p. 4. et qui ab his, inprimis a Tzschuckio laudantur, adde Arntzen. ad Plin. Pan. c. 45. Goerenz. ad Cic. Acad. II, 17. p. 98. aliosque.) Sed primum ipsa illa observatio, cui haud pauci veterum loci repugnant, ab editoribus interdum cupidius correcti, nondum super omnem dubitationem elata est (conf. praeter alios Ramsh. Gr. Lat. p. 515 s., sobrium et moderatum hac de re proferens iudicium); deinde vero etiam Lucretius tam multa sibi indulget, quae ab omnium reliquorum scriptorum usu recedant, ut hac etiam in re pusilla si vulga-

rem rationem reliquerit, nos offendere non posset. — *in terram*] lectio est omnium, ut videtur, librorum Mss. et vett. editt. (praeter Iunt. et Ald. 2.; quae iam vulgarem lectionem *in terris* exhibent,) ideoque recte a Wak. restituta. De hac constructione autem, ex qua, participio aliquo omisso, praepos. *in* quarto casu coniungitur, ubi sextum expectaveris, conf. praeter Wak. ad h. l. et I, 1081. Gronov. et Drakenb. ad Liv. II, 14. §. 4. et saepius. Snakenb. in indice ad Curtium s. v. *in*. Vorstius ad Val. Max. I, 6, 3. Curtius ad Sall. Cat. 19. Burmann ad Ovid. Her. XVI, 138. idemque ad Phaedr. I, 5. Oudend. et Oberlin. ad Caes. B. C. I, 25. Goerenz. ad Cic. de legg. III, 17. p. 268. Walch. Emendatt. Liv. p. 46. Ruddim Inst. Gr. II. p. 325. not. 3. et quos hic laudat.

896. Bentl. coni. *inquit*, parum cogitate.

899. Versus in Codd. et editt. vett. mire turbatus. Codd. Lugd. 1. 2. pro *flammai* exhibent *flammae*, vulgari errore; Cod. 2. *fluxerunt*; pro *flore* autem Codd. Vind. Brit. 2. 3. Cant. *fulgore*, Poor. *rore*; pro *coorto* Cod. Brit. 2. *corusco*; et in Bodl. omnis versus sic se habet: *D. coorto fuls. fulgure flammae*. Quod vero editt. vett. attinet, in Brix. legimus *D. cohorto fuls. fulg. flammae*, in Ver. Ven. *D. coorto fuls. flammae fulg.* in Ald. 1. 2. Bon. *D. flux. flammae fulg. coorto*. Iunt. versum sic exhibet, ut nos cum Hav. Wak. et Eichst. edidimus. Ceterum formulam *flos flammae* i. e. Graecorum *πυρός ἄνθος*, (quae paullulum mutata reddit IV, 451.) copiose illustrarunt Faber et Wakef. comparatis locis Homeri Il. IX, 212. XXIII, 228. Aesch. Prom. 7. Mart. Capellae VI, 21. Marii Vict. in gen. I, 98. aliisque. (Conf. etiam Lucr. III. 222. ibique annotata.)

903. *facta*] sic Hav. et Wak. cum omnibus Codd. et vett. editt. praeter Iunt. et Ald. 2., quae iam vulgarem lectionem *tanta* exhibent. „*Facta flamma* est iam formata et in corpus vividum, confluis seminibus, globata.“ Wak. Vid. etiam VI, 182. 217. 305. 869. etc.

904. Mirae hic reperiuntur lectionis varietates, e quibus meliori, quam vulgatae, lectioni eruendae imparem me profiteor. Pro *ullum tempus* enim Cod. Brit. 3. *ullis lignis*, Codd. Brit. 1. et Poor. cum edit. Brix. *lumen ullum* habent; in Brit. 2. et Vind. *vox tempus* (vel *lumen*) omnino deest.

908. Retinui cum Eichst. vulgarem lectionem *contineantur*, quam Wak. e plurimis sane libris in *contingantur* mutavit. Sed quum hic versus saepius a Lucretio repetatur, nec usquam aliud verbum, quam *contineri* usurpatum sit, (conf. I, 818. II, 761. 1008.) hic etiam id servandum duxi, licet praeter Lambini Codd., quos hanc lectionem tueri e silentio viri

colligas, ab uno modo Cod. Brit. 2. et edit. Ald. 2. exhibitum. Accedit, quod verbum *contingere* hoc quidem sensu, quo nostro in loco usurpatum esset, alias in Lucretio non occurrit, contra vero statim v. 933. prorsus alia significatione positum est.

911. *lignis*] „Cod. Gott. *lingnum*; Lugd. 1. *lignum*; quae vrietates quorsum tendant, non valeo dispicere. An, *Igneis et lignum?*“ *Wak.*

917. *Hac*] Codd. Lugd. 1. 2. Gott. *haec*; quare *Wak.* coni. *Hac ratione tibi haec p. p. r.*, mera coniectandi libidine abreptus. De versibus 918. et 919., qui hic quidem nimis abrupti et ab omni loco alieni videntur, longe aptius autem II, 976 et 977. vix una vel altera vocula mutati repetuntur, disputavi in Diss. mea de *Lucr.* p. 47. s.

921. Laudat hunc vs. et quatuor seqq. *Macrob. Sat.* VI, 2. in., collatos cum *Virg. Geo.* III. 289. ss; quem *Maronis* locum *Servius* quoque totum e *Lucretio* translatum dicit. Formula autem *Nec me animi fallit* iam adfuit I, 137. et redit V, 98. (Ceterum de omni loco sequente disserui in *Comm.* mea modo dicta p. 19 ss., ita tamen, ut nonnulla illius disputationis iam mihi retractanda sint, quam propterea, donec alio fortasse loco id facere mihi licuerit, non scriptam haberi cupio. \*)

925. Hunc versum, qui cum seqq. redit libro IV. ab initio, affert *Censorinus* p. 2725. *Putsch.* et priora eius verba *Avia — loca* etiam *Quintil. Inst. Or.* VIII, 6. §. 45.

928. *Wak.*, cui verbum *petere* minus exquisitum videtur, coni. *metere*, sed libris nihil variantibus vulgarem mutare non audet; et rectissime quidem, quum de vulgari nec dubitandum sit. (Conf. etiam VI, 95., ubi *coronam capere* non magis exquisitum.)

931. *animum*] sic *Wak.* cum omnibus Codd. et vett. editt. Hav. cum vulgaribus editt. *animos*, quae *Lactantii* lectio est, *Inst.* I, 16. hunc versum afferentis. Sed *Lactantii* auctoritas, imprimis quum hic scriptor nondum accurate ad libros *Mss.* emendatus sit, *Codicum* et editt. vett. suffragiis posthabenda.

934. *nulla ab ratione* hic et in loco parallelo IV, 10. valet cum aliqua ratione, non temere, ex rariori praepositionis usu, ad quem pertinent exempla quaedam a *Tursell.* de

---

\*) Unum certe errorem, nescio an mihi, an typothetae imputandum, hic emendare mihi liceat: p. 25. v. 19. pro *laudis lege spei laudis.*

part. p. 2. et 16. ed. Schwartz. et Ruddim. Inst. Gr. II. p. 267. congesta. (Conf. etiam Goerenz. ad Cic. de fin. 1, 5. p. 18. s. et quae ad II, 50. a me dicentur.)

Vss. 935 — 937. Quinctilianus Inst. Or. III, 1, 4. ita laudat, ut *ac pro sed et adspirant pro contingunt* nobis praebeat, quam insignem lectionis varietatem iam Spalding. ad h. l. e duplici ipsius Lucretii editione explicandum esse suspicatus est, qua de re disputavi in libello meo saepius comm. p. 88. s., ubi not. 53. sic se habet: Hanc elegantem et difficilem lectionem [*aspirant*, quam praeter Lambini et Gifanii libros quosdam etiam Iunt. praebet], a Spaldingio, Gesnerum in Lex. rust. s. v. Olfacere sequuto, qui hunc nostrum-locum comparavit cum Varr. R. R. II, 2, 16. *olfacere lacte labrā*, rectissime sic explicatam: „odore et sapore mellis imbuere,“ quam maxime miror Wakefieldum cum Lambino ortam habuisse ex interpretamento *aspergunt*, genuinae lectioni *contingunt* adscripto. — Praeterea verba *absinthia — conantur*, ut plures huius loci versus Nonius etiam, sed e quarto libro, commemorat, ut suo loco videbimus. Respexerunt hunc locum Themistius in loco aliquo a Mureto Varr. lectt. VI, 3. [Fol. 74. 6.] allato, Hieronymus loco quodam in Rufinum et Symmachus [Epist. I, 32.], quos Pius laudat.

944. *suaviloquens* i. e. ἡδνεπής (Hom. II. I, 248. Hesiod. Theog. 965. 1020. Pind. Olymp. X, 113. Nem. I, 4. VII, 31.), iam ab Ennio (p. 89. Hessel.), cuius locum laudant Cic. in Bruto c. 15. et Quinct. Inst. Or. XI, 3, 31., in Latinum sermonem translatum et, Gellio XII, 2. teste, a Cicerone in libris de republ. [V, 9.] usurpatum est. (Conf. Columna ad Ennii l.)

952. *summae quaedam*] sic rectissime restituit Hav. e Codd. Lugd. 1. 2. lectione *summa quaedam*. Ceteri Codd. et vet. editt. omnes *summa audi quanam*, unus Bodl. *summam audi*. Lambinus iam coni. *summae equanam*, Gifan. vero *summae quanam*, quod in „antiquis instrumentis se reperisse“ testatur Turnebus Adverss. XIX, 15.

953. *Necne sit, evolvamur* Lambini coni. est, in omnes seriores editt., ut meretur, recepta. Lugd. 1. 2. *Nec sit evolvamur*, a quibus vix recedunt Brit. 1. 2. 3. Cant. et ed. Brix., *Nec si te volvamur* exhibentes; editt. Ver. Ven. Ald. 1 Bon. *Nec sic evolva*, Iunt. Ald. 2. *Haec sic evolva*, Cod. Bodl. *Nec si te volvas*. Verbum *evolvere* pro exponere, illusirare usurpatum, et noster et Cicero Arat. v. 234. et Virg. Geo. IV, 509. ex Ennio (p. 64. Hess.) mutuati videntur. (Conf. Wakef.)

956. *vasteque*] sic diserte Lugd. 1. 2., quare recte a Wak. receptum. Hav. cum vulgaribus editt. *vel ad usque*;

sed illud *vel* metri causa ab editoribus insertum, quum reliqui Codd. omnes cunctaque editt. vett. solum *adusque* praebeant, quae correctio videtur hominis de metro parum solliciti, quem adverbium illud insolentiori modo positum offenderit.

957. Codd. Brit. 2. et Poor. *ratione viarum*, male. (Conf. I, 1040. II, 249.) Wak. laudat Virg. Aen. II, 737. et Martial. III, 4, 2.

961. *Quo*] sic optimi Codd. Lugd. 1. 2. (cum Vind. et Cant.?) et omnes post Lambinum editores. Sed Bodl. Poor. Brit. 1. 2. 3. et omnes vett. editt. *quod*; quare Gifan. *quoad* coniecit, quod ob locum II, 850. et permulta alia synizeseos exempla in hoc carmine obvia recipiendum statuerem, si cum verbo *longius* apte conciliari posset. Ceterum *quo* et *quod* sexcenties confusa. (Conf. statim ad v. 971. et Wak. ad II, 336. IV, 212. VI, 473.)

962. *est* in fine versus, quod Wak. omisit, cum Codd. Brit. 2. 3. Cant. et editt. Iunt. Ald. 2. retinui ob locos I, 206. 463. 466. II, 700. III, 668. 686. 688. 939. aliosque multos, quamquam non nego, mihi opponi posse I, 112. 132. 628. II, 39. III, 797. et alios quosdam. Saepius tamen Lucr. verbum addere solet.

969. *Ultimus extremas*] Bendl. conii. *Nuncius extremas*, satis infeliciter. (Conf. ad v. 814.)

971. *Quo*] Codd. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. cum editt. Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2. *quo*. Vid. ad v. 961.

976. *prohibeat*, per synaeresin Lucretio usitatissimam ut trisyllabum pronuntiandum, quemadmodum III, 930. *torreat* et similia. Tamen non mirum est librarios hoc verbum varie corrupisse, ita ut Gott. *probeat*, ceteri vero omnes cum editt. Brix. Ver. Ven. *praebeat* exhibeant. Ald. 1. iam recte *prohibeat*, quam sequuntur Bon. Iunt. Ald. 2. — *efficiatque*] sic omnes omnino Codd. et editt., nisi quod in Cod. Cant. et editt. Iunt. Ald. 2. metri causa *faciatque* apparet; recentiores editores, praeter Wak. et Eichst., *officiatque*, libris reclamantibus.

977. *finique*] Codd. Lugd. 2. Gott. *fine*, perperam. Lucretius enim ablativum substantivorum in *is* desinentium fere semper in *i* flectere solet, vel in iis verbis, ubi apud alios scriptores non nisi in *e* terminatur. Longum eorum substantivorum catalogum, quorum ablativus hic ibi in *i* formatus invenitur, exhibent Ruddim. Inst. Gr. I. p. 85. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 218 ss., qui plures viros doctos commemorant hac de re disserentes. E Lucretio huc pertinent: *bili*, IV, 666. \**colli*, II, 317. 322. *igni*, I, 491. et saepissime; *navi*, IV, 388. *orbi*, II, 544. V, 75. et saepius; \**sordi* VI, 1270. et quod

alias voces attinet, non in *is* exeuntes: \**contagi*, III, 734. *imbri*, I, 287. 716. et alibi; \**labi*, V, 928. *luci*, IV, 236. *parti*, I, 1104. III, 610. et saepius. (Formae, quibus asteriscum praefixi, apud alios scriptores non occurrere videntur.)

986. *confluxet*] Sic iam Lamb. e libris suis, et comprobant hanc lectionem Codd. Lugd. 2. Brit. 1. cum editt. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. Ceteri libri Ms. et vett. editt. *confluxit*. De forma contracta vero *confluxet* pro *confluxisset* et de similibus conf. Lamb. Faber. Wak. ad h. l. iidemque et nos ad I, 71. II, 314. etc.

995. *infernaque*] lectio omnium Codd. et editt. vett. praeter Ald. 1. 2. Bon. Iunt., recte a Wak. in contextum recepta, utpote qua totius argumenti caput nitatur. Aperte enim haec vox opponitur versibus praegressis, et causa, cur etiam *ex imo* principia confluant et suppeditentur, ex eo ipso deducitur, quod non fundus aliquis adsit, in quo considerare et in perpetuum requiescere possint. Quare non video, cur Eichst. rursus revocaverit vulgarem lect. *aeternaque*, quam illae modo editt. vett. tuentur. Knebel. etiam recte vertit: *Aber anjezt — — werden — — die Körper des Urstoffs, Auch von unten herauf, aus unendlichen Tiefen geführt.*

990. „Forte scribendum est: *Aër dissepit nubeis, atque aëra nubes.*“ *Bentl.*, quam coni. Wak. recte reprehendit.

1002. *flumina*] sic Lamb. Hav. Wak. cum plerisque Codd. et editt. vett. (nam *flumine* in edit. Ver. error modo typograph. videtur.) Sed Codd. Gott. Brit. 3. et editt. Brix. Iunt. Ald. 2. *fulmina*, a quibus non dissentire videtur Cant., *fulmine* praebens; Lugd. 1. vitiosius *lumina*. Iam quamquam negari nequit, *fulmina* (quod v. c. Fabro et Bentleio arrisit,) hic ferri posse, tamen vulgaris praestare videtur ob v. 1003. et similes locos (ut I, 231. II, 362. V, 464. etc.), ubi *flumina aeterna, labentia, fluvii perennes* etc. commemorantur, quod Wak., licet longissimus ad h. l., commemorare neglexit.

1004. *ire, meando*] sic diserte Codd. Lugd. 1. 2 et editt. Iunt. Ald. 2. Idem sibi velle videtur Codd. lectio apud Pium *irremeando*, quae simul indicat, quomodo aliorum librorum variae lectiones ortae sint. Codd. Bodl. Cant. et edit. Ver. *in remeando*, Vind. *in re meando*, Poor. Brit. 2. *inremeando*; editt. Brix. Ven. Ald. 1. Bon. *in remanendo*.

1008. *inani*, vulgarem lectionem, e vett. editt. exhibent Ald. 1. 2. Bon. Iunt. Ceteri libri omnes *inane*, mendose.

1012. „*immoderatum*, i. e. *ἄπειρον*, immensum, infinitum. Ita Cic. de N. D. II, 25. [nam falso apud Wak. legitur c. 2.] et Arnob. II. p. 97., cuius Davisius ad Tullii locum non oblitus est.“ *Wak.*

1013. *coeli templa*] ad Ennii exemplum p. 34. (ubi vid. Columna) et p. 124. Hess. (Vid. etiam, quae ad. v. 121. disputavimus.)

1014. *divom corpora sancta*] Conf. supra v. 39. et Ennius apud Cic. de div. I, 48. (p. 24. Hess.) Simili verborum circuitu Lucr. II, 1083. *corpora volantum* et II, 1153. *corpora ferarum* dicit, quibuscum locis comparari possunt II, 878. *corpora pennipotentum* et V, 960. *corpora amantum*, ubi tamen vox *corpora* non prorsus abundare videtur.

1016. *coetu*] sic praeter omnes fere Codd. edit. Brix.; ceterae edit. vett. contra metrum *coitu*, quod proprie unum idemque cum illo vocabulum fuit. Noster, praeter locum I, 816, semper utitur forma *coetus*. Wak. affert Silium I, 638. Statium Theb. IV., 214. Auson. epig. 71. et 103., eundem in Ephem. ult. (157.) 11. et Arnob. IV. p. 141. V. p. 187., qui omnes *coetum* de congressu venereo usurpant.

1021. *suo μονοσυλλάβως*] pronuntiandum, ut in versu illo Ennii (p. 28. Hess.) *Illis suos divis mos sacrificare puellos*, quem Wak. laudat. (Conf. etiam Festus s. v. *sos* et Planck. ad Ennii Med. p. 86.) Apud Lucretium infra V, 421., ubi versus nostri 1020—1025. paullulum mutati repetuntur, eiusdem vocis synizesis recurrit, et similia exempla saepissimè inveniuntur, qua de re nos passim diximus. Tamen non mirum est, librarios hunc versum, quem soli Codd. Lugd. 1. 2. Gott. recte exhibent, vario modo currupisse; nam Vind. et edit. Brix. Ver. Ven. *se suo neque*, Bodl. Brit. 1. *seque suo neque*, Poor. *seque suo*, Brit. 2. *seque suo nec*, Brit. 3. *ne qua suo*, Cant. *sese quaeque*, Ald. 1. Bon. *se nec quaeque*, Iunt. Ald. 2. *quaeque suo*, *atque*, e coniectura, ut videtur; unde aliquid vulgari lectione verius aptiusque erui posse vix arbitror.

1022. Pro verbis *darent motus, pepigere profecto* in Codd. Lugd. 1. 2. (quorum ille utrumque versum a prima manu aliter scriptum exhibuerat) Vind. \*) et Brit. 3. apparet alterum versus praecedentis dimidium *sagaci mente locarunt* repetitum, praefixo in Brit. 3. verbo *gerunt*; unde factum, ut omnis hic versus desideretur in Bodl. Brit. 2. \*\*) Cant. et edit. Ver. Ven. (fortasse etiam in Brix., nam Gerar-

\*) \*\*) Mira in hoc loco, ut in aliis quibusdam, deprehenditur Wakefieldi negligentia, qui primum dicat, Vind. praebere lectionem *sag. m. loc.*, tum vero in hoc ipso Cod. versum plane deesse, pariterque Brit. 2. primum *Nec* exhibere, deinde vero in eodem Cod. integrum versum omissum esse moneat.



do, et illas negligentia, quis fidem habeat?) Ceterum in edit. Ald. 1. et Bon. v. 1021. et 1022. transponuntur, et hic quidem vocula *nec* incipit, quemadmodum etiam in Cod. Brit. 2. 3. et edit. Iunt. Ald. 2. Lamb. Creech. Hav., quam vulgarem lectionem, a Wak. e solis Codd. Lugd. 1. 2. in *Et* mutatam, ob plurimorum librorum auctoritatem retinendam duxi, licet, vocula *neque* iam v. 1020. praegressa, res eodem redeat, *utrum et an neque* legas.

1024. Retinui omnium Codd. et vet. edit. lectionem *vexantur*, quam Wak., ab Eichstaedio, quod miror, non desertus, ex una edit. Veron. (a Gerardo hic etiam neglecta) in *nexantur* mutavit. Comparans autem I, 584. et similes locos (ut I, 276. 280. V, 218. VI, 430.) et considerans, notionem nexandi iam verbo coetus in versu seq. contineri, parum abest, quin illud *nexantur* non nisi vitium typographicum habeam, quibus editionem illam refertissimam inveni.

1027. *Qualibus*] edit. Ver. Ven. *qualibet*. — *rebus*] sic omnes libri Mss. et impressi praeter edit. Wak., qui non satis considerate Fabri emendationem *rerum* in contextum recepit „non quod *summa rebus* in reprehensionem debeat per se cadere, sed quia sic positum cum *Qualibus* in notam incurrat ambiguitatis infelicissimae, a Lucretio per omnem machinam, qua nobis uti liceat, amoliendae.“ Imo mihi quidem utique coniungenda videntur verba *qualibus rebus*, ut sensus per attractionem quandam vel brevilloquentiam sic capiendus sit: in tales disposituras, quae res efficiant illas, quibus haec summa creata consistat; et quamquam verum est, Lucretium saepissime uti formula *summa rerum*, tamen haud rarius etiam *summam* simpliciter commemorat. (Conf. statim v. 1041. et 1044. I. 962. II, 70. 90. etc.) Quare Eichst. recte vulgarem retinuisse censeo.

1029. *motus*] Wak. per coni. non necessariam proponit *coetus*.

1030. *avidum mare* Wak. per vastum explicat. At licet verum sit, Lucretium in duobus aliis locis (II, 1066. et V, 202.) per metaphoram, ipsi, ut videtur, propriam *avidum* ponere pro *magno*, *spatioso*, *capaci*, haud dubie quod avidi etiam avarique quam plurima et maxima appetere vel arripere solent, hic tamen, ut apud Hor. Od. I, 23, 18., quem locum editores fugisse miror, quamvis in eo de lectione *avidum mare* vix dubitandum sit, consueta vocis significatio mihi longe elegantior sensum efficere videtur hunc: mare, omnes orbis terrarum undas cupide arripiens, omnes fluvios ebibens; quare Knebel. rectissime veruisse puto: *das unersättliche Meer*. Ceterum Bentl., offendens in verbis „*amnes*

integrant mare undis *fluminis*“, pro *fluminis* parum feliciter coni. *iugiter*, recte refutatus a Wak., qui comparat Priscian. perieg. 210. *Hinc fluvii pinguis descendunt flumina Nili.*

1031. *integrent*] Codd. Bodl. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. et editt. Brix. Ver. Ven. Bon. *integerent*, quam lectionem quomodo Wak. admodum elegantem dicere potuerit, non video; Cod. Brit. 2. *integeret.* Conf. etiam II, 1147.

1032. *Fota*] sic praeter plurimos Codd. exhibent editt. Brix. Bon. Ald. 1. 2. Iunt.; Codd. Lugd. 2. Gott. *Forta*, et ille a manu secunda *Foeta*, editt. Ver. Ven. *Tota.* — *novet*] Codd. Bodl. Vind. Brit. 1. 3. Cant. et editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. omnes *movet.* — *summa quoque*] sic Wak. e coni. edidit; plerique Codd. et editt. Brix. Ver. Ven. Bon. Ald. 1. *summa qua*, Codd. Lugd. 1. 2. *summaque*, Brit. 1. *summam.* Vulgo *summissaque*, quam lectionem iam Pius in quibusdam exemplaribus invenit, unde etiam in Iunt. et Ald. 2. transiit.

1036. *reparare* Wak. restituit ex omnibus fere libris; Hav. cum vulgaribus editt. *reparari*, cui lectioni Codd. modo Vind. Cant. cum editt. Bon. Ald. 1. 2. Iunt. favent. — *tempore*] editt. Iunt. Ald. 2. *corpore*, male. — *quaeque* restitui e Codd. Lugd. 1. Gott. Cant. et omnibus vett. editt. praeter Ven., quum hoc verbo addito sententia longe fortior aliisque Lucretii locis (v. c. I, 547. 579. etc.) convenientior reddatur, quam si cum Wak. et vulgaribus editt. *quoque* legamus ad *tempore* relatum, cuius notio iam in voce *infinito* continetur, et quum noster alibi etiam *in tempore* simpliciter ponere soleat, si de certo quodam et legitimo tempore sermo est, (ut supra I, 352.); quae ratio nostro quoque loco obtinet, cuius sensus ex mea lectione hic est: *wovon sie jeden Verlust zu rechter Zeit zu ergänzen pflegen.* Fateor tamen, nisi tot libri boni reclamassent, de vulgari me non dubitaturum fuisse, quae et ipsa ferri potest.

1039. *deficere* cum infinitivo rarius coniungitur. Wak. laudat Silium III, 111. cui adde Propert. I, 8, 23.

1040. *aliqua ratione*] sic Wak. cum omnibus Codd. et vett. editt. praeter Gott. et Brit. 1., qui vulgarem *recta regione* tuentur. Librorum vero tantum non omnium consensum quis tantopere despiciat, ut, inprimis quum noster etiam V, 414. habeat verba *aliqua ratione avorsa*, paucorum istorum Codicum lectionem amplectatur? Quare non video, cur Eichst. ediderit *aliqua regione*, etsi locorum I, 957. et II, 249., ad quos Vir celeberrimus fortasse provocabit, non sum immemor. — *aversa via*] „*τῆς ὁδοῦ ἀπεστραμμένα*, pro *via* vel *a via aversa*: nam manifestissima est Graecismi phrasis Lucretiana.“ Wak. Conf. Matthiaei Gr. Gr. §. 331. Perizon.

ad Sanctii Min. II, 3. not. 6. et IV, 12. not. 10. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 120. Ramsh. Gr. Lat. §. 112 et alii.

1044. Formam passivam verborum *queo* et *nequeo* quod attinet, Wak. laudat Ter. Hec. IV, 1, 57. ibique Westerhov., Sallust. Jug. 31. cum Cortii annotatione, Dictyn Cret. II, 21. Prisciam. perieg. 417. Solinum c. 13. et Diomedem I, p. 380. Adde Plaut. Rud. IV, 4, 20. Gellium XX, 1. sub fin. Apulei. T. II. p. 380 et 487. Oud. Festum s. v. nequitum. Voss. de anal. III, 38. Saturnium Inst. Gr. III, 28., quem laudat Ruddim. Inst. Gr. I. p. 274. not. 54. Gesner. in Lex. s. v. nequitum et quitus, aliique.

1046. *Principiis*] Hanc vulgarem lectionem defendunt Codd. Brit. 1. 3. cum editt. Iunt. Ald. 2.; ceteri libri omnes *principium*, praeter Gott., qui exhibet *principio* (i. e. haud dubie *principiō*), unde Wak. hanc protulit coni. et *undae Principiom certum*, quam tamen ipse non poterat non audacem vocare.

1050. Solet noster *opus esse* saepius fere cum nominativo, quam cum ablativo construere. (Conf. II, 20. 815. III, 980. IV, 1264. 1273. VI, 365. etc.) Wak. affert Plaut. Capt. I, 2, 61. et Ter. Adelph. IV, 5, 72. Alia exempla congesserunt Ruddim. Inst. Gr. II. p. 67. et Ramsh. Gr. Lat. §. 144. p. 265.

1054. *externis*] sic cum omnibus Codd. etiam Brix. Iunt. Ald. 2., sed Ver. *aeternis*, Ven. *aternis*, Ald. 1. Bon. *alternis*.

1060. *suppa*] Haec egregia Salmasii (epist. 59.) emendatio, quam comprobarunt Codd. Lugd. 2. Gott. (fortasse etiam Lugd. 1., in quo et ipso a prima manu *suppa* scriptum fuisse videtur), rectissime ab Hav. Wak. Eichst. recepta est. Festus enim, quem Salmas. et Wakef. laudant, sub h. v. „*Suppum*, inquit, antiqui dicebant, quem nunc *supinum* dicimus: ex Graeco videlicet, pro aspirato ponentes literam s [scil. ab *ὑπό*, *ὑπιος*]; ut quum iidem *ῥλας* dicunt, et nos sylvas: item *ἕξ*, sex, et *ἑπτὰ*, septem.“ Plerique libri exhibent *supra*; antiqui Codd. Pii *suapte*, ut editt. Iunt. Ald. 2. *suapta*; editt. Ald. 1. Bon. *cuncta*.

1066. *diebus*] sic omnes Codd. et vett. editt., praeter Pii Codd. Gott. Brit. 3. et editt. Iunt. Ald. 2., qui vulgarem lectionem *diesque* tuentur. Recte autem Wak., Bentleio suatore, *diebus* restituit, comparans locum ex Priap. LXIV, 8.

1067. Hic versus cum septem seqq. in Codd. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. et editt. Brix. Ver. Ven. a fine mutilati leguntur, ut desinant in verbis *haec — perv — potest — iam — consistere — ratione — inane — concedere*, quod omnes hos libros unius familiae esse et ex uno eodemque Codice decur-

tato genus deducere, clare demonstrat. Has lacunas autem in aliis Mss. varie suppletas, magnam lectionis varietatem procreasse non mirum est, quam integram hic recensere longum esset et superfluum. Hoc unum sufficiat monuisse, v. 1067. editt. Bon. Ald. 1. 2. Iunt. pro *finxerit* praebere *parturit*, ex interpretamento, ut videtur.

1068. *Amplexi habent*] „περιλαβόντες ἔχουσι: nam purus putus est Graecismus, cui geminum et semillimum ex Latinis mihi non est ad manus.“ *Wak.* Miror, *Wak.* fugisse ipsius Lucretii locum VI, 900. *habent tenentes* pro simplici *tenent*. — *prima viai*] vid. ad I, 87., ubi addere potuissem Sanctii Min. IV, 4. p. 610.

1072. *ratione* recepi e Codd. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et editt. Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2. Ceteri libri, ut vulgo editur, *regione*; sed plurimis libris obtemperandum esse censui in lectione et ipsa optimum sensum praebente (ut iam *Wak.* censet,) verbisque praecedentibus *hac potius causa* melius respondente. Sic nimirum locum intelligo: Etiam si medium aliquod esset, ex hac tamen causa non magis, quam ex ulla alia longe diversa et aliena sequeretur, in illo loco aliquid posse consistere. Ceterum voces *ratio* et *regio* saepissime a librariis confusas esse constat. (Conf. *Wak.* ad I, 957. 1040. IV, 517. Gifan. in Collect. ad Lucr. s. v. Proverbia, Drakenb. ad Liv. XXXII, 18. §. 2. aliique.)

1074. *Quum oportet* a Codd. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. [et editt. Brix. Ver. Ven.] absit (vid. ad v. 1067.), in iisdem vero libris pariter atque in Lugd. 1. Bodl. Cant. [et editt. Ald. 1. Bon.] *concedere* legatur, *Wak.* suspicatur veram scripturam fuisse *concedere debet*, quam coniecturam sane speciosissimam propterea in contextum recepi, quod vox *debere* in sexcentis eiusmodi locis a Lucretio usurpatur, oportere vero praeter I, 778. nusquam apparet.

V. 1079. repetitur II, 237.

1081. *in concilium*] sic *Wak.* restituit ex omnibus membranis et vett. editt. praeter Iunt. et Ald. 2., quae primae vulgatam lectionem praebent *in concilio*. (Vide supra ad v. 889.)

1083. *liquoris*] sic edidi e Codd. Lambini Brit. 3. et Cant., a quibus paullulum modo recedunt Lugd. 1. 2., *liquores* praebentes, quod *Wak.* ut minus vulgare et elegantius recepit, vereor an recte. Ceterorum vero Codd. et vett. editt. lectio *liquorum*, quam tantum praecedenti *terrarum* accommodatam habeo, ipsa meae lectioni magis favet, quae non minus eo commendatur, quod Lucretius, saepissime hoc

verbo usus, non nisi duobus locis I, 771. et II, 398. pluralem eius usurpavit.

De versibus 1084. et 1085., qui cum praecedenti in Codd. varie transponuntur, et quorum alter (1085.) in Cod. Bodl. prorsus desideratur, disputavi in Diss. mea p. 95. s., ubi quum ex his, tum ex internis causis ostendere studui, eos in aliquam suspicionem incurrere, quam, quod v. 1085. attinet, Bentleius quoque obelo praefixo indicavit.

1089. *flammam*] Editt. Brix. (et, si Wak. recte intelligo, in cuius nota subiecta vitium aliquod latere certum est, Codd. Vind. Brit. 2. 3.) *flamma*, minus bene; Brit. 1. *flamas*. — *coeli caerula*] ex Ennio sumtum, ubi p. 34. et 124. Hess. *caerula caeli templa* legimus. Redit haec formula apud nostrum VI, 96. qui etiam V, 482. *caerula ponti* et V, 770. *caerula mundi* dixit, ut Ennius p. 48. *caerula campi*. (Ceterum vid. ad v. 87.)

1090. *ibi*] sic ex omnibus vett. libris scriptis editisque non nisi editt. Iunt. Ald. 2.; ceteri omnes *sibi*, attracta vocis praecedentis litera finali. — *omnis*] Hav. cum vulgaribus editt. *igneis*, quae lectio in Codd. Gott. Brit. 1. 2. et editt. Iunt. Ald. 2. invenitur; ceteri *omnis*, quod Wak. recte in contextum revocavit. Causa mutationis in promptu est, scilicet verbum *colligere* absolute pro *se colligere* positum (qua de re diximus ad v. 398.) librariis offensionem fuit; quare vix cum Wak. putaverim, illud s, vovulae *ibi* in omnibus Codd. agglutinatum, veram Lucretii scripturam ad hunc modum fortassis indicare: — — *fugiens, se ibi conligat omnis*.“

1091. Versus a Bentleio rectissime, ut videtur, spurius declaratus, quem nullus liber Ms. praeter Lugd. 1. et Brit. 1., nec ulla vetus editio ante Iunt. et Ald. 2. agnoscit, ita ut non videam, cur a Wak. defensus sit. (Conf. quae de hoc et tribus vers. seqq. disputavi in Diss. mea p. 94. s., quorum postremus (v. 1094.) in Codd. Lugd. 2. Vind. Brit. 1. 2. 3. Poor. et editt. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. prorsus desideratur.)

V. 1097. in Codd. Brit. 2. sic se habet: *Et ne cuncta quidem simili ratione sequantur*.

1098. *tonitralia*] Sic Lamb. e, quatuor Codd., nec discrepant Codd. optimi Lugd. 1. 2. Gott. Cant., *tonetralia* praebentes. Codd. Bodl. Brit. 1. 2. 3. et omnes editt. vett. *penetralia*, Vend. *penitralia*. Wak. suspicatur *tonitrualia*, ut in Apuleii libro de mundo sub finem: „[Iupiter] dicitur et fulgurator, et *tonitrualis*, et fulminator“ (T. II. p. 371. Oudend.); nimirum a verbo *tonitruo*.

1100. *permixtas*] Codd. Lugd. 1. Gott. *mixtas*, priori

syllaba ob similitudinem praecedentis *ter* omissa. — *rerum*] sic recte Wak. cum omnibus libris Mss. et vett. editt.; Hav. cum vulgaribus retinuit Lamb. coni. *terrae*; Gifan. et Bentl. legi voluerunt: *Inter mixtas terrarum coelique r.*; ceterum in Cod. Brit. 2. verba sic transponuntur: *coeli rerumque ruinas*, quod Wak. magis placet, quam vulgaris ratio, ad modum Manilii I, 932.

1104. *parti*] de hac ablativi forma diximus ad v. 977. *désse*] sic omnes omnium generum libri, quorum lectionem recte Wak. revocavit, respuens Lambini commentum *cesse*, i. e. cessisse, ab reliquis editoribus nimis patienter servatum. Receptum vocabulum sic contractum legimus iam I, 44.; similiterque II, 1024. *vehementer*, III, 153. *vehementi*, V, 343. *coopervisse*, VI, 491. *cooperviant*, VI, 1276. *cooperta* etc. (Vid. ad v. 712. 976. 1021. et alibi.)

1105. *ianua leti*] Wak. comparat Virg. Aen. II. 661. et Arnob. II. p. 64.

1108. *clarescet*) unus Cod. Gott. *clariscit*, unde Wak. praeter necessitatem coni. *clarescit*, i. e. solet clarescere, „ut effatum sit generalem veritatem continens.“ Ceterum cum hoc versu conf. V, 1455.

# ANNOTATIONES

AD

## LIBRUM SECUNDUM.

1. Verba *Suave mari magno* affert Serv. ad Virg. Aen. V, 628. Markland. ad Statium p. 144. sine causa coni. *maris magni*, Orellio referente, qui v. 1. — 62. huius libri recepit in *Éclogas* suas p. 9. ss.

Vs. 2. integrum habet Nonius IV, 441. (p. 711. Goth.) Wak., eadem voce statim recurrente offensus, pro *magnum* coni. *vastum*, temere. Aperte enim Virg. Geo. I, 158., qui locus Wak. non fugit, hunc Lucretii versum respexit.

3. *quemquam*] Edit. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. *quempiam*. — *iocunda*] sic ἀρχαϊκῶς Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. et Ver. Ven. Ald. 1. Bon.

Vss. 5. et 6. hoc ordine, quem nos cum Wak. retinimus, leguntur in omnibus Codd. et vett. editt. praeter Ald. 1. et Bon. (Brix. enim, licet Gerard. taceat, a Ver. et Ven. non dissentire puto). Hav. cum vulgaribus editt. inverso ordine, ad intelligentiam lectorum, Lucretii rationem ignorantium, utique facilius.

12. Wak. cum quibusdam Pii Codd. mavult *perstante*. Non assentior; et Wak. ipse non solum hic verba Cic. Tusc. I, 10. *praestans diligentia*, sed etiam ad Lucr. III, 62., ubi hunc nostrum versum cum sequentis dimidio repetitum legimus, Plin. H. N. XI, 19. affert scribentem: *Apes — — labore praestantes*.

Vss. 14—16. Lactantius I, 21. fin. ita laudat, ut memoria deceptus *stultas* pro *miseras* exhibeat; et v. 16. priora verba Nonius IV, 117. sic affert: *Degimus hoc aevi quodc. est. — videre est*] sic praeter Pii Codd. et Cant. etiam Iunt., quare non dubitavi, hanc elegantio rem scripturam cum Wak. recipere, quum constet voculam *est* in fine versuum saepissime omisam esse. *Videre* simpliciter praebent Lugd. 1. 2. Gott.; ceteri autem Codd. et omnes editt. vett. praeter Iunt. *videtis*.

De graecismo autem *videre est*, a Latinis recepto, conf. Periz. ad Sanctii Min. IV, 4. not. 52. Ruddim. II. p. 227. (non satis recte hac de re disserens) Heyn. ad Tibull. I, 6, 24. (qui laudat Passerat. ad Propert. I, 20, 13.) Huschk. Epist. crit. p. 61. aliique.

17. *quoi* Wak. recepit ex edit. Bon., quae sequitur Ald. 1., Bentleio etiam suadente. Codd. omnes et editt. Brix. Ver. Ven. *qui*, haud dubie pro *cui* sive *quoi*; Bodl. *quo*; Iunt. et Ald. 2. *utque*; Hav. cum vulgaribus editt. *quom*.

19. *Iocundo*] sic rursus Gott. Vind. Poor. Brit. 3. (vid. supra ad v. 3.)

21. *quomque*] Lugd. 1. Gott., si Hav. fides habenda, *quemque*, et sic Lamb. cum quibusdam vulgaribus editt. De verbo *opus esse* cum nominativo vid. ad I, 1050.

Vss. 24—33. Macrobius affert Saturn. VI, 2. (T. II. p. 163. Bip.) collatos cum Virg. Geo. II, 461—463. et 467—472. Ipsum autem Lucretium hic Homerum Od. VII, 100. ss. ante oculos habuisse, iam alii dixerunt.

27. *fulget — renidet*] Editt. Bon. Ald. 1. 2. Iunt. *fulgens — renidens*, in metrica nimirum difficultate, de qua diximus ad I, 11., offendentes. Verum quidem est, Macrobius quoque l. c. participia illa exhibere; sed primum quaeritur, utrum haec vera sit lectio in Macrobi Codd. reperta, an tantum e vulgaribus Lucretii editt. depromta, deinde vero nec dubitari potest, Macrobius iam admodum corruptis poetæ nostri membranarum usum fuisse, qua de re conf. Diss. mea de Lucr. not. 20. et not. 44. Ceterum Preiger. coniecturam protulit *ostroque*, qua facile supersedemus.

Vs. 28. Macrobi. praeter l. l. etiam affert ad Sat. VI, 4. p. 178. — *citharae* lectio est omnium Codd. et edit. Brix., a Wak. in contextum revocata; vulgo *citharis* ut in editt. Ald. 1. Bon. Iunt.; una Ald. 2. *citharas*; Ver. et Ven. duplicem lectionem exhibent: *cytharae laqueat roboantia* et *cytharis reboant laqueata*; Macrobi. denique (e vulgaris certe editt.) primum *citharam*, post *cithara*. *Citharae* autem nominativus pluralis videtur, ut *reboant* positum sit pro *reboare faciunt*; quamquam etiam sic potest explicari: *reboant* ad vocem *citharae*, ut *citharae* tertius casus habeatur. (Conf. Wak. ad h. l.) — *templa*] Macrobi. altero loco *tecta*, quam lectionem probarunt Bentleius, et Burmann. ad Lucan. V, 19. temere, ut mihi videtur, etsi me non fugit Ennii locus simillimus p. 237. Hess., quo Bentr. et Burm. in suam rem uti potuissent. Conf. etiam quae diximus ad I, 121.

29. *Quom tamen*] sic Wak. cum omnibus fere Codd. cunctisque editt. vett. et Macrobio. Lamb. *Attamen* e coni.



cuiusdam viri docti; (nam Alteri editioni, ex qua etiam in Cod. Vind. legeretur, parumtribuendum). Hav. cum ceteris editt. vulg. *Quin tamen*, pariter sine librorum auctoritate. Ceterum vss. 29 — 33., vix uno vel altero vocabulo mutato, repetuntur V, 1391 — 1395.

33. „Cod. Cant. *viridantibus*: eleganter hercle, et fortassis vere; ut intelligatur vocabulum de quovis hilari colore venustoque.“ *Wak.*

36 *Iactaris* edidi cum Lambin. Eichst. Orell. e Cod. Gott., quia sic concinnitas loci postulare videtur. Ceteri libri omnes *Iacteris*, ut Hav. Wak.; editt. Brix. Ver. Ven. *Lacteris*, quae verba etiam IV, 993. et V, 1067. confusa reperiuntur.

41. 42. De hoc loco brevem disputationem institui in Comm. mea de Lucr. p. 85 ss., cuius summa huc redit: Quum Nonius X, 1. e libro II. Lucretii hunc versum afferat: *Fervere quum videas classem lateque vagari*, qui nostro versui 41. a Codd. exhibito simillimus sit, alii (Lamb. maxime, qui primus hunc versum e Nonio recepit, et Wak., strenue eum defendens,) utrumque versum a Lucretio positum, alterum vero, a Nonio servatum, propter idem cum priori initium librariorum culpa omissum habuerunt, alii vero (Preiger. imprimis et Orellii Censor in Ephem. lit. Ien. 1823. ch. 76.) Nonium e nostris Codd. corrigendum, eiusque auctoritatem nihili faciendam existimarunt. Neutra ratio habet, quo probetur. Primum enim *ἐπανάληψις* illa, quam Lamb. admodum iucundam censes, admodum ingrata et a Lucretii gravi simplicitate aliena videtur; deinde vero non apparet, cur, si uterque versus in Codd. Lucretii adfuisset, Nonius alterum tantum, et posteriorem quidem, attulerit. Contra autem Nonio tam parum fidei tribuere, ut Codicum lectionem sola negligentia vel errore memoriae adeo ab eo mutatam habeamus, hoc et ipsum iniquius et audacius videtur. Quare hoc etiam in loco duplicis recensiois vestigia nobis superesse, et Nonii versum a Lucretio ipso profectum, sed fortasse ob insolentio rem verbi *classis*, pro *exercitu* positi, significationem \*) serius e

\*) Nunc aliam potius causam proferam. Potest nimirum Lucretius etiam navium classem significare: at si quis senior eius interpolator hos versus invenerat:

Si non forte tuas legiones per loca campi

Fervere quom videas classem lateque vagari;

non intelligens, copulam *que* hic non primo, sed alteri sententiae verbo adiunctam esse (pro *classemque late*), ideoque duos accusativos obiecti adesse ratus, facile ad mutationem illam induci potuit.

v. 323. et 324. sic, ut hodie in Codd. legitur, mutatum suspicor. Praeterea in nonnullis Mss. et editt. vett. usque ad Iunt. omnibus versui 41. hi duo adiiciuntur:

Subsidiis magnis Epicuri constabilitas

Ornatas armis statuas stantesque animatas,  
a librariis ipsis iam spurii habiti, quum in Cod. Vind. (qui alterum versum sic exhibet: *ortas Armisitas statura st. an.*) rubris, in duobus Wak. Codd. vero maioribus literis et diverso atramento scripti sint; quare nescio, cur Orellius eos non modo defenderit, sed in contextum adeo receperit sic correctos:

Subsidieis magneis *fulciri* constabilitas,

Ornatis armis statuas, *turreisque* animatas;

recte propterea reprehensus a Censore supra laudato, cui tamen in eo assentiri non possum, versus istos, brevem titulum sive indicem sententiae continentes, e margine in contextum irrepsisse. Eiusmodi enim titulorum, quos sane interdum textui immixtos esse scio, (conf. versus post I, 705. II, 1142. VI, 606. in nonnullis Codd. inserti, ubi vid. Wak.) plane alia est ratio, quam horum versuum, qui cum loci nostri sententia ne remotam quidem similitudinem referant. Quare originem eorum ex alio, licet nondum detecto, fonte derivandam puto.

43. *cum*] sic Wak. cum Vind. Brit. 1. 2. Cant. et omnibus editt. vett. praeter Ald. 2., quae prima exhibet vulgarem lectionem *tum*, ab Hav. etiam servatam. — *timefactae*] Poor. et editt. Brix. Ver. Ven. *tumefactae*; editt. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *tumefacto*; Cod. Brit. 2. *tamen effecte*, unde Wak. parum feliciter coni. *tum exactae*; nec minus probanda Fabri coni., qui duplici epitheto *timefactae* — *pavidae* temere offensus (vid. ad I, 258. 295. II, 217. et alibi) legendum suasit: *pavefactae religiones* — *pavidi mortisque timores*.

44. *timores*] Cod. Brit. 2. *timore*, quod Orellii Censor saepius laud. assumendum, locumque sic construendum censeat: religiones tempus mortis timore vacuum relinquunt. Mihi potius, ut Bentleio, distinctione mutata verba *mortisque timores* cum sequente versu coniungenda videbantur; quare colon vel semicolon, quod dicunt, vulgo post *timores* positum, delevi.

48. *fera*] Codd. Brit. 2. *ferrea*, quod Wak. cupide arripiens, versum duabus adeo coniecturis vexavit, *sonitum arm. nec ferrea tela*, vel: *sonitus arm. et ferrea tela*.

50. *fulgorem ab auro*] i. e. fulgor ab auro emissus, seu breviter fulgor auri, de qua dicendi forma conf. Scioppii Susp. Lectt. I. ep. 17. Periz. ad Sanctii Min. III, 2. not. 138.

et III, 4. not. 9. Tursellin. de part. p. 22. s. Schw. Westerhov. ad Ter. Andr. I, 11, 29. aliique, huius loci non immemores. Simili, etsi non prorsus eadem ratione, infra IV, 1164. legimus *Ceres ab Iaccho*. (Conf. etiam, quae ad I, 720. et 934. disputavimus.)

Vs. 54 — 60. bis repetuntur III, 87 — 93. et VI, 35 — 41. Conf. etiam I, 147 — 149.

63. *quaeve*] retinui cum Hav. et Eichst. vulgarem lectionem, quam tuentur Codd. Brit. 1. 3. cum edit. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; quamquam verum est, ceterorum librorum scripturam, a Wak. receptam, *quaeque* pro *et quae* positam, aliquo modo defendi posse I, 52. et III, 34., ubi tamen non minus variat lectio.

70. *incolomis*] sic omnes edit. vett. praeter Iunt. et Ald. 2.

71. *quoique*] Hav. *cunque*, cui lectioni ex omnibus libris fide dignis una tantum edit. Iunt. favet; quare Wak. recte *quoique* revocavit, iam a Lambino receptum.

72. *augmine*] Edit. Ald. 1. Bon. *augmina*, Brix. *augmina*, Codd. Gott. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. et edit. Ver. Ven. *agmine*, quam Wak., cui omnis vox *augmen*, non nisi apud Lucretium et Arnobium inventa, suspecta est, fortasse genuinam putat Lucretii scripturam; qua in re prorsus ab eo dissentio, quum nemo videat, quid in hoc multisque aliis locis, ubi poëta noster verbo illo utitur, *agmen* sibi velit a verbo *agere*, *augmen* vero, verbum aptissimum, pluribus in locis (ut III, 269. V, 1306. VI, 615.) aut sine ulla, aut tali certe lectionis varietate inveniatur, quae animi attentionem mereatur, quamvis in aliis locis (I, 435, II, 188. 495. 1133. V, 680.) sane unus alterve liber Ms. vocem usitatorem *augmen* ei substituatur.

78. „De hac *λαμπαδηφορία* Atheniensium, quam perstringit poëta, consulas Pausan. Att. 33. [voluit haud dubie I, 30.] Herodot. VIII, 98., Potterum ad Lycophr. 734. Plat. Rep. 1. init. Arrian. exp. Alex. III, 16. aliosque bene multos.“ *Wak.* Adde Harpocrat. s. v. *λάμπας*, et Scholl. ad Aristoph. Ran. 131., similesque allusiones ad ritum illum reperiuntur apud Plat. de legg. VI. p. 776. B. Varronem R. R. III, 16. (p. 227. Bip.) Auct. ad Herenn. IV, 46. etc.

79. Bentl. coni. *Sin cessare*, fortasse vere.

84. 85. Wakefieldi coniecturam *quom*, *cita* — — *conflixere*, quum Codd. lectionibus proxime accedat, et Lucretii consuetudini maxime congruat, in contextum recipiendam duxi. V. 84. enim Cant. *concita saepe*, (quemadmodum Wak.) Lugd. 1. 2. Gott. *cita saepe*, quidam Pii Codd. *percita saepe*

ceteri libri omnes *cita superne*, (ut Hav. cum vulgatis editt.) quod tamen adverbium omni Epicuri doctrinae adversatur; melius fortasse *semper* legeretur, quum illud *saepe* loco positum sit utique minus apto; sic enim constructio procedere debet: Nam *saepe* fit, ut dissiliant, quum *cita* conflixerunt. \*) V. 85. autem Lugd. 1. 2. *conflixerē*, Gott. *conflexere*, editt. Ald. 1. 2. Bon. *cum fluxere*, reliqui omnes *confluxere*; Hav. et Wak. *quom flixere*. Sed verbo simplici *fligere* (de quo conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 237. not. 90. et p. 295. not. 47.) praeterea nusquam Lucr. usus est, contra vero *obvium confligere* legimus etiam IV, 1212., et simplex *cita* de atomis iam adfuit I, 996.

87. *tergo ibus*] Haec est ingeniosa Vossii, ut videtur, emendatio, quam, Preigero suadente, Hav. primus recepit. Codd. et vett. editt. omnes *tergibus*; Lamb., quem seriores sequuti sunt, e coni. infelicissima *tergis*, ut versus prodeat, tribus spondeis terminatus. De archaismo vero *ibus*, pro *iis*, qui, Preigero referente, occurrit etiam apud Plaut. Mil. Glor. I, 1, 74. (ubi tamen Lindemann. e Cod. Sur. *hibus* edidit, ob metrum) Rud. prol. 73. Trucul. I, 2, 14., et comprobatur similibus formis, *dibus* pro diis (Inscr. ap. Grut. p. XLVI. n. 9. et p. XCVIII. n. 5.) et *filibus* pro filiis (Grut. p. DLIV. n. 4.) Conf. praeter Charis. I. p. 39. Priscian. XIII, 3. (p. 961.) et Nonium VIII, 21., quos Wak. laudat, Schneid. Gramm. Lat. II. p. 68. Ceterum hac emendatione, si vera est, dirimetur etiam lis virorum doctorum de quantitate huius vocabuli, quod Bothius ad Rud. I. c. priorem syllabam producere contendat, propterea *ibus* e nonnullis libris in *iis* mutans, contra vero Lindemann. ad Mil. Glor. I. l. rectius, ut puto, primam, ut *quibus*, corripere doceat, allato Argum. Captiv. v. 5.

93. Deest hic versus in Cod. Brit. 2. et rubris literis scribitur in Vind. et Cant.; Hav. de suis Codd. prorsus silet. — *ostendit*] sic Wak. cum Vind. Poor. Brit. 3. Cant. et edit. Ver., quibus addo editt. Brix. et Ven. Ceteri libri *ostendi*, ut Hav. cum vulgaribus editt. minus bene; quamquam Knebel. etiam vertit: *Diess nun zeigt' ich bereits*. Difficiliorem lectionem sic explico: Spatium sine fine modoque est, et ostendit pluribus indiciis, (se) immensum patere etc. Wak. infinitivum *patere* nominativum subiecti habere videtur. — *certa* et idem Wak. restituit e Vind. et editt. Ver. Bon., cum quibus consentiunt Brix. Ven. Ald. 1.; vulgo *et certa*.

\*) Quare locum accuratius sic distinxissem: *nam, quom cita, saepe, Obvia confligere, fit, ut* etc., ne quis coniungat *saepe cita*. Sed qualis haec interpunctio!

97. *Conflictata* ediderunt Lamb. Hav. Wak. e priscis Pii Codd., quos sequitur etiam Iunt.; Bodl. Brit. 1. editt. Ver. Ven. *consulta*, quod Gifan. probat, esti non intelligat; ceteri libri omnes *consulta*, Fabro addicente.

98. Verbum *nexare*, quod, Ruddim. Inst. Gr. 1. p. 253. not. 75. referente, Goclenius Probl. Gramm. IV, 32. apud probatum auctorem inveniri negat, praeter hunc locum occurrit etiam Virg. Aen. V, 279. et in fragm. Livii apud Prisc. X, 8. fin. (p. 904. P.) De Lucr. I, 1024. vero aliter statuimus.

100. *convecta*] Codd. Brit. 1. 3. et Ver. Ven. *connecta*, unde Wak. coni. *connecta*; Ald. 1. et Bon. *connexa*, ut Hav. cum vulgaribus; editt. Brix. Iunt. Ald. 2. a partibus stant optimorum Codd.

105. *Cetera*] sic omnes Codd. et vett. editt., quos sequitur Wak. Vulgo ex editorum arbitrio *Et cita*.

110. Recte puto Eichst. restituisse vulgarem omnium librorum lectionem *motus*, quam Wak. e Bentleii coniectura praeter necessitatem in *coitus* mutaverat.

113. Hunc et seqq. versus Servius respexit, ad Virg. Ecl. VI, 32. scribens: — — „Unde et atomi dictae sunt, quas Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis, quae infusis per fenestram radiis solis videmus: dicit enim, illis nec visum posse accedere.“ *Contemplator*] Wak. comparat Virg. Geo. I, 187.

114. Retinui cum Eichst. vulgarem lectionem *insertim fundunt radios*, cogitans nimirum, quantopere Lucretius eiusmodi adverbia in *im* desinentia amet, (conf. ad I, 21.); quapropter nec Servii verba *infusis radiis*, ad quae Gifan. provocat, nec Virgiliti versus Aen. III, 152. *Plena per insertas fundebat luna fenestras*, quem Hav. ex hoc Lucretii fluxisse arbitratur, me movent, ut lectionem *insertei* comprobem, quam Hav. et Wak. e solis Codd. Lugd. 1. 2. Gott. receperunt; nominativus vero *radii*, ab iisdem editoribus e Codd. Lugd. 1. et Gott. receptus, fortasse ortus est e corrupta lectione Lugd. 2. *radi*, in quam vulgaris, amissa extrema syllaba, abierat.

119. Citat hunc versum Nonius I, 16. (p. 486. G.), qui *disidium* praebet, ut Cod. Cant. Sed vid. I, 221. 250. 453. etc.

124. De constructione verbi *animum advertere* cum simplici accusativo vid. Cortium ad Sallust. Iug. 93. Oudend. ad Caes. B, G. I, 24., Davis. et Bentl. ad Cic. Tusc. V, 23. (quos Wak. laudat,) Staveren. ad Nep. Epam. 6. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 328. not 16. aliosque.

130. *undique* Wak. restituit e Gott. Vind. Brit. 2. et Ver. Bon., quibus ceteras addere possum editt. vett.; vulgo *denique*.

Versum 143. Macrob. Sat. VI, 1. (p. 156. Bip.) sic affert:

Quum primum Aurora respergit lumine terras,  
et comparat cum Virg. Aen. IV, 584., qui versus redit Aen.  
IX, 459.

144. Conf. infra v. 346. *Variae autem volucres* hic etiam,  
ut I, 590., significat pictas, variis coloribus ornatas.

151. *quod sic* Wak. coniectura est verisimillima, quam  
sic explicat: „vel sic, quamvis ea celeritate veniat, undas  
aëris verberat in transitu, et non sine impedimentis eluctatur.“  
Codd. optimi Lugd. 1. 2. Gott. *quo si*; Bodl. Brit. 1. 2. 3.  
Cant. et omnes editt. vett. *quod sol*, sed in Brit. 1. illud *sol*  
rursus inscriptum est; vulgo editur *quasi quom*, contra libros,  
nam in duobus modo Codd. Lamb. legitur *quasi dum*, quod Bent-  
leio placuit, nescio quo sensu. — *diverberat*] sic reposui e  
Codd. Vind. Brit. 1. 2. Cant. et omnibus editt. vett., quum,  
Wakefieldi coniectura recepta, quomodo coniunctivus locum  
habeat, non perspiciam. Wak. tamen, ut omnes editt. vul-  
gares, *diverberet*.

152. *singillatim*] Cod. Brit. 2. et editt. Brix. Ver. Ven.  
*singulatim*, male. — *vaporis*, quod cum Eichst. restitui exhibent,  
si Hav. non ex negligentia tacuit, Codd. Lugd. 1. 2.  
Gott.; Wak. e ceteris libris omnibus edidit *vapores*, per exeg-  
esin quasi verbis *corpuscula quaeque* additum, quae tamen  
ratio multum abest, ut mihi satisfaciat. Conf. contra II, 530.  
VI, 1062. et similes locos.

Vs. 154. et 155. affert Priscian. VIII, 7. §. 34. (p. 802.  
Putsch.) De constructione *corpora officiantur* conf. Ruddim.  
Inst. Gr. II. p. 219.

157. Hic etiam cum Eichst. vulgarem lectionem *remoratur*,  
quam exhibent Cod. Brit. 1. et editt. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.,  
reponere, tutissimum habui. Wak. enim in contextum recepit  
coni. suam *remorae fit*, quum *remora* veteres dixissent *pro*  
*tarditate* (ut Plaut. Trin. I, 1, 16. Poen. IV, 2, 106. et Festus  
h. v. Remora, p. 171. Goth.) Codd. varietas haec est: Vind.  
Brit. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. *ne* (Bodl. *nec*) *crescere mora est*,  
Lugd. 1. *necrescere moravit*, Lugd. 2. *nec res se remoravit*,  
Poor. Cant. *nec res remoravit* (?), Gott. *nec res semor autem*.

158. Bentl. coni. *e finibus*, praeter omnem necessitatem.

159. *connixa*] vulgaris lectio, quam ex editt. vett. prae-  
bent Ver. Ven. Ald. 2.; at Lugd. 1. 2. Gott. Vind. Brit. 2. 3.  
et Brix. Ald. 1. Bon. Iunt. *connexa*, Poor. Brit. 1. *convecta*.

Vss. 162. et 163., una voce mutata, iterati inveniuntur IV,  
208. 209. — 163. *pervolgant*, i. e. perfundunt, complent; signifi-  
catione verbi Enniana, p. 286. Hess., qua redit apud nostrum  
II, 346. et IV, 209. et usurpavit etiam Pacuv. ap. Varr. L. L.

VI, 5., quem affert Turneb. Advv. XXIII, 16., nostri loci non oblitus. Eodem fere sensu Lucr. I, 4. et II, 345. utitur verbo *concelebrare*.

V. 164. *deest* in Lugd. 1. 2. Gott. Bodl. Cant. et Brix. Ver. Ven., quo tamen locus carere nequit.

165. *persectari* Wak. recte revocavit ex omnibus fere libris, collato IV, 1007. Hav. cum vulgaribus editt. *perscrutari*, cui lectioni favent tantum editt. Ald. 1. et Bon. cum margine Cod. Brit. 1.

168. *reddi*] sic Hav. Wak. Eichst. cum optimis plurimisque libris. Cod. Brit. 3. editt. Iunt. Ald. 2. Lamb. Creech. et reliquae vulgares editt. *rentur*, „ex correctione ad I, 155. composita,“ ut recte suspicatur Wak.

169. *admoderate* idem Hav. primus restituit, suadentibus Gronov. Obs. III, 6. et Salmas. Epist. 48., nec aliud voverunt Codd. Lugd. 1. 2. Vind. *at moderate*, Poor. Brit. 1. 2. 3. et editt. vett. praeter Iunt. *ac moderate* praehentes; Iunt. *admoderari*, ut in Lugd. 2. superscriptum est *admoderare*; Cant. *et moderare*. Lamb. cum vulgatis *ac moderatis* e coniectura, non minus reiicienda, quam Wakefieldi *admoderantem*.

173. *res per Veneris*, ut II, 437. et V, 846. *Veneris res* autem prorsus exprimit Graecorum τὰ ἀφροδίσια. — *blanditum* Lambini est coniectura (ex unius Cod. lectione *bladitir* eruta), quam; Codd. Vind. et Brit. 1. comprobant, omnes seriores editt. receperunt; Lugd. 1. 2. Gott. *blanditur* („quasi interpretationem voluerint, *blanditer* scilicet,“ Wak., quod dubito); ceteri libri omnes *blanditum*. (Conf. supra ad I, 21.)

175. *quom fingunt*] sic diserte Lugd. 1. 2. Gott., a quibus vix recedunt ceteri libri, *confingunt* exhibentes, quare Wak. iure revocavit. Vulgarem lectionem *deos fingunt*, sed in omnibus rebus iuvant solae editt. Iunt. Ald. 2. Ceterum interpunctionem paullo immutandam censui. Wak. enim sic distinxit: *quom fingunt omnibus rebus, Magno opere*; sed illud *omnibus rebus* potius ad apodosin pertinere videtur.

Vs. 177—181. hac vel illa vocula mutati repetuntur V, 196—200.

179. *reddere*, i. e. ἀποδιδόναι, ob oculos ponere, demonstrare, ostendere (ut iam Lamb. interpretatus est.)

181. *quamquam haec sint*] sic Wak. e Codd. vestigiis conflavit. Brit. 3. enim, Cant. et edit. Bon., (quae sequitur Ald. 1.) omnes *quamquam haec sunt* praebent, Brix. *qua quae haec sint*, Ver. Ven. *quamque haec sint*; in Brit. 1. 2. *sint*, in Lugd. 1. 2. Gott. *haec sint* omittitur. Iunt. et Ald. 2. *quae tanta est*, quam Marulli, ut videtur, coniecturam, cum

vulg. editt. Hav. quoque retinuit. Wak. lectionem suam sic explicat: „licet in hominum reprehensionem haec philosophia incurrat, quasi scelestis et impiis ex elementis constituta.“

184. Bentl. coni. *Nam locus est*, Wak. *Iam locus est*, quum illud *Nunc*, modo praegressum, utique offendat. Omnes tamen libri vulgarem tuentur, nec hoc unum est, quod in loco nostro scrupulum movere possit. (Conf. quae de omni loco II, 167—183. disputavi in Comment. mea de Lucr. p. 40. ss.)

186. *meare*] Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 1. et Brix. Ver. Ven. *meari*, sed mendose.

187. *Ne recte* Eichst. restituit, quod Wak. e sola edit. Ver. in *Nec* mutaverat. Idem Wak. hanc suadet lectionem: *Ne tibi dent, timeo, flamm.*, quae sane multa habet, quibus commendetur, et diserte exhibetur a Codd. Vind. Cant. Brit. 2. et editt. Ven. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; proxime autem accedunt Brit. 3. *dent in timeo*, Ver. *dem timeo*, Brix. *de in timeo*, Brit. 1. *de niteo*; et similem metum Lucretius etiam I, 81. et 415. profitetur. Quum tamen Hav. vulgarem lectionem in optimis Codd. suis invenisse videatur, nihil incautius mutaverim.

189. Wak. *nitidae* interpolatum putat ex I, 253., et Veronensis lectionem *itidem* veram habet, hiatu admissio; non assentior.

190. Wak. coni. *pondere*, sine causa idonea.

193. *subigente*] sic Lamb. ex uno Cod., nec aliter Cod. Gott., quare non dubitavi, cum Eichst. hanc vulgarem restituere. Wak., quum ceteri libri omnes *subiecta* praebeant, e coniectura edidit *subicente* pro se *subiiciente* positum, quod audacius videtur.

194. *quom missus*] sic diserte Cod. Brit. 3. et edit. Brix.; Brit. 1. 2. *commissus*, quae Wakefieldo antiquioris scripturae levis depravatio videtur.

197. *Non* Wak. edidit ex uno Cod. Brit. 2., nec potui non elegantissimam lectionem retinere; ceteri libri omnes *Nam*. — *quo* lectio est omnium, ut videtur, Codd. et vett. editt., a Wak. recte revocata; vulgares enim editt. *quam*, ex Lambini coni. — *ursimus* idem Wak. recepit e Pii Codd.; reliqui libri *urgimus*, editt. Iunt. et Ald. 2. *urguimus*. — *altum*] sic iam Lambin., et comprobant hanc lectionem editt. modo comm.; nec aliud sibi velle videntur Lugd. 1. 2. Cant. (et Brit. 2. cum editt. Ver. Ven. in margine certe) *altū* praebentes (i. e. altū), unde factum puto ceterorum librorum *alta*, et editt. Ald. 1. Bon. *alte*.



203. Codd. Lugd. 2. Bodl. Vind. Brit. 3. Cant. Brit. 2. (qui tantum *quocunque* praebet loco *quoque*) cum edit. Brix. Ver. Ven. hoc ordine verba exhibent: *quoque debent flammae*; unde Wak. versum sic potius vult constitutum: *Sic igitur debent quoque flammae p. p. a.* Nihil mutandum puto, nam verborum transpositiones in Lucretii Codd. haud raras.

205. *Pondera*] Lugd. 2. *Pondere.* — *in se est*] Tuentur vulgarem lectionem edit. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; ceterae edit. vett. et Codd. fere omnes *inest*, quod ex solita scriptura *in sest* depravatum. — *deducere*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *ducere*. Quare Wak.: „quovis pignore contenderim, Lucretium scripsisse:

*Pondere, quantum inest, deorsum se ducere pugnent.*“ Ingeniosa sane coniectura; tamen in vulgari acquiescendum putavi.

Versum 207. citat Macrob. Sat. VI, 1. (p. 156. Bip.), comparans cum Geo. I, 367.

209. *terram*] sic omnes libri, praeter Lugd. 1. 2. Gott., *terra* exhibentes, quod Wak., locis Lucr. I, 889. Theocr. XIII, 50. Hom. Il. IV, 75. et Hygin. fab. 139. comparatis, recepit et Eichst. retinuit. Nos, constantem Lucretii usum spectantes (conf. II, 215. 1166. VI, 257. 745. 828. 1125. etc.), vulgatam restituimus.

214. Hunc quoque versum Macrob. affert l. c., et ita quidem, ut omnes libri nobis cogniti, *Nunc hinc, nunc illinc* etc., quare non potui a me impetrare, ut Wak. coni. *heic — illic* in contextu servarem, quam et Eichst. reiecissee video.

216. *avemus*] Codd. Lugd. 1. 2. Gott. Bodl. Vind. Brit. 3. et edit. Brix. Ver. Ven. *habemus*, quam corruptionem saepius occurrere (v. c. II, 265. III, 6. 260. 1095. 1096. etc.); semel sufficiat indicasse.

217. Wak. miratur, Lucretium non scripsisse *deorsum recta*; sed vide statim v. 226., et duo adverbia vel adiectiva sine copula coniuncta attentum huius poetae lectorem offendere nequeunt. Ceterum duo commata, quibus Wak. verba *per inane* inclusit, delevi.

219. *depellere*] sic recte Wak. cum omnibus libris praeter quosdam Pii Codd., *decedere* habentes; vulgo *se pellere*, contra libros.

220. Retinui Wak. lectionem *minumum* quum propter Codd. auctoritatem, (nam vulgarem *momen* exhibent modo Brit. 3., edit. Iunt. et, si Havercampi silentio aliquid tribuendum, Lugd. 1. 2.) tum propter v. 244. mox sequentem et duos Ciceronis locos de fato c. 10. et 20., a Creechio et Wak. laudatos, qui luce clarius demonstrant, hic non de motu

vel impulsu mutato in universum, sed tantum de *minimum* mutato dici potuisse. Eichst. tamen vulgarem restituit.

222. Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *Imbres*, et iidem libri (certe septem posteriores, quos et Wak. et ego contulimus) *ut*, quare Wak. suspicatur, Lucretium scripsisse *Imbres ut guttae*, quemadmodum dicatur *fama anus*, ἀνήρ βασιλεύς et similia. Non assentior.

227. 228. *plagas*] sic apparet in Brit. 1. 3., et ab eadem manu superscriptum in Lugd. 2.; Lugd. 1. *plag* in litura; reliqui omnes *plagis*. — *possint*] Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. *possit*; quare Wak. coni. — — *plagis Gignere*, quae *possit genitales r. m.* Sed ob meliorum Codd. auctoritatem et v. 241. vulgarem non sollicitandam puto.

230. *deorsum*] Lugd. 1. 2. *rarum*, Gott. *arum*, mira varietate.

V. 237. iam adfuit I, 1079.

240. *poterunt*] Codd. optimi Lugd. 1. 2. Bodl. cum Brix. Ver. Ven. *potuerunt*, sed mendose, sicut Brit. 1. *nunquam* pro *unquam*.

243. *inclinare* Wak. recte ex omnibus libris restituit; Hav. cum vulgaribus *clinare*, quod, Codd. non invitis, bene se haberet. (Vide infra ad v. 292.) *Inclinare* autem intransitive usurpatum pro se inclinare, de recta linea deflectere. (Conf. ad I, 398.)

247. *in se est*] Lugd. 1. 2. Gott. Bodl. Vind. Brit. 2. 3. cum Brix. Ver. Ven. *inest*. (Vid. ad v. 205.)

250. *Declinare* cum accus. obiecti, quem dicunt, statim redit v. 259. et vix opus fuisset, ut Wak. post Lambin. laudaret Virg. Aen. IV, 185. et Cic. de fato c. 20., (quem locum iam ad v. 220. attulimus). Nam sic etiam Plaut. Aulul. IV, 8, 11. et Ovid. Met. II, 138.; nec aliter explicandos duco Liv. XXXVI, 23. XLII, 63. et similes locos.

251. *motus*] Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. et Brix. *motu*, unde nihil elicere possum.

252. *vetere*] Wak. ex uno Cod. Brit. 1. *veteri*, recte desertus ab Eichstaedtio.

257. *voluntas*] sic Lamb. Hav. Wak. Eichst. cum Codd. Vind. et Brit. 2.; ceteri libri omnes *voluptas*, quae verba etiam versu seq. confunduntur, ubi *voluptas* recte se habet; sed Lugd. 1. Vind. Brit. 3. et Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *voluntas*; in Brit. 2. et Poor. totus v. 258. desideratur. (Conf. Virg. Ecl. II, 65. iam Lambino laudatus.)

260. *uti* Wak. edidit e coni., quam fulcire videtur lectio Cod. Brit. 3. *ut*; ceteri libri *ubi*, quemadmodum vulgo legitur, minus bene.

262. *motus*] vox deest in Brit. 2. 3. et Brix. Ver. Ven.;

Cant. habet *homines*, quod etiam vêtus collator adscripsit margini exempli Veron., Dresdae asservati, addita et alia correctione *reguntur*. Wak. suspicatur *omnes*, scil. *hae res*, praeter necessitatem.

V. 265. affert Nonius XII, 1. (p. 775. Goth.), pro *avet* cum pluribus nostri Codd. *habet* exhibens. (Vid. supra ad v. 216.)

269. *initum* praebent plures Lambini Codd., Brit. 1. et editt. Ald. 1. 2. Bon.; ceteri omnes *initium*. (Vid. I, 384. et III, 272.; supra autem I, 13. *initum* habuimus pro *ingressu*.)

272. *impulsei*] Cant. *impulsu*, quare statim Wak. coni.: *quom impulsu procedimus, ictei Viribus* etc.

274. *materiem*] sic Wak. cum Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 2. et Ver. Bon., quibus adde Ven. Ald. 1. 2. Iunt. et procul dubio etiam Brix., nam Gerard. hic quoque dormivit; vulgo *materiam*.

276. *Donec* praebent Lugd. 1. Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnes editt. vett.; recte igitur a Wak. receptum; Hav. cum vulgaribus *Donicum — eam*] Bodl. et Ver. Ven. *causa*, Pii quidam Codd. et Iunt. *clausa*; in Brit. 2. vox omnino deest. — *voluntas*] Vind. *volutans*; quas varietates Wak. sic concinnare studet: *D. caussa r. p. m. volutans*, „ut causa per membra se promovens periphrasis sit voluntatis;“ infelicissime!

277. *extera*] Editt. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *extima*, Codd. Vind. Brit. (2.?) 3. et editt. Ver. Ven. *extrema*, et Brit. 2. quidem hoc ordine: *multos vis extera \*) multos*. Bent. coni. *multa*, sine causa.

278. *Pellat — cogat*] sic Wak. cum Lugd. 1. Brit. 2. 3. et Ald. 1. Bon.; *Fallat — cogat*, Vind. (Brit. 1.?) Poor. et Brix. Ver. Ven. Vulgo *Pellit — cogit*, quorum utrumque habent Cant. Iunt. et Ald. 2., posterius Brit. 1. \*\*)

279. *rapi* Wak. recepit ex edit. Bon., quae sequitur modo Ald. 1.; ceteri libri omnes *rapit*, attracta litera prima sequentis vocalae.

283. *residit*] Vind. Brit. 3. Poor. et Brix. Ver. Ven. Iunt. *residet*, Brit. 2. *resedit*.

286. *ollis* Wak. edidit ex priscis Pii Codd., quos iam editt. Iunt. et Ald. 2. sequutas esse video; ceteri libri *nobis*, ut vulgo, quod quem iustum sensum efficiat, non perspicio.

\*) Antea Wak. hunc Cod. *extrema* praebere dixerat.

\*\*) Hic quoque Wak., parum sibi constans, ex uno eodemque Cod. duas affert lectiones *cogat* et *cogit*.

289. *mens*] Bodl. Brit. 1. 2. 3. et editt. vett. omnes (Brix. enim, licet Gerardo, ut de reliquis, tacente, non exceperim) *res*, quod editores recte reiecerunt.

292. *clinamen*, vox Lucretio propria, nec ullo alio loco nobis cognito occurrens, recte tamen a verbo simplici *clinare* derivata, quo utitur noster VI, 563. (vid. etiam supra ad II, 243.) nec minus, quos Wak. laudat, Cicero in Arat. 53. 86. et 259. atque auctor epigramm. in Burmanni Anthol. Lat. III, 55. (Vid. etiam Petron. c. 127. extr. ex Lipsii emendatione.)

299. *post haec* ad antiquiorem rationem edidi cum Cod. Brit. 2. et omnibus editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2., quae primae vulgarem exhibent *posthac*, ab omnibus editoribus servatam.

300. *consuerint* Wak. edidit cum plurimis Codd. et omnibus editt. vett. Vulgarem *consuerunt* habent tantum Brit. 2. 3. Cant.

301. *inque valebunt*] sic Wak. ex una edit. Bon.; quam, quum Ald. 1. 2. et Iunt. consentientes viderim, eo minus deserendam duxi, quo saepius in verbis cum *in* compositis Lucretius tmesi uti solet (conf. III, 483. IV, 564. 715. 1145. 1246. VI, 394. 570. etc.); vulgo *vigue valebunt*.

305. *rursus* abest Codd. Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 2. 3. et ed. Brix.; editt. Ver. et Ven. praebent *partis*. — *omne*] Vind. Brit. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. *in omnes*.

Vs. 308. — 311. desiderantur in Codd. Vind. et Brit. 1.

313. *ipsam*, a Wak. e Codd. Gott. Cant. receptum, retinui, Iunt. quoque et Ald. 2. auctoritate motus; Ald. 1. et Bon. *ipsos*, reliqui omnes *ipsum*; vulgo *illa* ex Lamb. coni., qui in duobus libris Mss. *illum* se invenisse dicit. *Ipsam* autem ad *primorum naturam* referendum esse, non est ut doceam.

314. *surpere*] sic ex meis libris Iunt. et Ald. 2.; sed Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 1. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *asurpere*, Vind. *assuppere*, Ald. 1. et Bon. *serpere*, quod Wak. fortasse verum dicit, me non assentiente. Ceterum *surpere* positum est pro *surripere*, quemadmodum apud Horat. Od. IV, 13, 20. Sat. II, 3, 283. (non 83.) et Plaut. Capt. prol. 3., quibus locis a Wak. allatis adde eiusdem fabulae Plaut. III, 5, 102. et V, 4, 14. eiusd. Poen. prol. 66. etc. (Vid. etiam Parei Lex. Plaut. s. vv. Surptus et Surpuit, Gifan. Ind. ad Lucr. s. v. *surpere* et Both. ad Plaut. Poen. Argum. 1.; de similibus vero contractionibus diximus ad I, 71.)

316. *diducta*] sic, si Hav. recte tacuit, Lugd. 1. 2. Gott., et ex editt. vett. Ald. 1. et Bon. (quam Hav. et Wak. falso dicunt vulgarem praebere); omnes reliqui libri *deducta*, ut vulgo editur, sed contra Lucretii mentem.

318. *reptant*] Brit. 1. Poor. et Ver. Ven. Ald. 1. *raptant*, Brix. *repetant*, mendose.

320. *coruscant* Wak. recte restituit ex plurimis libris Mss., quibuscum faciunt editt. Brix. et Iunt.; editt. Ver. Ven. Ald. 2. *croniscant*, Ald. 1. *chroniscant*, Vind. *chorascant*, Bodl. denique *toniscant*, cui proxime accedit Pii conii. *coniscant*, quae, serius vulgaris facta, apud Hav. quoque invenitur. Wak. ad suam lectionem defendendam landat Iuven. XII, 6. et Virg. Geo. IV, 73., (quibus addere potuisset Virg. Aen. VIII, 661. XII, 919. Sil. Ital. I, 434. et similes locos, eandem significationem primariam verbi comprobantes), simulque observat, Virg. Geo. II, 525. nostrum locum venustissime sic ampliasse: — — „pinguesque in gramine laeto Inter se *adversis luctantur cornibus* haedi.“ Ceterum quaerendum, an non fortasse rectius *corusso* scribatur, ut Graeco *κορύσσω* vel *κορύπτω*, a quo derivatum, melius respondeat.

V. 324., collatum cum Virg. Aen. V, 674, Macrobian. Sat. VI, 6. (p. 156. Bip.) sic affert: *Componunt, complent; belli simulacra cientur.*

325. *Fulgur*] Lugd. 1. 2. Gott. *Fulgor*, minus eleganter.

326. *renidescit*] Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *renitescit*.

327. *clamoreque*] Gant. cum editt. Ver. Ven. *clamor quoque*, Vind. *clamoremque*, unde Wak. conii. *clamorem quoque montes Ictei, et reiectant* etc., quod nemo facile probabit.

Vss. 329. et 330. Lambinus (neutiquam Pius, cui Wak. hoc imputat) contra omnes Codd. et vet. editt. iam post v. 324. posuit, in quo versuum ordine omnes editores usque ad Wak. male eum sequuti sunt, qui primus genuinum ordinem restituit, probe intelligens, Lucretium primum de copiis pedestribus modo, postea de equitum discursibus loqui voluisse. Ceterum hos versus, cum Virg. Aen. IV, 154. comparans, citat Macrobian. Sat. VI, 4. (p. 176.)

332. *videntur* (scil. equites circumvolitantes) Wak. restituit e Codd. Gott. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant., a quibus non dissentiant editt. Brix. Iunt. Ald. 2. Vulgo *videtur*.

336. *quo*] Codd. Brit. 1. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *quod*, minus bene; nec reperitur haec varietas infra v. 723., ubi hic versus cum sequente iteratur.

342. Verba *mutaeque natantes Squamigerum pecudes* affert Nonius VI, 65. (p. 743. G.) Quod autem vocem *pecudes* de piscibus usurpatam attinet, vid. ad I, 14. observata.

345. *Concelebrant*, i. e. frequentant, inhabitant, et parum differt a sequente *pervolgant*. Conf. ad I, 4., quibuscum comparari possunt, quae ad II, 163. disseruimus. Prae-

terea cum Eichst. restitui librorum fere omnium lectionem *fontisque lacusque*, quam Wak. mutaverat in genitivum *fontisque lacusque*, ut in Brix. Ver. Ven. apparet. Cum v. 346. conf. supra v. 144.

347. *Quorum*, quod Wak. reposuit, cum omnibus fere Codd. et vett. edit. retinui. Vulgo *Horum*, quemadmodum Gott. Vind. Iunt. et Ald. 2.

348. *differre*] sic Wak. cum optimis Codd.; sed Vind. Brit. 1. 2. 3. et omnes edit. vett. *distare*, quae vulgaris lectio est, ab Hav. servata. — *figuris*] Brit. 1. et Poor. *figuras*, quod Wak., utpote doctior constructio, non displicet.

Vss. 352. et 353. Macrobius Sat. VI, 5. (p. 180.) comparat cum Virg. Aen. IV, 453., quem hunc nostrum locum etiam Georg. III, 515. imitatum esse, Wak. annotat.

359. *crebra revisit*] Wak. comparat Virg. Geo. III, 500. Multa alia exempla, ubi neutrum adiectivorum utriusque numeri adverbiorum loco adiicitur, congressit Ruddim. Inst. Gr. II. p. 159. St. *Revisere ad aliquid*. autem redit V, 635., et invenitur etiam apud Plaut. Truc. II, 4, 79. et Gellium XIII, 30., quos laudat Wak.

361. Macrobius, qui Sat. VI, 2. (p. 164.) vss. 361 — 363. affert, collatos cum Virg. Geo. III, 520 — 522., legit *virentes pro vigentes*.

362. *ulla* restitui ex omnibus fere libris. Wak. e Lugd. 2. et Gott. *illa* recepit, ut sensus sit: „Illa ipsa flumina, quibus dudum consueverat et usque ad hanc horam tantopere delectabatur“; quod tamen artificiosius videtur explicatum. Locorum autem, quos Wak. comparat, I, 83. et II, 389., non prorsus eadem est ratio; in illo enim iam v. 79. praecesserat *Religio*, et in hoc pariter antea iam v. 385. de parvis illis atomorum corpusculis sermo fuerat. Quare librorum auctoritatem hic non negligendam duxi, licet Eichst. a Wak. partibus stare viderim.

365. *animum*] sic Wak. restituit ex optimis libris; Gott. Brit. 2. 3. *alio*, quae vulgaris est lectio, orta, ut Wak. videtur, e compendio verae lectionis *aiō*. — *curamque*] sic idem Wak. cum optimis Codd. et omnibus fere edit. vett.; vulgo *curaque*, ut in Gott. Brit. 2. 3. et Brix.

366. Cod. Brit. 2. *requirunt*, quod Wak. valde placet.

Vss. 367. et 368. Macrobius Sat. VI, 5. (p. 180.) comparat cum Virg. Geo. IV, 10 ss.; et quidem v. 367. *in* legit pro *cum*, quod Wak. „doctius videtur, ad Graecorum modum, ut sit *cum* ex interpretamento.“ Vix putaverim; certe locis, ad quos provocat, I, 831. (ubi nos voculam *in* delevimus) et I, 994. (qui alius est generis), nihil probatur. Idem vero Ma-

crob. etiam v. 368. *corniferas* pro *cornigeras* omnium librorum.

369. *Balatum* Wak. edidit é Codd. Lugd. 2. Bodl. Cant. et editt. Ver. Bon., quod retinendum censui, quum etiam editt. Ven. Ald. 1. 2. Iunt. isti lectioni faveant, nec minus Ennius p. 66. Hess. dicat: *Balatum pecudes* quatit; vulgo *Balantum*. — *pecudes*] „Bodl. et editt. Ver. Bon. [quibus adde Ven. Ald. 1. 2. Iunt.] *pecudis*; non male; et dubitari potest, an scribarum de syllabae brevis productione sollicitudo receptum *pecudes* non importaverit.“ *Wak.* Sed praeter omnium fere Codd. auctoritatem etiam Ennii locus ille obstare videtur.

370. *Wak.*, Bentleio suadente, recepit lectionem vett. editt. *feri*, quod Bentl. cum *lactis* construi iubet, *Wak.* vero cum Pio pro nominativo habet. Neutra ratio nobis probatur; quare cum Eichst. omnium Codd. et Iunt. Ald. 2. lectionem *fere* restituimus.

372. *Quidque*] sic *Wak.*; Hav. cum vulgatis editt. *Quodque*, ut in Vind. Brit. 2. Cant. et Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; Brix. *Quicquam*. Praepositionem *in*, quae contra omnes, puto, libros fide dignos vulgo ante *genere* insertur, idem *Wak.* primus omisit.

373. Bentl. et amicus quidam Havercampi coni. *intercurrent*, ad modum v. 334. [III, 32. et IV, 27.]; sed praeter necessitatem. Substantivum *distantia* redit II, 525. et IV, 638.

V. 376. affert Nonius X, 2. (p. 767. G.), pro *pavit* longe deterius *lavit* exhibens, quemadmodum editt. Ald. 1. Bon. Iunt. „*Pavit*, i. e. sternit, a Græco *παίω*, interposito digamma. Vocem adhibuerunt etiam Cato R. R. XVIII, 7. Varro R. R. I, 51. Cic. de div. II, 34. Plin. H. N. IX, 12.“ *Wak.*

380. *Quadam* *Wak.* est coniectura, sed tam facilis, ut pariter atque Eichst. eam in contextu servare non dubitaverim, quum sententia vix aliter recte possit procedere. Vulgo *quaedam*; sed de omnibus primordiis in universum sermo est, quae cum granis frumenti et conchis marinis comparantur, pariter aliquam formae diversitatem referentibus, licet obiter spectata, prorsus simillima videantur.

381. Vulgares editt. post *est* inserunt *iam*, uno tantum Brit. 2. addicente, quod recte *Wak.* omisit. Bent. pro *nobis* coni. *nodos*, ingeniose, ut solet, sed sine causa idonea.

382. *penetralior*] sic *Wak.* cum vulgaribus editt. Retius fortasse *penetralius* (cum verbo *fluat* constructum), quod praebent Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. Cant. et Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; idemque voluisse videntur Ver. Ven., *penetrabilius* praebentes.

383. Bentl. coni. *fuat*, parum feliciter.

388. *cornum* cum Hav. Wak. et Eichst. retinui, utpote antiquiorem formam, quam non mirum est in Bodl. Gott. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus edit. vett. in recentiorem *cornu* esse mutatam. De illa conf. praeter Prisc. VI, 15. (p. 714. P.) Ruddim. Inst. Gr. I. p. 166 s. Schneid. Gr. Lat. II. p. 342. s. et qui hic laudantur. Ceterum Wak. huic loco apte comparat Plin. H. N. XI, 16., ubi *cornu laternae translucidum* commemoratur.

390. *liquor almus*] Cant. *liquora almus*, edit. Ver. Ven. *liquor alinus*, Lugd. 1. 2. *liquor alimus*, Brit. 2. 3. *liquosa limus* (i. e. *liquos almus?*). Hav. etiam protulit glossam *sine limo* margini Veron. ex antiquo Cod. adscriptam, quae Wak. duxit ad con. *liquor albus*, quam nemo facile probabit. Ceterum Sanctii commentum in Min. I, 7. et IV, 17., adiectivum *almus* raro in masculino, nunquam in neutro genere inveniri, recte refutavit Ruddim. I. p. 139. not. 12.

392. *conctatur*] sic ἀρχαίνωσ edit. Ver. et Ven. Fortasse Lucretius, magis etiam antiquissimam rationem servans, scripsit *contatur*, (conf. Nonius IV, 55. et Wak. ad h. I. et III, 67.), quem tamen archaismum si constanter restituere voluissem, nimis multa in scribendi ratione mutanda fuissent, quare nec in hac voce cum Wak. eum retinui. Heringa Observ. p. 169. con. *cunctanter*, qua mutatione non opus est. — *olivom*] sic Hav. et Wak. Codd., si viri docti vere tacuerunt, atque etiam Brix.; Ver. et Ven. *olivam*; ceteri *olivum*.

395. *deducta* per errorem ex edit. Eichst. servatum est, quum potius *diducta*, omnium fere Codd. lectio, ad sensum etiam melius quadrans, cum Hav. et Wak. edenda fuisset. *Deducta* non nisi Cant. et Ver. Ven. Ald. 1. Bon. praebent.

V. 401., omissa prima voce, Macrobius citat Sat. VI, 1. (p. 159.), collatum cum Virg. Geo. II, 246. s.

406. *Proptereoque*] Edit. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Praetereaque*. Cod. Brit. 1. omittit *que* et pro *solere* exhibet *solare*, quod Wak. cupide arripiens, con. *Propterea solitare*, temere.

408. *bona sensibus*] sic Ennius p. 75. Hess. *bona dictu*. Wak. affert Virg. Geo. II, 447. et Stat. Achill. II, 50. — *mala tactu*.] conf. Virg. Geo. III, 416. Recte autem Wak. observat, *mala tactu* hic nil amplius esse, quam *mala sensibus*, quum Lucretius verbo *tangere* de omnibus sensibus uti soleat. (Conf. supra v. 403. et I, 644. II, 813. IV, 225. 676.)

412. Ingeniose animadvertit Vir doctus, qui in Ephem. lit. Halens. a. 1823. ch. 239 s. Knebelii versionem sub censuram vocavit, Lucretium videri Latinum sermonem non satis numerosum et sonorum habuisse, qui chordarum sonos bene imitaretur, quum hoc uno versu quatuor Graecis vocibus



usus sit. (Cum qua observatione conf. ad I, 140, annotata.) Omnino autem noster saepius verba Graeca usurpavit, quae ceteri Romanorum scriptores aut raro, aut nunquam adhibuerunt, v. c. I, 800 et 834. ὁμοιομέρειαν, III, 119. et saepius *harmoniam*, III, 387. *pappos*, III, 967. *barathrum*, IV, 546. *bombum*, IV, 1125. *andemata*, V, 614. *Aegocerotem*, VI, 424 et 445. *prestera* etc., cum quibus conf. locus lepidus et iocorum plenus IV, 1156—1165.

416. Bentr. et Wak. hic pariter atque v. 420. pro *Et* post *similis* rectius fortasse *ac* scribendum esse censent; qua in re iis non possum assentiri. (Conf. praeter alios Ramsh. Gr. Lat. p. 521. not. 2.)

421. *tetrei*] Lugd. 2. *fedi*, Poor. Cant. *qui olidi* (quibus accedit ed. Iunt. *turpes olidique*) Brit. 3. *solidi*, Vind. *soli*, Brit. 2. *celi*, editt. Brix. Ver. Ven. *caeli*, unde Wak. putat, Lucretium scripsisse *coehi*; quod vix puto, licet mira sit illa lectionis varietas.

422. Retinui versum, ut, coniectura verisimillima adhibita, apud Wak. legitur. Vulgaris sic se habet: *quae mulcet causa, iuvatque*, ut Brit. 2. et Iunt. legunt; ceteri autem libri sic variant: *quae*] Vind. *qui*. — *mulcet*] Ald. 2. *multat*. — *videntum*] Brit. 2. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *iuvatque*, Poor. *videndo*, ceteri omnes *videntur*, unde Wak. coni. *videntum*.

428. *angellis*] sic Wak. cum Poor. Brit. 1. 3. Cant. et priscis Pii Codd., quos etiam Iunt. et Ald. 2. sequuntur, nec aliud sibi volunt Lugd. 1. 2. Gott., *angelis* praebentes; Vind. et Brix. *angelus*, Brit. 2. *agellum*, ceteri libri omnes *angulus*, ut vulgo editur. Recepta autem lectio non solum meliorum Codd., sed etiam Arnobii VII. p. 253. auctoritate comprobatur. — *ac quae* idem Wak. restituit, quum editt. Ver. Ven. exhibeant *aeque*, in Lugd. 2. vero, Vind. Brit. 1. 2. 3. et Brix. vox omnino desit; ceteri libri vulgarem habent *et quae*.

429. *possint* Wak. recepit e Brit. 1. 2. 3. Cant. et Ver. Bon., a quibus non dissentiunt Brix. Ven. Ald. 1.; reliqui libri *possunt*, ut vulgo.

430. *inulacque*] Bodl. Vind. et omnes editt. vett. *vinique*, Lugd. 1. *inviaque*, Brit. 1. 2. *viniaque*, Cant. et Pii Codd. *vitiaque*, atque in Poor. vox plane deest. Tamen vulgaris non sollicitanda videtur.

437. *egrediens*] Cod. Bodl. Vind. Brit. 1. et Brix. Ver. Ven. *gradiens*, Brit. 2. 3. *egradiens*, quod Wak., utpote antiquiorem formam, probat; Ald. 1. et Bon. *ingrediens*, male. Ceterum conf. supra ad II, 173.

438. *offensu*] Cod. Bodl. Poor. Brit. 1. 2. 3. et cunctae editt. vett. *offensa*, quod, meliori lectione non obvia, forte ferri posset; Vind. *offenso*, quod Wak. optimum habet, provocans ad III, 954. et alios eiusmodi locos, de quibus diximus ad I, 385. Nos Codd. optimos Lugd. 1. 2. Gott. aliosque audiendos putavimus, quum *offensus*, ἡ ἀντισησι Epicuri, verbum proprium sit hac de re, quo Lucretius ubique utatur. (Conf. II, 223. IV, 360. VI, 333.)

439. *confundunt*] sic Wak. cum Lugd. 1. Bodl. Gott. Vind. Brit. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; vulgo *confunduntque*, ut Iunt. et Ald. 2.

441. *atque* Wak. restituit ex omnibus fere libris; vulgarem *aeque* tantum Iunt. et Ald. 2. agnoscere videntur.

443. *edere*] Ver. Ven. *aedere*, Ald. 1. Bon. *laedere*, ad modum II, 429. et 470.

446. *ramosis*] Bodl. Vind. Brit. 1. 2. Brix. *ramos*, omis- sis postremis literis, unde in Ver. Ven. *ramis*, in Cant. Poor. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. *per ramos* factum videtur. Wak. affert Pium dicentem, quosdam legere *quia sint ramis*, „in quibus sibi videtur germanam loci scripturam dispicere *quasi sis* (i. e. *suis*) *ramis*.“ Sed lectio illa apud Pium in meo exemplo distincte sic apparet: *quasi sint hamis*, et a Pio ipso aperte ut coniectura modo virorum doctorum commemoratur; abeat igitur Wak. cum sua emendatione.

450. *restantia* i. e. *resistentia*, (vid. ad I, 111.); quare non opus est Bentleii conii. *restantibu*. — *vociferantur*] Poor. Brit. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. *voce ferantur*, quae Wak. coniunctim scripta fortasse veram lectionem censet. Preiger. laudat Voss. ad Catull. p. 107., de hoc archaismo disserentem.

451. *quidem* Wak. edidit ex omnibus fere libris; Hav. cum vulgaribus *autem*, quemadmodum Vind. Brit. 2. Cant.

V. 453., a prioribus editoribus adulterinum habitum; quum in omnibus Codd. et in editt. vett. inveniatur, Wak. rursus recepit, sed in numerorum seriem non admisit, licet eum longa et artificiosa explicatione defendere studeat; quae an Eichstaedtio ita satisfecerit, ut eum sine omni suspicionis nota in versuum ordinem reciperet, nescio. Equidem hunc versum, quem in Diss. mea de Lucr. p. 73. non solum spurium, sed etiam e III, 197. ortum iudicavi, ut alios addititios uncis inclusi.

455. *procursus* iam Lamb. edidit, neque aliter Vind. Iunt. et Ald. 2.; Brit. 1. 3. *proculus*, Pii Codd. quidam *percussus*, ceteri omnes *percussus*. Facile autem supersedemus Wak. conii. *propulsus*. — Post item vulgares editt. inserunt *in*, quod

abest a Gott. (qui hoc in versu desinit) Vind. Brit. 1. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven., ideoque a Wak. omissum, qui tamen non reticere potest coni. *in procliva volubilis*.

457. *Diffugere*] Ald. 1. et Bon. *Effugere*, Bodl. Brit. 2. et Brix. Ver. Ven. *Affugere*, quae scriptura, in *Abfugere* mutata, pro usitatiori *Aufugere*, Wak. maximam speciem veritatis prae se ferre videtur. Tutius puto, in optimorum et plurimorum Codd. lectione acquiescere.

459. *Pungere*] Brix. Ver. Ven. *Pangere*, Brit. 1. *Frangere*, perperam. Conf. II, 420. 432. et IV, 627.

Vss. 461 — 463. Lamb. et Faber, et duos posteriores Bentl. quoque, spurios habent, reliqui editores defendunt; et iure quidem, quum non solum in omnibus libris inveniantur, sed recte distincti ex explicati sensum etiam non improbandum praebent. Recte enim Hav. interpretatur: „Fumus, inquit, flammae etc. effectum quidem sentibus sunt similes, sed non cohaerentia et duratione; atque ita pungunt quidem subito, at non diu, quoniam acuta modo sunt, non vero ramosa et perplexa, ut sentes.“ Maior difficultas in Codd. lectionibus se offert; nam ut nos cum Hav. et Wak, hos versus edidimus, leguntur tantum in editt. Iunt. et Ald. 2.; ceteri libri omnes v. 461. *quodcunque* habent pro *quod quisque*, et v. 462. *sensibus* pro *sentibus*; vice esse datum vero Lugd. 1. 2. *e se datum*, Vind. Brit. 1. 3. *se datum*, Brit. 2. et Poor. *sedatum*. Quare Wak. coni. — — *haerere inter se, quod quomque videmus, sensibus est clarum*. Sed non video, quidni illarum vett. editt. lectiones retineamus, ex quibus, si forte istud *quodcunque* excipias, omnes varietates commemoratae facile oriri potuerunt. Ceterum quid Hav. impulerit, ut, loco recte explicato, pro *Nec* suadeat *Et* legendum, plane non perspicio.

465. *sudor*] Bentl. hic et VI, 502. *udor* legi iubet, qua coniectura non opus est. *Sudorem* enim, (ut *rorem*, de quo vid. ad I, 771.) a poetis de quovis humore dici, non vero cum *udore* unum idemque verbum esse constat, quod Creech. perperam sumere videtur. — *minime mirabile quoiquam*] sic Wak. lectionem constituit. Cod. Brit. 2. *mirabilis*; et pro *quoiquam* (quod exhibent editt. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.) Pii Codd. Bodl. (?) et editt. Iunt. Ald. 2. *habendum*, Lugd. 1. 2. *debet*, et in Brix. vox plane desideratur. Mirum est, Wak. de suis Codd. prorsus silere. Hav. cum vulgaribus edidit *minime id mirabile habendum*; sed pronomen *id* in nullo libro invenitur.

466. Pro *quod* Brit. 2. *qui*, idemque cum Lugd. 2. Vind. Poor. Cant. *fluvidus* pro *fluvidum*, ut ad sudorem maris re-

tulisse videantur, sed temere. Recte potius Wak. *fluidus* suspicatur ortum esse e contracto *fluvidust*; propterea vero etiam coni. prorsus superfluum *quia fluidus est* tacere debuisset.

467. *et* Wak. est coniectura, ut videtur, rectissima facta ex omnium fere librorum lectione *e. Iunt. et Ald. 2. at,* ut vulgo, quae adversativa a loci sensu aliena. — *mixa*] Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *admixa*, quod locum habere nequit; nam Lucretium hanc etiam licentiam sibi sumsisse, ut *elideret rotundi admixta*, aliis exemplis probari non potest.

468. *retinere* edidi e Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus editt. vett., quia difficilior est lectio; quam Wak. etiam non deteriorem censet, sic explicans: Nec necesse est, hamata primordia moram iniicere his corporibus. Ceteri libri *retineri*, quomodo hactenus vulgabatur. — *necessum*, ut minus pervagatum recepit Wak. e Vind. Brit. 2. Ver. et Bon., a quibus reliquae vett. editt. non discrepant; vulgo *necesse est*.

469. Ut hic *scilicet*, sic iam supra I, 211. cognatum *videlicet* cum infinitivo constructum vidimus, quasi non contracta essent, quamvis Lucretius saepius divisim scribat *scire, videre licet*; eandemque illam rationem etiam Plautum et Terentium sequi, docent Faber. ad h. J. Westerh. ad Terent. Heaut. IV, 8, 16. et Ruddim. Inst. Gr. II. p. 321. IV. Nescio igitur, cur Wak. post *scilicet* semicolon, quod dicunt, posuerit, quum hic neutiquam particula sit affirmantis vel concedentis, ut aliis in locis, ubi noster absolute ea utitur, e. g. I, 809. 900. etc.

470. *et laedere*] Hanc lectionem, a plerisque libris supeditatam, constructio et connexus loci efflagitat, quam propterea non dubitavi cum Eichst. restituere. Wak. enim, quia *et* in Brit. 2. (et Brix.) desideratur, ex uno Brit. 3., quocum consentire videntur Brit. 1. et Poor., *collidere* praebentes, *conlaedere* edidit, hanc obsoletam formam perspicuitati et rectae rationi sententiae praeferens; infinitivum enim *provolvi* hic substantivi officio fungi in sexto casu positi et a *simul* pendentis, mihi certe Wak. non persuadebit.

471. *quod*] sic Wak. ex plerisque libris. Vulgo *quo*, ut comparet in Vind. Cant. Brit. 1. Iunt. et Ald. 2; *quid* habent Ver. et Ven.

474. *dulcis* Wak. ex omnibus libris restituit, et locum sic construit: Humor idem *dulcis est*, ubi per terras crebrius percolatur etc. Hav. cum vulgaribus *dulcit* (alii *dulcet*) e Giffanii coni., quod pro *dulcescit* positum volunt. Sed librorum auctoritati obtemperandum est.

V. 476. affertur a Prisciano VI, 17. §. 91. (p. 722. P.) et ultima eius verba *tetri primordia viri* a Servio ad Virg. Geo. I, 129. Magna autem in eo reperitur lectionis varietas: *Linqvit*] Poor. Ald. 1. et Bon. *Liquit*, (in Prisciano vero, ubi prius eadem lectio inveniebatur, Krehl. e Cod. Dresd. *Linqvit* edidit), Vind. et Brix. *Inquit*, Ver. et Ven. *Nequit*. — *supra tetri*] Vind. *supera tetri*, Ald. 1. Bon. *tetri supera*, Brit. 1. 2. 3. *superate*, Brix. *superatae*, Vind. Ver. *separare*, Cant. *superante sale*. — *primordia*] Vind. *mordia*, Brix. *trimordia*, Prisc. *vestigia*, ex errore memoriae. — *viri*] Brit. 3. *rerum*. Optimi tamen Hav. Codd., a quibus Iunt. et Ald. 2. non discedunt, exhibent versum, ut nos cum Lamb. Hav. Wak. edidimus. De genitivo *viri* autem, quem non agnoscunt Probus p. 1463. et Consentius p. 2034. P., conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 127 s.

477. *possint*] sic Wak. ex omnibus libris, praeter Iunt. et Ald. 2., quae solae vulgatam *possunt* tuentur.

479. *ducit* edidi cum Eichst.; sic enim Lugd. 1. 2., nec aliter infra v. 522 s., ubi vv. 478 et 479. ad verbum repetuntur, plurimi libri exhibent; et recte quidem, quum indicativus Lucretii opinioni de certa dogmatum suorum evidentia et veritate multo melius respondeat.

480. Bodl. Vind. Brit. 2. et Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *Finitas* — — *rationes*, Poor. certe *Finitas*, perperam. (Conf. II, 335. 519. IV, 650. et similes loci.)

483. *Nam quod*] sic Wak. edidit ex edit. Bon., quae sequitur Ald. 1.; Brit. 2. *Namque et in*, Iunt. et Ald. 2. *Namque*, omisso *in*; reliqui omnes *Namque in*, ut vulgo. Sed recte Wak. quaerit, quo tandem pacto repetitum *in* tolerari possit? quod vulgares editores utique remonent, pro *quouisvis* Lambini coni. *quouisquouis* àmplexi. — *eadem una*] Brit. 2. *media ima*, Iunt. et Ald. 2. *eadem una*.

485. *face enim*] sic Wak. cum Cod. Cant., quam lectionem Iunt. quoque et Ald. 2. consensu suo comprobare vidi. Redit haec antiquior forma III, 422., de qua praeter Wak. ad h. l., qui laudat Sosip. Charis. III. p. 227. Rhemn. Palaem. p. 1382. et Burmann. ad Anthol. Lat. III, 135, 6. conf. Columna ad Ennium p. 44. Hess. Westerh. ind. ad Terent. s. v. *facere*, Bremi ad C. Nep. Paus. 2. §. 4. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 266. et alii. Ceterum Brit. 3. et Brix. habent *fateamur*, Ver. et Ven. *fatemur*, Brit. 1. Ald. 1. et Bon. *fateor*.

489. *Omnimodis*] sic Lambinus edidit e libris MSS., ut affirmat, quem seriores editores recte sequuti sunt, quamquam omnes libri nobis cogniti variant; Lugd. 1. 2. enim *Omnimodi*, Iunt. et Ald. 2. *Omnimode*, ceteri omnes *Omnimo-*

do, quam lectionem non tam hiatus, quam constantis usus Lucretiani causa (conf. I, 684. II, 700. III, 407. V, 191. 426. 717. 1023. etc.) receptae posthabendam duco.

490. *Formarum*] Lugd. 1. 2. Brit. 1. *Formai*, ut Brit. 1. etiam v. 495.

491. *voles*] Lugd. 1. 2. Vind. et Brix. Ver. Ven. *vales*. Sequentes tres versus desunt in Vind. Brit. 1. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1., ob homoeoteleuton, ut Wak. censet. Sed quamquam bene scio, quantopere idem versuum non longe distantium vel principium vel finis in permultis locis librariis fraudi fuerit, (conf. Wak. ad II, 595. III, 266. IV, 253. 497. 744. 964. V, 503. 1187. 1397. VI, 122. 206. 370. 824. 872. 1034. etc. et viros doctos in Diss. mea de Lucr. not. 60. commemoratos, e quibus hic tantum Weichert. de verss. Virg. et V. Flacci p. 109. Schrader. in Observatt. I, 1. p. 8. Valckenar. ad Eurip. Phoen. v. 360. p. 239. Koen. et Schaeff. ad Greg. Cor. p. 181 s. et saepius [vid. Ind. s. v. Homoeotel.] Bastium in Epist. crit. [v. Ind. s. v. *Ἐμοιοτέλ.*] atque Iahn. ad Ovid. Met. XV, 426. et Virg. Aen. VIII, 397. nomino); hic tamen non solum de homoeoteleuto sermo est, sed potius de eodem versu admodum languida et inepta ratione bis repetito, quare de hoc loco in Diss. mea comm. p. 99 ss. hoc potius iudicium ferendum statui, alterutrum horum versuum 491 et 494., et verosimiliter quidem hunc posteriorem, iam antiquitus a seriore interpolatore additum atque sic factum esse, ut in nonnullos Codd. uterque versus reciperetur, qui in nostris libris aut propagaretur cum ceteris propterea paullulum mutatis, aut omnino tres illos versus omittingendi ansam daret.

492. *Addendum partes alias*] de hac constructione dictum est ad I, 112.

V. 498. affertur a Nonio II, 579. (p. 561. Goth.) Verbum *maximitas* Lucretio proprium est, et ex eo assumtum ab Arnobio VI, p. 204., quem Wak. laudat.

499. *esse probare* Wak. rectissime restituit e Pii Codd. (vid. ad II, 16.), quod librarii non intelligentes in *posse probare* mutarunt, unde in Poor. et Brit. 1., si Wak. recte intelligo, et in edit. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *posse probari* factum, quae vulgaris lectio est.

501. *tincta*] sic prima edit. Iunt., fortasse ex Marulli conl., quam sequuntur Ald. 2. et recentiores edit. omnes, nec de veritate huius lectionis dubitandum, quam etiam Oudend. ad Lucan. X, 491. probat; ceteri libri omnes *tecta*.

502. *ridenti*] sic iam Victorius Epist. XV, 19. legendum censuit, nec aliter invenit Lamb. in Codd. suis et Wak. in

Cant.; ceteri omnes *rident*; sed illud *i* facillime absorberi poterat prima sequentis vocis litera.

503. *Secla* restituendum duxi, admonitus a Knebelii Censore supra laud., qui contra Burmanni (ad Petron. c. 55.) coniecturam *Pepla*, a Wak. receptam, contendit, eiusmodi *pepla* variis coloribus picta apud Romanos in usu fuisse, non posse demonstrari, sed *aurea secla pavonum*, quasi „*eine lange Ahnenreihe von Pfauen*,” hunc sensum praebere: Num purpura, quam natura conchis tribuit, num splendor pennarum, quo immutato omnia deinceps pavonum genera condecoravit, semper eiusdem pretii inter homines fuissent, si natura, artem suam ipsa superans, novos et pulchriores colores effingere posset? Cui prorsus assentior, hoc solum addens, *seclum* saepissime Lucretia dici pro genere, sobole hominum vel animalium, (conf. v. c. I, 21. II, 77. III, 753. IV, 1223. V, 864. VI, 767., et vid. Faber. ad Lucr. I, 21.) et caudam pavonis etiam II, 806. in exemplum adduci; Broukhus. vero ad Prop. II, 18, 59. nostro etiam in loco de flabellis e cauda pavonis factis cogitari voluisse. Quod autem varias lectiones attinet, Bodl. Brit. 1. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. praebent *Sed nova* (receptae lectioni proxime), Pii vero Codd. cum Iunt. et Ald. 2. *Sedulo quae*.

504. *Contentus sudor*] vulgo *Et contemptus odor*, ut Bodl. Vind. Cant. Brix. Ven. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; sed Brit. 1. 2. 3. *sudor*, Ver. *suodor*, Lugd. 1. 2. *udor*, quare Wak. edidit *Contentus sudos*, comparans Eurip. Ion. 1194. et Cirin v. 438. Tamen *negari* nequit, copulam *Et*, in omnibus libris obviam, vulgari haud parum opitulari. — *smyrnae*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 3. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; Cant. *smirnae*. Vulgo *myrrhae*, ut Brit. 1. 2. Iunt. Ald. 2.

510. *retro quoque tetrius*] Bodl. Poor. Brit. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. *retroque ut acrius*, Brit. 1. *retroque ut tetrius*. Wak. coni. *tetrum quoque tetrius*.

512. *quin*, (i. e. *imo* vel *sed*, ut saepius apud Lucretium), Wak. est coniectura pro vulgari *in*, quod licet ab omnibus libris exhibeatur, constructionem miro modo turbat; quare iam Lamb. in fine versus *et* adiecit, Gifan. vero aliique, longe deterius, *certainque* volunt, ut versus sit hypermeter. Wak. denique et aliam proponit coni. *in rebus, sed data*.

514. *finitis*] sic Brit. 2. et Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; ceteri *infinitis*, male.

516. *Omnis*] sic Wak. cum omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2., quae *Finis* praebent; vulgo *Finit*, ut Vind., si collatori fides habenda. Ad *Omnis* autem Wak. supplet *an-*

*nus est*; qui praeterea profert coni. *Obdit*, cui *Finit* ut glossema adscriptum esse possit.

517. *utrasque* (scil. tempestates) Wak. edidit e Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant., quibuscum consentiunt Brix. Ver. Ven. Superflua igitur Wak. coni. *Inter utraque iacent* i. e. Interiacent ex utraque parte.

500. *mucrone*] Wak. *mucroni*, nescio quorum Codd. auctoritate, de suis enim libris tacet, et Hav. *mucroni* iu uno tantum Lugd. 2. invenit; editt. vett. omnes *mucrone*, et sane huius verbi alia ratio est, atque eorum, de quibus, utpote ablativum interdum in *i* formantibus, disserui ad I, 977.

521. *insessa*] sic praeter Brit. 3. etiam Iunt. et Ald. 2. Paullum modo discrepant Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2., *infessa* praebentes; Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *infensa*, Cant. *intensa*, Pii Codd. *obsessa*.

523. *ducit*] Wak. e Lugd. 2. Vind. Ald. 1. et Bon. *ducat*. Sed vide supra v. 479.

529. *age*] sic edidi ex Vind. Ald. 1. 2. et Iunt. (coll. I, 266. 920. 952. II, 62. 333. et multis aliis locis); Wak. e Bon. *ego*. In aliis autem libris hic versus non legitur, qui, quum ab iisdem verbis incipiat, quibus antea v. 478 et 522., sane non omni caret offensione; quamquam non video, quomodo locus eo omisso stare possit.

534. *magis* Wak. restituit ex omnibus libris scriptis editisque. Lamb. Hav. et vulgares editores, loci sensum non perspicientes, per summam audaciam minus evulgarunt. Sensum sic capias: Quod *quaedam* animalia magis rara vides, in *illis* vero, nimirum, quae minus rara sunt, vel omnino in *aliis*, magis fecundam naturam cernis etc.

536. *genere*] sic Vind. et omnes editt. vett. Ceteri libri MSS. *genera*, quod locum habere nequit. — *anguimanos*, i. e. quorum manus vel proboscis versatili mollitie tortuosa est ad instar anguis, ut Wak. explicat.

542. *lubet*] sic antiquiori forma Wak. cum Poor. et Brit. 1., a quibus non discedunt Brix. Iunt. Ald. 2., nec aliter voluit Brit. 3., *iubet* exhibens; ceteri libri *libet*, ut vulgo editur.

544. *orbi* Wak. edidit e Lugd. 1. 2.; reliqui Codd. et vett. editt. *orbe*, ut vulgo. (Conf. ad I, 977.) Quia *in* abest a Lugd. 1., Wak. coni. *non siet orbi* (ut III, 102.), sed praeter necessitatem.

548. *sumant oculi* Bentleio tam mire dictum videbatur, ut suspicionis notam praefigeret, et Wak., hoc permotus, coniceret *sumant ollei* (scil. qui materiam cuiusvis rei infinitam esse nolint concedere). Sed quum libri omnes illud *oculi* tueantur, nihil equidem novare ausim.



554. *mare magnum* Columna ad Ennium p. 115. Hess. hic, ut in Ennii illo loco, de mari turbido et procelloso vult intellectum, quae tamen significatio non quadrat in alios Lucretii locos (v. c. III, 1042. VI, 616.); quare potius proprio sensu de mari vasto, late patente intelligendum videtur, quod etiam V, 277., ubi *aëris magnum mare* commemoratur, indicare puto. — *transtra*] Poor. Brit. 1. *curva*. — *cavernas*] sic Lugd. 2., nec valde differunt 3 Codd. Lamb. et Lugd. 1., *caverna* praebentes, quare Wak. recepit, de quolibet concavo navis interioris fragmento interpretans; Poor. Brit. 1. *carina*, Cant. et Iunt. *carinam*, ceteri omnes *carinas*; quae si vera scriptura fuisset, non appareret, unde varietas illa orta sit. Lamb. coni. *guberna*, quod per omnes sequentes editt. usque ad Wak. propagatum.

555. *Antennas*] sic Wak. scripsit, a Sosip. Charis. I. p. 20. edoctus, nec aliter inveni in Brix. Ver. Ven. et Ald. 2.; de Codd. enim editores tacent. Vulgo *Antennas*.

556. *aplustra*] Lugd. 2. Bodl. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *plustra*; „nempe a semel absorpta, mansit vox nihili *plustra*, quam statim scribae doctissimi in probam dictionem mutavere.“ Wak. De verbo *aplustra* (vel *aplustria*, i. e., Festo interprete, navium ornamenta, quae, quia erant amplius, quam essent necessaria usu, etiam *amplustria* dicebantur), quod redit IV, 438., conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 91. not. 8. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 241.

561. *finita*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. *infinita*, ut supra v. 514.

562. *Omnem*] sic Wak. cum Lugd. 1. Vind. Brit. 2. 3. et Ver. Ven., quia tum ex hoc, tum ex alio Lucretii loco III, 604., coll. cum Plaut. Poen. IV, 4, 14., appareat, veteres aevum etiam genere masculino usurpasse; quod miror Schneid. in indice abundantium, quae vocantur, (Gr. Lat. II. p. 466 ss.) omissum esse. Vulgo *omne*, ut maior pars librorum.

563. *divorsei*] Brit. 2. *diverse*, Lugd. 2. Poor. *diversae*, quod Wak. temere placet, ut sensus sit: materiae se undique vertentis, passim fluctuantis. *Aestus* autem *materiae* dictum, ut supra v. 551. *pelagus materiae*.

572. Vox *auctificus* praeter hunc ipsum locum nusquam occurrere videtur, verbo *auctificare* vero, Wak. teste, Arnobius aliquoties usus est, v. c. VII. p. 281. et 292. Harald.

577. Citant hunc versum Nonius II, 889. (p. 588.) et Festus s. v. *Vagor*, quae vox est Enniana (p. 112. Hessel.) idemque significat, quod *vagitus*. Non mirum igitur est, librarios verbum tam rarum varie corrupisse; nam Vind. Brit.

2. 3. Brix. Ver. Ven. *vigor*, Poor. *maior*, Brit. 1. *moeror*. Utique mira autem varietas reperitur in Ald. 1. et Bon., *superant urnae pro superant item*.

580. *aegris*] Retinui vulgarem omnium librorum lectionem, quam Wak. e coniectura temere mutavit in *aegros*, cum *ploratus* constructum. Sed nullo modo de hominibus aegrotis sermo est, sed *vagitus aegri*, ut rectissime exposuit Knebelii Censor Halensis, sunt vagitus infantum recens natorum, (quemadmodum V, 227. *vagitus lugubris*), ut sensus sit: quovis die ploratus infantum partu recens editorum cum plangere ad lectos mortuorum commiscetur.

584. *videtur*] sic Wak. restituit ex omnibus libris. Vulgo *tenetur*, quod Lambini commentum puto; nam Hav. silentio, ex quo Lugd. 2. sic exhibeat, parum fidei habendum.

587. *quaequomque* idem Wak. reposuit e plurimis libris; Ald. 1. Bon. *quo quisque*, Iunt. Ald. 2. *quo quicque*, Brit. 1. 2. Cant. *quam quidque*, ut vulgo editur. Ab omnibus Codd. autem differt Priscianus, qui VI, 12. §. 64. (p. 707. P.) hunc versum cum sequentis initio sic affert: *Sed quam multarum rerum vis possidet in se Atque potestates*. (Conf. etiam III, 266.)

588. *plurima*] sic Wak. cum omnibus libris. Hav. cum vulgaribus editt. *pluria*. Vid. ad I, 877.

591. *volventes frigora*, i. e. volventes aquam frigidam; et sic quidem omnes Codd. et plurimae editt. vet., quos sequuntur Wak. et Orellius, qui vss. 590 — 659. edidit in Eclogis suis p. 12 ss. Vulgo *flumina*, quae Pii correctio est, servata ab Iunt. Ald. 2. et omnibus editt. serioribus, quin etiam ab Eichst., quod miror.

593. *sola terrae* (ut I, 213. V, 212. 1288. 1294. *solum terrae*) formula ex Ennio petita, p. 134. Hessel., ubi vid. Columna. Conf. etiam Ruddim. Inst. Gr. I. p. 150.

594. *Eximiis*] Poor. Brit. 3. et Brix. Ver. Ven. *Eximis*, Cant. Iunt. Ald. 2. *Ex imis*, minus eleganter. Eadem varietas infra v. 608. locum habet.

597. *fluidas*] sic veteres Pii Codd. et editt. Iunt. Ald. 2., quos editores recte sequuti sunt, etsi ceteri libri omnes *fluidos* praebeant.

602. *Sedibus in curru*] sic Hav. Wak. Eichst. Orell. cum omnibus libris. Lamb. e coniectura scripsit *Sublimem in curru*, Palmerius *Seditus* vel *Sedulem in curru*, Bent. *Sedibus in superis* coniecit, quibus tentaminibus non opus est. Quidni enim simpliciter interpretemur: e sedibus suis (poëtica pro sede sua) in curru, i. e. sedens in curru, agit leones? Paulo artificiosius rem adgressus est Gronov. Obs. III, 5., ab Hav. laudatus, qui comparat Varronis fragm., ab Augustino ser-

vatum (p. 220. ed. Bip.): „Eandem dicunt Matrem magnam, quod typanum habeat, significari esse orbem; quod turres in capite, oppida; quod *sedes fingantur circa eam*, cum omnia moveantur, non moveri;“ ut igitur in nostro loco ad *Sedibus* subintelligendum sit: circa eam factis vel fictis. Sed quum nullum antiquitatis monumentum huic loco faveat, Zoëga Bassirilevi I. p. 93. (Orellio teste) ingeniose emendat: quod *sedens fingatur, circa eam cum omnia* etc., cum qua correctione verisimillima cadit omnis illa explicatio.

614. *orbeis*] sic Wak. cum omnibus fere libris; Brit. 2. *urbes*, Iunt. et Ald. 2. *orbem*, quae vulgaris lectio facta, ab Hav. quoque servata. Anonymus apud Orell. con. *oras*, ut IV, 216. Sed librorum lectio satis defenditur locis II, 1075. et V, 1345.

V. 619. Nonius affert II, 868. (p. 587.), *sonant* exhibens, ut Cod. Brit. 3.

620. *raucisonoque minantur*] Cod. Brit. 2. *raucisono imitantur*, mendose.

622. *praeportant*] vox rarior, quae legitur in Cic. Arat. 209. 434. et apud Catull. LXIV, 194.

623. *Ingratos*] Cod. Brit. 2. *Ingratosque*, quod Wak. placet.

624. In constructione huius versus offendentes, quae sic se habet: *tela, quae possint metu conterrere numine* (i. e. propter numen) *divae*, amicus quidam Havercampi con. *numinis*, Wak. vero *metus quei*, nominativo pluralis. Sed in Lucretio constructio illa paullo impeditior scrupulum movere non potest.

626. Wak., qui non bene coniungi putat *tacita et muta*, con. *multa*, praeter necessitatem.

627. Magnas turbas librarii excitarunt: *iter*] Vind. *item*. — *omne*] sic Brit. 2. 3. Cant.; ceteri universi *omnia*. — *viarum*] ita Brit. 2. solus; Lugd. 1. 2. Vind. *virum*, unde factum videtur *mirum* in Bodl. Brit. 3. et editt. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; Poor. Cant., Pii quidam Codd. et Iunt. Ald. 2. *circum*, hoc modo: *iter, omnia circum Largifica* etc., quod Wak. non deterius censet. Sed recepta lectio praestat. (Conf. V, 1123.)

628. *ningunt*] Ver. *vingunt*, Ver. *vincunt*, Ald. 1. Bon. *vinciunt*, Poor. *ungunt*, Vind. Brit. 1. *iungunt*, Brit. 3. *mingunt*. Gifan. aliique male con. *pingunt*. Wak. ex more suo scripsit *ningunt*, et v. 629. *Roribus* coniecit, temere. Sensus Lamb. sic exposuit: tantam rosarum copiam effundunt atque adspargunt, ut ningere videantur; multosque aliorum poeta- rum locos simillimos congesserunt Preig. et Wak.

629. *catervam*] sic Wak. restituit e coni., quia in Lugd. 1. 2. Brit. 1. 2. 3. et Ver. legitur *caterva*; ceteri libri *catervas*, ut vulgo.

630. *Graecei* Wak. scripsit auctoritate Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven.; reliqui *Graii*, ut Hav. cum vulgaribus editt.

631. *forte*, quod Wak. e coni. in *sorte* mutavit, retinui cum Eichst., Orellio et Knebelii Censore supra laud., qui recte docet *forte* hic ἀρχαϊκῶς pro *fortiter* esse positum, nostrumque vidēri ante oculos habuisse Callim. hymn. in Iov. 53. (cum quo comparat hymn. in Dian. 247.) — *catenās*] sic coni. Turnebus Advv. V, 26., quam coniecturam receperunt Lamb. Hav. Eichst. Orell. et probavit etiam Visconti in Museo Pio Clem. T. IV. p. 61. ed. Med., qui comparat Latronum ὄρμῶν, de quo agit Lucian. de salt. §. 12. (Vid. Orellius, qui praeterea laudat Statii Sylv. II, 1, 110. Liv. XXVII, 37. Apulei. Met. X. p. 734. XI. p. 761. Oud.) Lambin. antea coni. *terque quaterque*, quod miror Bentleio quoque placuisse. Wak. ex ingenio edidit *catervis*; quia Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. *catervas*, Bodl. et Ven. *caterva*, Bon. Iunt. Ald. 2. *catervae* exhibent.

632. *sanguine fletet*, „i. e. roribus sanguineis, guttatum; lacrymarum instar, stillantibus, cooperti.“ *Wak.* *Fleti* legitur in Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. Cant. et in Pii Comment. (quamquam in contextu *fraeti* exaratum); at Bodl. Brit. 3. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. *freti*, Brit. 2. *ficti*, Vind. Cant. Iunt. et Ald. 2. *laeti*, ut vulgares editt.; Lamb. et Giph. *pleti*, Bentl. vero, satis audacter, coni. *atque exsultant sanguinolenti*. Hav. edidit *fleti*, et, quam copulam adiectam Codd. et editt. vett. non agnoscunt.

633. *numine* hic primaria significatione sumendum esse pro *nutu*, non est, ut doceam. (Conf. Wak. ad h. I. et III, 145., qui laudat Festum s. v. Numen et Serv. ad Virg. Aen. IV, 269.) Simili notione legitur IV, 180., ubi denotat inclinationem nisumque in aliquem locum.

636. *puerei*] Κουρήτες, quod nomen secundum Strab. X. p. 465. a κούρος, iuvenis, derivatum, a Lucretio sic ἐνυμολογεῖσθαι dicit Wak., qui praeterea comparat Hygin. fab. 139. Ceterum hunc versum in Vind. Cant. et omnibus editt. vett. sequitur hic: *Armati in numerum starent pernice chorea*, in Lugd. 1. 2. sic variatus: *A. et in n. p. ch.* (omisso *starent*); quem errore librariorum e vv. 636. et 637. conflatum esse patet.

637. Sosp. Charis. I. p. 97. Putsch. ex hoc versu affert verba *pulsabant aeribus aera*, nimirum non in connexu cum

reliquis spectata; Lucretii autem libri omnes *pulsarent*, praeter Brit. 2. et Poor., *pulsarunt* praebentes.

Vss. 646 — 651. iam supra legimus I, 57 ss. loco alieno a grammaticis vel a librariis insertos. Exhibet autem omnem hunc locum Lactantius de ira dei c. 7. (T. II. p. 177. Bip.)

650. Ultima verba huius versus a Servio ad Virg. Aen. XII, 794. sic commemorantur: *Nihil indiga curae; sed perperam.*

V. 651. diserte e libro II. citat Nonius IV, 56. cum duplici *nec*, quorum alteri Wak., constantem fere Lucretii usum respiciens, e Brit. 1. Cant. et ed. Ver. (a quibus Brix. Ven. Ald. 1. et Bon. non discedunt) *neque* substituit.

653. *Sed*] sic iam Lamb., quem reliqui editores recte sequuntur, quamquam non nisi Brit. 3. et Cant. hanc lectionem tuerentur; ceteri omnes *Et*. — *potitur primordia*] Conf. III, 1051. IV, 763. et IV, 768., ubi idem regimen invenitur, et consulas praeter Wak. ad h. l.; Nonium VIII, 112. et IX, 14. 21. Priscian. XVIII, 23. fin. (p. 1175. P.) Heins. ad Ovid. Fast. III, 21. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 195. not. 55. aliosque.

657. *Vocamen*, i. e. vocabulum, reperitur etiam apud Arnob. VII. p. 251. et Solinum c. 27., quos Wak. laudat.

659. *ipse*] sic Wak. Eichst. Orell. cum optimis libris; Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *haud sit*, Pii Codd. quidam *id sit*. Hav. ex Nonio affert lectionem *dum re vera sit ipse* (quem tamen Grammatici locum *nec* Wak. *nec* ego potuimus invenire); et ipse cum vulg. editt. retinet vanas Lambini coniecturas *dum re non sit tamen apse*, quam tmesin voculae *reapse* Beierum quoque ad Cic. Off. I. p. 175. in loco nostro statuere, improbat Orellius.

661. Hunc versum cum duobus verbis proximum incipientibus Nonius bis affert, II, 94. et III, 109., ut demonstret, *gregem* interdum feminini quoque generis esse, qua de re conf. etiam Priscian. V, 8. (p. 658. P.) Charisius p. 72. P. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 36. not. 1. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 112.

662. *eodem sub*] hoc ordine Wak. edidit cum Lugd. 1. 2. Brit. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2.; reliqui, ut vulgares editt., *sub eodem*, in synizesi offendentes, de qua statim dicitur ad v. 693.

664. *retinente*] sic omnes fere libri, quos Wak. sequitur; Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *retinentque*, ut communes editt.; Vind. et fragm. Vind. *retinenteque*, utraque lectione conflata. — *parentem* idem Wak. restituit e conij., quia Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. fragm. Vind. Poor. Cant. et Brix. Ver. Ven. praebent

*parente* i. e. *parentē* seu *parentem*; Brit. 1. 2. 3. et Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *parentum*, ut vulgo editur.

668. Wakefieldum in hoc versu sequutus sum, qui plurimorum Codd. et omnium editt. vett. lectionem restituit; in vulgatis enim sic legimus: *Iam vero quamvis animantem ex omnibus unam*. Sed *Iam* quod Lamb. in Codd. se invenisse dicit, in aliis subsidiis criticis non apparet; Brit. 1. In, Brit. 2. 3. *Hic*, ceteri omnes *Hinc*; *quamvis* non nisi Lugd. 1. Vind. fragm. Vind. et Poor. agnoscunt, *unam* soli Lugd. 2. et Brit. 1.; Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *unum*, Brix. *ima*, i. e. *una*, ut in reliquis; praeterea Ald. 1. et Bon. *animantum*, non male. Wak. receptam lectionem sic interpretatur: „Una ossa, unus cruor etc. valent, ossa et cruor tam similia, ut eadem prorsus in animalibus omnibus videri possint; et tamen, utcunque affinia, de principiis toto coelo distantibus componuntur;“ quae si vera est, hic versus non recte a Schneidero Gr. Lat. II. p. 126. inter illos locos refertur, ubi *animans* genere femin. usurpatur, imo simul cum III, 267. demonstrat, Lucretium discrimen illud inter *haec animans* (i. e. quodvis animal vivens) et *hic animans* (seu animal intelligens, rationis compos), quod Schneid. cum Goerenzio ad Cic. de legg. I, 9. p. 39. et de finn. IV, 11. p. 453. aliisque statuit, a Lucretio non servari. De voce *unus* in plurali posita (ut redit II, 918. III, 616. V, 896. etc.), conf. praeter Wak. ad hos ll., (qui affert Jaegerum ad Mamert. gratt. act. Iuliano 9. §. 4.), Rudim. Inst. Gr. I. p. 146. not. 31. et qui hic laudantur.

669. *calor* cum Eichst. retinui, quod Wak. contra omnes libros in *color* mutavit, temere; quum mihi quidem *calor* non modo non alienum, sed melius etiam cum *humore* coniungi videatur, quam *color*. Pari iniuria III, 268., in loco nostro simillimo, Wak. vulgarem lectionem *calor* in *color* vult mutari, nullo libro assentiente.

670. Wak. coni. proposuit *longe*, et *Dissimili*, qua facile caremus.

673. *haec in corpore aluntur*] sic Wak., Preigero suadente, pro vulgari *ex se ea corpora tradunt*. In verbis *haec in corpore* omnes libri consentiunt, *aluntur* autem Vossii est coniectura; omnes fere libri *tradunt*, (Brit. 2. *trudunt*) sed Lugd. 1. 2. *traduntur*, quod Vossii divinationi favet.

674. Gifan. coni. *ignem lacere*, perperam. Wak. laudat Cic. Fragm. ex Arato: *Contra haedi exiguum iaciunt mortalibus ignem*, et comparat Lucr. II, 823. IV, 93. 94. V, 576.

678. *Corpore*] Lugd. 1. Poor. et cunctae editt. vett. *corpora*; sed meliorum librorum lectio, utpote difficilior, alteri

praestat, quae propter duos accusativos *semina* — *corpora* ambiguitatis quoque notam incurrit.

679 — 681. In loco difficillimo et vexatissimo servavi quidem Wak. recensionem, nisi quod vulgarem versuum ordinem cum Eichst. restitui, quem Wak. e plurimis sane libris ita mutavit, ut v. 681. praecedat versum 680.; sed quum *color* plane non huius loci esse videatur, nescio, annon, varietate lectionis spectata, fortasse rectius scribatur:

*Denique multa vides, quibus est odor et sapor una.*

*Reddita sunt cum odore inprimis pleraque dona etc.*

ut sensus sit: „Multa cum sapore simul etiam odorem coniungunt. Sic v. c. hostiae, (quas sapore praeditas esse per se patet,) etiam odorem spargentes, diis immolantur.“ Libri enim sic variant: *et color*] Vind. fragm. Vind. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *est odor*, Brit. 1. 2. 3. *et odor*. — *cum odore*] fragm. Vind. *cum hodore*, Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *cum dolore*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *cum adolent*. — *quom tangere* facillima est Lambini coniectura; libri omnes *contingere*. — *pacto*] sic Poor. Brit. 2. et Pius in notis; fragm. Vind. et Brix. Ver. Ven. *parto*, Cant. *parco*, Ald. 1. *patro*, Bon. *porro*, Lugd. 1. 2. Vind. *parato*, et in Iunt. et Ald. 2. versui 681., quem etiam Brit. 1. 3. non agnoscunt, substituitur hicce: *Et tantum cupido contingere dente parato*. Faber et Bentl., nodum brevi manu dissecantes, vss. 680. et 681. spurios censent, Lamb. certe v. 680. non genuinum habet, qui si reiicitur, necessario et sequentem secum trahit; Creech. legi iubet *quibus et odor et sapor una Redd. sunt, cum adolent*, (ut Hav. edidit,) Preig. *quibus et color et sapor una Redd. sunt, cum odore, inpr. pl. d.*, Davis. ad Min. Fel. sect. 2. coniectura. *quibus est odor et sapor una Redditus, ut cum adolent inpr. pl. d.*; vulgo legitur sine sensu: *quibus est odor, et sapor una Reddita sunt cum odore; inpr. pl. d.* etc.

684. *Sucus*] sic Wak. cum Brit. 1. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven., laudans Donatum ad Ter. Eun. II, 3, 26. — *seorsum*] Lugd. 1. Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 3. et Brix. Ver. Ven. *sursum*, in synizesi verbi *seorum* offendentes (conf. ad I, 1021. etc.); Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *rursum*. — *et seorsum*] sic Vossius lacunam in plurimis libris obviam replevit e coniectura verisimillima; Iunt. Ald. 2. *et rerum*, Ver. Ven. *qua*, Ald. 1. Bon. *qua non*, Poor. Cant. *sed nec*, ut versum explerent, de sensu parum sollociti.

692. *quo* Wak. reposuit ex omnibus libris praeter Brit. 2., qui vulgarem habet *quod*.

693. *eadem*] sic Eichst. cum Lugd. 1. 2., a quibus non dissentiant Iunt. et Ald. 2.; Vind. Poor. Brit. 1. et Brix. (?)

Ver. Ven. Ald. 1. *idem*, Bon. *iidem*, Cant. *iddem*, Brit. 2. 3. *isdem*, ut vulgo. Wak. e coni. edidit *eidem* (*δισυλλάβως*, ut III, 890. et IV, 1268. *eicit*, III, 931. *rei* etc.) ad quod, ellipsi durissima, *versui* vult suppleri. *Eadem* vero non aliter pronuntiandum, quam supra v. 662. *eodem*, III, 930. *torreat*, II, 850. *quoad* et plura similia. (Conf. ad I, 1021. 1104. II, 684. etc.) Omnem versum autem paullo impeditiorem sic intelligo: Non quo duo (verba) ex omnibus nullā (literā) inter se eādem sint, i. e. non quasi eadem litera non in duobus verbis diversis occurrere possit.

698. *feratur* Wak. edidit ex Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. Poor. Cant.; reliqui *ferantur*, quae vulgaris est lectio.

699. *et fruges*] sic Wak. cum omnibus fere libris; Brit. 3. *ut*, quod cur Eichst. receperit, non video; Iunt. et Ald. 2. *ac*, quod vulgo exhibetur. Ceterum, quia etiam v. 343. *arbuta* et *armenta* in libris confunduntur, Wak., vv. 660—668. comparatis, coni. *et pecudes armentaque laeta*, audacissimo facinore.

706. *omniparenteis*] sic praeter plurimos libros edit. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., nec differunt Ver. Ven. *omni parentis* exhibentes; Vind. *omniaparenteis*, Brix. *omnia parentis*, Lugd. 2. *omnia parientes*, Bodl. *omnipotentis*. Redit haec vox V, 260., quam Lucretium et Virg. Aen. VI, 595. ex Homeri hymn. XXIX, 1. petiisse, Wak. arbitratur.

712. *discedunt*] Bodl. Brit. 2. Ald. 1. 2. Bon. *descendant*, male.

713. *at*] Poor. Brit. 1. 2. Cant. et Brix. Ver. Ven. *ac*; sed Lucretio satis usitatum, adversativas *at contra* coniungere. (Vid. I, 366. 571. 1086. II, 235. 400. etc.)

716. *quoquam*, i. e. in quoquam loco. Sic Wak. cum libris tantum non omnibus; Brit. 1. *quoque*, Brit. 3. *quoniam*, Ald. 2. Iunt. *cuiquam*, quae vulgaris lectio est *quoiquam*. — *inter*] sic Wak. cum plurimis libris; Brit. 1. Poor. *vite*, quod literarum ductibus ab *inter* non valde discrepat; vulgo *intra*, quod Brit. 1. 3. et vett. editt. praebent.

717. Servavi cum Eichst. vulgarem lectionem *animari*, quae, Lambino ex ingenio restituta, comprobatur Codd. Brit. 1. 2. Nam in loco simillimo V, 146., Lucretius verbo *animari* eodem modo utitur, et literarum ductus fere iidem sunt, qui lectionis *imitari*, in omnibus reliquis libris (praeter Lugd. 2., qui habet *imitare*) obviae. Wak. in contextum recepit coni. *initari*, quod explicat „se imitare, se intromittere, ingredi, ita affici, ut introeant,“ provocans ad Diomed. Gramm. I. p. 836. P.



719. *quaedam*] sic Wak. cum plurimis libris; Lugd. 2. *quidam*, Brit. 2. *quem dum*, Brit. 3. *eadem*, ut communes editt. a Lamb. usque ad Hav. — *disterminat* idem Wak. restituit; Vind. et Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *discriminat*, Brit. 2. *res terminat*, quae post Lamb. vulgaris lectio facta. — *omneis*] Iunt. Ald. 2. *omnia*. Vox *disterminare*, Wak. teste, invenitur etiam in Cic. Arat. 94., Avien. Arat. phaen. 385. Lucan. I, 216. IX, 957. Alios locos, e Plinio maxime, Lexica praebent.

721. *quamque*] Retinui vulgarem lectionem, quam certe Iunt. et Ald. 2. praebent; quum mihi quidem non encliticus verbi *quomque* (s. *cunque*) usus, quod Wak. e plurimis sane libris recepit, per *quodammodo* explicatum, nec hoc, nec Horatii loco Od. I, 32, 15., ubi *quandoque*, *quotiescunque* denotare volunt, supra omnem dubitationem elatus videatur.

723. *quo*] sic omnes libri, quos tacite sequitur Wak.; Hav. cum vulgaribus *quod*.

724. *quod*] sic Wak. cum omnibus fere Codd. cunctisque editt. vett.; vulgo *quia*, ut Brit. 3. et, si Hav. silentio fides habenda, quam tamen hic fere negaverim, Lugd. 1. 2. Quod enim supra v. 337. et 694., ubi idem versus iam adfuit, *quia* legitur, hoc non obstat, quum Lucretius eosdem versus saepius recurrentes hic ibi singulis verbis variare quam maxime studeat.

731. *albis ex alba*] Ver. Ven. *alba ex albis*, Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *ex albis alba*. offendentes nimirum in praepositione postposita. (Sed vide ad I, 841. infra ad II, 791. VI, 748. etc.)

734. *imbuta*] sic Wak. ex omnibus libris praeter Cant., levi errore *inbruta* exhibentem. Lambinus, quem male habuit adiectus accusativus *colorem*, edidit *induta*, quam conjecturam omnes sequentes editores temere receperunt, quamvis accusativum passivis quoque absolute addi, res sit notissima. Wak. laudat Tac. hist. V, 5., nec *quidquam* prius *imbuuntur*.“ (Conf. Ruddim. II. p. 63 s. Ramsh. §. 132. (p. 235.) aliique multi.)

735. *gerere colorem* i. e. habere. Vid. ad I, 718.

740. *animi iniectus*] Wak. comparat infra v. 1047., porro V, 103. et Cic. de N. D. I, 20.

741. *lumina* cum Eichst. restitui. Sic enim Lucr. I, 5. 988. II, 107. 113. 139. 654. 741. IV, 372. et saepius, nec aliter nostro in Lud. Cod. Lugd. 2. et editt. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. Ceteri libri *numina*, quae lectio, a Wak. recepta, etsi elegantior sit, abhorret tamen a Lucretii philosophia.

742. *Despexere*] sic omnes fere libri; Poor. Brit. 1. et Ald. 1. Bon. *Dispexere*, Iunt. Ald. 2. *Aspexere*, ut Lamb. Hav. et vulgares editt. Plurimorum tamen librorum auctoritas

non vilipendenda, ita ut recentiores quidam viri docti, verbum *despicere*, simpliciter pro *conspicere* positum, ubivis in *dispicere* mutantes, paullo cupidius agere videantur. (Conf. Wak. ad h. l. Oudend. ad Suet. Ner. 19. et quae ad III, 26. IV, 422. VI, 649. annotavimus.)

743. *coniuncta*] sic rectissime Wak. restituit ex libris tantum non omnibus. Iunt. et Ald. 2. *continctâ*, quae lectio, vulgaris facta, ab Hav. servata est. Lamb. in tribus libris invenit *contacta*, quod ipsi praeplacet. Sed vide IV, 494. et similes locos.

744. *nostrae quoque mentis*] sic plurimi libri, quos sequitur Wak. Vulgo hoc ordine: *menti quoque nostrae*, ut in fragm. Vind. Brit. 1. 2. 3. Iunt. Ald. 2.

749. *in*] ita editores omnes cum Lambini quibusdam Codd. Cant. Poor. et Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; in Lugd. 1. 2. vox plane deest, ceteri *et. — omneis*] hoc nimirum sibi vult plurimorum librorum *omnis*; Ald. 1. Bon. *omni*, Iunt. *omnia*.

Vs. 751 ss. iam adfuerunt I, 790 ss., et v. 753. 754. aliis quoque duobus locis inveniuntur, I, 671. 672. et III, 518. 519.; sicut v. 756. legitur etiam I, 797. et II, 864.

761. *quali*] Vind. Brit. 1. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. *qualibus*; „quasi haec varietas ab interpretatione *quali sub exorta* sit.“ *Wak. — contineantur*] Ver. Ven. *contineatur*, Poor. *continuatür.* „Aliis locis non obstantibus, *continuentur* placuisset.“ *Wak.* Nihil utique mutandum esse, docent I, 818 s. 908 s. et 1008 s., ubi v. 761 et 762. uno vel altero verbo mutati repetuntur.

763. *exemplo*] Lugd. 1. Vind. Brit. 1. 2. Cant. et vett. editt. praeter Brix. omnes *exemplo*; quare Wak. proponit conii. *Perfacili exemplo*, quam tamen propter sequentia aegre admitti posse, ipse fatetur.

765. *possint* restitui ex Lugd. 1. Vind. fragm. Vind. Brit. 1. 2. 3., nec aliter Eichst.; Wak. e ceteris libris recepit *possunt*, quod nescio quomodo cum praecedente *fuertint* conciliari possit.

767. *candenti marmore*] Ald. 1. et Bon. *candenti e marmore*, perperam. Sensus enim, ut e v. 765. apparet, hic est: mare, ventis agitatum spumansque, e caeruleis fluctibus mutatur in canos, albos, candenti marmoris simillimos.

771. *album*] Brit. 1. *albom*, ut fortasse Lucretius scripsit.

773. *possent*] sic Wak. cum optimis libris; Bodl. *possunt*, Vind. et fragm. Vind. *possint*, quemadmodum Hav. cum vulg. editt.

779. *quiddam*] editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2., quae stant a librorum meliorum partibus, *quoddam.* — *unaque figura*] sic plurimi libri, a quibus non recedit Brix., *imaque*

*figura* exhibens; sed Lugd. 1. 2. *figuras* et Cant. *figura est*, quare Lambinus recepit Mureti coniecturam *unaque figurae*, quam Hav. cum vulgatis editt. servat. At non video, quid in ablativo qualitatis, quem dicunt, hic possit reprehendi.

785. *quo*] vett. editt. praeter Iunt. et Ald. 2. *quod*. — *omne* deest Poor. et Brit. 2., et Pii Codd. substituunt *esset*, Vind. Brit. 1. 3. Brix. et Ver. *esse*, unde Wak. suspicatur, Lucretium scripsisse *hiisce sit extra*. Mihi potius librariorum oculi ad v. 787. deflexisse videntur; quare nihil mutandum puto. — *sit extra*] Pii Codd. *in illis*.

786. *variei*] Lugd. 1. *varia*, Poor. Brit. 1. *varios*.

788. *quae ducit*] Ald. 1. Bon. *quod dicunt*. — *et illicit*, *ut*] Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *illicitu*, Brit. 2. Cant. Ald. 1. Bon. *in licitum*, Poor. *illicitum*, Iunt. *ut illicitum hoc*, Ald. 2. *et ut illicitum hoc*; *ut* abest etiam a Lugd. 1.

791. *Nec quae*] Vind. Brit. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. *Neque*; Brit. 1. pro *quae nigra* exhibet *nigrata*. — *variis ex*] sic edidi optimorum Codd. vestigiis ductus, quum Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. *variis ea* exhibeant. Poor. Cant. *variis sunt*, Ald. 1. Bon. *variant se*, Iunt. et Ald. 2. *variantur*. Sed hae sunt librariorum vel editorum correctiones; optimorum vero Codd. lectionem ex ea, quam recepi, facillime corrumpi potuisse, quisque videt, et Lucretium saepius praepositionem casui suo postponere, supra ad I, 841. docuimus. Lamb., magis a Codd. vestigiis recedens, coni. *variis de*, quae vulgaris lectio facta, ab Hav. et Wak. servata est. Hic vero, etsi *variis ex* non reprobet, coni. tamen *variata*, praeter necessitatem. (Sic *ex* et *ea* confunduntur etiam II, 932.)

792. *exorientur*] Brit. 2. *exoriuntur*, Cant. *exorirentur*, quod Wak. fortasse verum censet. Non assentior.

797. *velata*] Wak., coniectandi libidine abreptus, Lucretium *violata* scripsisse, non suspicatur, sed affirmat.

799. Ante Wak. contra libros Mss. edebatur inverso ordine *qui mutatur in ipso*, quem iuvant modo editt. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

803. *alia*, i. e. alia ratione, si collum alio modo flectitur. Sic Wak. cum Brit. 1. 2. 3. Cant. et Ver., a quibus non discedunt Brix. et Ven. Ceteri libri (si Hav. et Alter. recte de suis Codd. tacent,) *alias*, quae vulgaris lectio est. — Ceterum Lamb. coniecit, potius legendum esse *rubro sit clara pyropo*; qua mutatione non opus est.

805. *caeruleum*] Restitui vulgarem omnium librorum lectionem, quam Wak. per coni. superfluum, sed ab Eichst. servatam, in *curalium* mutavit, ut loci sensus sit: „aliquando per se rubrum nitorem cerni, atque aliquando rursus ru-

brum viridi specie temperatum. “ Sed hoc artificiosius, nec, quum colores illi nimis diversi sint, rei naturae conveniens; contra vero quivis, volucrum illarum colores vel semel contemplatus, caeruleum desideraret, qui inter omnes fere maxime praelucet. Puto autem, Lucretium, qui simul nominat *pyropum* et *smaragdum*, sub *caeruleo* etiam non simpliciter colorem caeruleum, sed potius pigmentum istud metallicum intellexisse, de quo vid. Plin. H. N. XXXIII, 56., quod nescio an *cobaltum* fuerit, quod dicimus, an fortasse *lapis ille Lazuli*, quem nos *Lasurstein* nuncupamus, ex quo colorem pretiosissimum, *Ultramarinum* dictum, comparari constat. Hoc certe contenderim, de caeruleo, utpote nomine substantivo materiae cuiusdam, hic non esse dubitandum, et Knebelium, quoad fieri potuerit, rectissime vertisse:

*Anders gewandt erscheinèt es roth im Glanz des Pyropus,  
Wieder anders Lasur, in grüne Smaragden gemischet.*

Quae si vera sunt, non minus superflua apparet Bentleii coniectura:

*Inter beryllum virideis lucere smaragdos. —*

*smaragdos*] servavi cum Hav. et Wak. meliorem aurei aevi scripturam, quam omnes Codd. et editt. vett. tuentur; etsi fortasse erunt, qui vituperent, me non *zmaragdos* scripsisse, de qua scribendi ratione conf. praeter alios Schneid. Gr. Lat. I. p. 381 s.

812. Cod. Brit. 2. cum repetit post *et*, unde Wak. censet, non male legi: *nigra quom, et quom cetera*. Nihil mutantum videtur.

813. „*tangis*: ope scil. pupulae. Ita legunt Lugd. 1. Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 3. [Iunt. et Ald. 2.]; sed *tangit* Bodl. Brit. 2. Ver. [Brix. Ven. Ald. 1. Bon.] *tangas*, Lugd. 2. Brit. 1. Cant. [quos sequitur Hay.] Nihil interest, quam dictionem e tribus eligas. “ *Wak.* Sed secunda persona *tangis* magis Lucretiana, coniunctivus vero *tangas* accommodatus videtur sequenti coniunctivo *praedita sint*. Sic enim cum Eichst. ex plurimis libris restitui. *Wak. praedita sunt* cum Lugd. 2. Bodl. Brit. 1. 3. et Brix. Ver. Ven.

V. 815. Nonius affert VII, 113. De constructione dictum est ad I, 1050.

819. *formamentum*, vocem rarissimam, e Lucretio assumsisse Arnobium III. p. 109. (p. 138. Harald.), *Wak.* docet.

830. *multo*] Ald. 1. et Bon. *omni*, Lugd. 2. in margine *ultra*, unde *Wak.* suspicatur *ullo*, me non assentiente.

831. *distractu 'st*] sic *Wak.* restituit; nam omnes fere libri exhibent *distractum est*, quod breviter scriptum ipsa est

lectio Wakefieldi. Discedunt tantum Vind. *distractum*, Brit. 2. *distractim*, Ald. 1. Bon. *distrahitur*, Iunt. Ald. 2. *distractus* (ut vulgo editur) praebentes.

833. *discedant*] sic Brit. 1. Iunt. et Ald. 2.; sed Lugd. 1. *discedunt*, Lugd. 2. et fragm. Vind. *disceduant*, Cant. *discendunt*, Vind. Poor. Brit. 2. 3. Brix. *distendunt*, Bodl. et Ver. *descendunt*, Ven. Ald. 1. Bon. *descendant*. Wak. verum putat *discedunt*.

841. *notisque*] Eichst. praeunte vulgatam restitui, quam Wak. e coni. mutavit in *notarum*. Libri fere omnes *notaque*, nisi quod Poor. habeat *nataque*; sed receptam lectionem Gif. invenit in veteri Cod., nec aliter, si Alterus fidum se praebuit, uterque Vind. Sensus autem, quem Wak. se non capere fatetur, mihi videtur apertissimus: quae aliis rebus propriis vel attributis, aliisque notis, signis, carent, quibus cognosci possint. Quare nec altera opus est Wakefieldi coni. *aliis sensu privata notaque*.

845. *sonitu sterila*] editt. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *sterilia*, quod non mirandum, inprimis quum Ven. lectione *sterilla* praeivisset; Brit. 2. *sterili*. De forma minus usitata *sterilus*, aliisque similibus, ut *hilarus*, *gracilus*, *sublimus* etc. conf. quae ad I, 341. diximus; de constructione vero huius adiectivi cum sexto (et secundo) casu conf. Ruddim. II. p. 111. not. 22.

846. *proprium* cum Hav. et Wak. edidi secundum plurimos Codd. et vett. editt.; quod autem in Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 2. Cant. Iunt. et Ald. 2. apparet, *proprio*, nihil aliud est, quam ipsa illa lectio ἀρχαίων et per compendium scripta *proprio*. Vulgo *proprio*, sensu minus bono.

848. *halat*] ita Wak. cum Bodl. Vind. Fragm. Vind. Poor. Brit. 1. Cant., quibus consentiunt Brix. Ald. 1. Bon., nec dissentiunt Brit. 2. Ver. et Ven., *alat* praebentes. Hav. cum vulgaribus halant, ut e meis libris Iunt. et Ald. 2. Festus, qui hunc versum citat sub v. nectar (p. 331. Goth.): *nectar qui floribus habet*, mendose.

850. *Quoad*] sic Lugd. 1. 2. Brit. 1. 3. et Cant.; reliqui Codd. cunctaeque editt. vett. *Quod*. De pronunciatione huius vocis ut monosyllabae vid. ad II, 693. — *possis* Wak. restituit ex omnibus libris, praeter Brit. 1., *possit* exhibentem, quasi voluerit *possit reperiri*. Vulgo *potis es*, quam Lambini, ut videtur, coniecturam in veteribus libris inveniri, Gifanio vix credo.

V. 853. et Priscianus VI, 17. §. 91. (p. 722. P.) et Nonius II, 913. affert cum multa lectionis varietate, quae inte-

gra sic se habet: *Concoctos*] Nonius *Concoctas*, Ald. 1. Bon. et editt. Ven. Prisciani *Contrectans*, Codd. Prisciani omnes *Contractos*. — *contactos*] Poor. Cant. *contractos*, Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *contractus*, Vind. Brit. 1. 2. 3. et plurimi Codd. Prisciani *contractas*, eiusdem Cod. Erlang. 2. *contrectans*, Dresd. vero *contractans* (quod iam Wak. divinaverat); Nonius denique, prorsus discedens, *suo servare et perdere v.*, in quo tamen, quum verba sibi prorsus contraria *servare et perdere*, (quorum prius omnino a sententia huius loci alienum videtur) vix simplici copula *et* coniungi possint, iam in Diss. mea de Lucr. not. 33. conieci, fortasse legendum esse *superare et p. v.*, quod, notissimo compendio scriptum, facile in *servare* transire poterat, et sententiae non minus, quam Lucretii loquendi rationi bene congrueret. (Conf. II, 570. 576. IV, 666. 1213. V, 395. 412. etc.) Ex omnibus tamen his variis lectionibus aliquid vulgari melius vix erui poterit.

854. *tandem* edidi cum Eichst. ex Poor. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., licet Wak. hanc „crassam dicat emendationem homunculorum e lectione genuinae proxima nihil exsculpere valentium.“ Lugd. 1. 2. enim *eandem*, ceteri libri *eundem*, unde Wak. coni. *eadem*, scil. *via*, i. e. similiter, cum synizesi hiatum quoque admittens, male. Vulgo editur *denum* contra libros. Ceterum de omni hoc loco, ob sensum etiam suspecto, disserui in Comm. mea p. 58 s.

859. *quae quom*] Vind. Brit. 1. et Brix. Ver. Ven. *quae-cunque*, Ald. 1. Bon. *quaeque*, Iunt. Ald. 2. *Ceteraque cum*. — *tamen*] sic Wak. cum omnibus libris. Vulgo *tandem*.

860. Retinui hunc versum ex vulgari ratione, quae in eo tantum a Codd. et vett. editt. paullulum recedit, quod hi omnes *Mollia* praebent; nam in Brix. Ver. Ven. *fragrosa*, in Brit. 2. *putricana*, et in Ald. 1. Bon. *rara* legi, hoc nullius est momenti, licet Wak. dicat, Pii rationem: *Mollia*, *lenta*, *fragosa*, *putri cava corpore*, *rara*, sibi non multum displicere. Sic autem locus construendus, ut *corpore* aequae pertineat ad *mollia*, *putri*, *raro*.

V. 864. iam saepius adfuit; vid. I, 674. 797. II, 756.

867. *refutant*] Vind. fragm. Vind. Brit. 2. 3. Cant. Ver. et Ven. *reputant*, Poor. et Brit. 1. *repugnant*.

Vss. 871 ss. Arnobio II. p. 46. et VII. p. 224. ante oculos fuisse, Lamb. et Wak. docuerunt.

872. *putorem*] sic Wak. cum omnibus fere Codd. et cunctis editt. vett., quibuscum consentit edit. princeps Arnobii. (Conf. etiam v. 929.) Vulgo *putrorem*, ut in Lugd. 1. et Bodl., si collatoribus fides habenda.

874. *itidem*] Brit. 1. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *in idem*, unde Wak. suspicatur *ad idem*, i. e. ad eundem morem. Sed corruptio in promptu erat, receptamque lectionem praeter Iunt. et Ald. 2. optimi Codd. tuentur.

878. *et corpora*] priscae Pii membranae *et corpore*, mendose; Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *in corpore*; lectio per se non absurda, sed vulgari postponenda. (Conf. VI, 1215. et similes loci.)

Cum vss. 882—884. conf. I, 817—819. 906—909. II, 760—762. et 1007—1009.

V. 888. Priscianus IV, 5. §. 27. (p. 632. P.) sic laudat: *Ex insensibili ne c. s. nasci*; et *nasci* quidem etiam in Brit. 3. Ald. 1. et Bon., *insensibilibus* vero in Brix. et Ver. legitur. — *ne* cum Eichst. restitui ex libris fere omnibus. Wak. *ni*; quod in uno modo Lugd. 2. vulgari lectioni superscriptum est, et quia in Iunt. et Ald. 2., quas hic aliquando in consilium vocat, *nisi* legitur.

891. *foedus*] Lugd. 2. Cant. *sedus*, Ald. 1. 2. et Bon. *rebus*; quod Benteleio placuisse, cum Wak. miror.

893. *Sensile et ex templo*] ita cum Wak. edidimus, sequati auctoritatem Lugd. 1. 2. Brit. 3. et Ald. 2. (neutiquam prioris, ut Wak. dicit.), quibuscum consentit quodammodo Brix., *Sensile templo* exhibens, omisso *et ex*. Ceteri libri sic variant: Ver. *Sensibile templo*, fragm. Vind. Poor. Cant. Ven. Ald. 1. Bon. *Sensilia extemplo*. [falso enim Gerard. in Ven. et Ald. 1. et insertum refert post *extemplo*], Vind. Brit. 1. 2. *Sensilia templo et*. In Iunt. omnis versus sic apparet: *Sensile progigni extemplo, ac producere sensus*; et *progigni* legitur etiam in Brit. 1. — *sensus*] Cant. *sensu*. Vulgo editur: *Sensilia extemplo, et sensus me dicere gigni*, verbis contra libros transpositis.

895. *Sensile*] Ver. *sensibile*; , unde liquido patet, pro nihilo habendam esse hanc huiusce libri [imo et ceterorum librorum] variationem in v. 893. "Wak. Eadem varietas reddit v. 902. et saepius in vocibus *genitalis*, *penetralis* et similibus. (Conf. ad I, 11. II, 382. 930. et alibi.)

896. *quae sint*] Faber. coni. *queis sint*, quod Benteleio arrisit, sed recte iam Vossio displicuit.

898. *sunt*] Poor. et Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *sint*.

900. *nova re*] Brit. 2. et omnes edit. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. coniunctim *novare*, quod Wak. non audet temere reicere, ut constructio sit: Conciliantur ita novare, ut debent animalia gigni. Recte tamen hanc artificiosam rationem post ipse censet vulgari postponendam.

902. *Deinde*] Poor. *Denique*. — *quom*] Cant. et omnes editt. vett. *qui*, Brit. 2. 3. *quod*; recepta vero lectio optimis libris defenditur.

904. *tum faciunt* vulgaris est lectio, ab Eichst. etiam servata, quam tamen rectius fortasse in *conficiunt* mutassem; libri enim omnes (praeper Iunt. et Ald. 2., *quae faciunt exhibentes*.) *cum faciunt*, quod iam Vossius habuit pro antiqua scriptura *confaciunt*, quam Wak. recepit. Id certe, quod Preiger. contra Vossium contendit, *conficere* apud nostrum semper *interimere* valere, falsum esse, demonstrat locus III, 138.

909. *similes*, nimirum nervos et venas, v. 905. commemoratos. Sic autem (vel potius *simileis* ex more suo) Wak. cum Lugd. 1. 2. aliisque haud dubie Codd., a quibus reliqui, *similis*, et Ald. 1. Bon., *simileis* praebentes, non discedere videntur. Vulgo *similia*, ad *viscera* relatum, cum Iunt. et Ald. 2.

910. *At*] Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. et vett. editt. praeter Iunt. et Ald. 2. (quas omnes tacet Gerard.) *Aut*, perperam. — *necessè est*] sic Wak. restituit ex omnibus, ut videtur, libris; certe editionum veterum nulla dissentit. Vulgo tamen *nec esse*.

911. *alios* — — *respuit* idem Wak. in contextum revocavit, quod Gifanii temerarium commentum *aliùm* — — *res petit*, ab Hav. quoque servatum, submoverat, licet libri in eo tantum variant, quod Lugd. 2. et fragm. Vind. *alius* exhibeant. Pro *omnis* Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *omneis* praebent. In nonnullis editt. vulg. *omnis* versus sic se habet: *Namque aliùm Sensus membrorum respuit omnium*, ut Lamb. e coniectura ediderat.

918. *animalibus*] Cant. *animabus*, ut supra v. 914. idem Cod. et Vind. Brit. 3. *animantibus* pro *animalibus*. — *in*] sic Wak. cum Lugd. 1. et Cant.; sed Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. *sint*, ut vulgo; Poor. et Brit. 1. *id*; vox omnino abest Lugd. 2. Vind. fragm. Vind. Brit. 2. 3. et Bon. Ver. Ven. De voce *unus* in plurali posita vid. supra ad v. 668.

919. *ab coetu*] sic diserte Iunt. et Ald. 2.; nec aliter Ald. 1. et Bon., *ab coitu* exhibentes; Brix. *ab eo coitu*, Brit. 1. et Ven. *ab eo ortu*, Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 3. *ab eo retu*, Cant. *ab cortu*, Poor. Brit. 2. *ortu* simpliciter; unde tamen lectionem vulgari meliorem expiscari non possum, nam *coortu*, quod Codd. innuere videntur, (et quo vocabulo Lucr. II, 1106. et VI, 672. pro simplici *ortu* utitur), quemnam hic sensum iustum praebeat, non perspicio.



920. *Volgum* hic de feris usurpatum, ut Virg. Geo. III, 469. de ovibus, et Aen. I, 190. de cervis, quibus locis a Wak. comparatis adde Senecae Hyppol. 957., ubi de monstris marinis dicitur.

922. *ullam*] Wak. suspicatur *aliam*, cui coniecturae favere dicit Brit. 1., *Inter se ullam aliam rem exhibentem*.

Versum 923., quem Lamb. inexcusabili facinore cum integro versu a se conficto (vel margini editionis cuiusdam ab alia manu adscripto, si verum narrat) permutavit, Wak. primus ex omnibus libris in contextum revocavit. *Sic itidem qua*] Lugd. 1. 2. Bodl. *Sicuti denique*, quod non nisi calami ductibus differt a ceterorum librorum lectione *Sic itidem quae* (vel *que*), a Wak. e coni. levissima in *Sic itidem qua* mutata. — *sentimus*] Pii Codd. *sunt minimis*, quod Iunt. et Ald. 2. receperunt. Sensum loci Wak. rectissime sic expressit: „Sic igitur, sive haec primordia fingantur esse partes animalium, seu per se integra animalia, necesse est ea pariter eodem sensus habere, qui nobis contigerunt: sed, si sensum habeant, eadem mortalibus patientur, et afficientur eodem modo; nec aeterna manere poterunt, nec res inanimatas gignere.“ Lambini autem foetus spurius sic se habet:

*Per Veneris res, extra homines, armenta, ferasque,*  
quem ne Hav. quidem reiecit.

924. *dimitunt*] Brit. 2. 3. et omnes editt. vett. *demitunt*.

925. *id*, quod Wak. inseruit e Lugd. 1. 2., quum ob praecedens i finale facile elabi potuerit, vulgares editt. non agnoscunt.

926. *quo*] sic Wak. e coni. edidit pro omnium librorum *quod*, iusto sensu destituto. *Quo fugimus* enim ei denotat: „ad cuiusmodi argumentum (supra v. 871.) nos in effugium recepimus.“ Creech. coni. *figimus*, parum feliciter, Hav. *vicimus*, longe melius et fortasse vere. Lamb. Faber. aliique, vulgatam defendentes, *fugimus* sensu forensi accipiunt pro *negavimus*, quo prorsus contrariam sententiam efficiunt, quam quae huius loci est.

929. *Intempestivos*] Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. et vett. editt. praeter Iunt. et Ald. 2. *Intempestivus*, contra sensum. — *quom*] sic editt. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quas editores recte sequuntur. Wak. tamen, quum Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 2. 3. et Ver. Ven. *quem*, Cant. *qua*, [Brix. *quae*], fragm. Vind. *quam* exhibeant, interpunctione mutata locum sic vult constitutum: *vermeisque ecfervere terram, Intempestivos quam* etc. — Ceterum vulgaris *putror* nobis invitis in contextu servata est; nam Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant.

et omnes editt. vett. praeter Ald. 2. *putor* habent (quod Wak. recepit), nec aliter iam v. 872. a nobis editum est.

930. *ex non sensibus*] Haec verba ὑφ' ἑν̄ capiēda esse, iam Faber. docuit. Non mirum vero, librarios hic turbas excitasse; nam pro *sensibus* editt. Ver. Ven. *sensibilibus*, Brit. 3. *sensilibus*, Brit. 1. Cant. et Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *sensile*, Poor. *sensibile*.

932. *ex*] Revocavi vulgarem lectionem, quam exhibent Brit. 2. 3., reliqui vero libri omnes in *ea* corrumpunt, quod in Lugd. 2. in *a* correctum, ut Wak. edidit, qui putat, adhaesisse literam finalem vocabuli praecedentis. Sed vide v. 930.

933. *Ante*] sic Brit. 1. 2., Pius in notis, et Iunt. Ald. 2.; reliqui *Aut.* — *aliquo*] Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *aliqua*. — *tanquam*] Pii Codd., quos sequuntur Iunt. et Ald. 2., *tangi*. — *partu*] sic Lugd. 1. 2., ceteri omnes *partum*. — *quam*] ita iidem Lugd. 1. 2. Iunt. et Ald. 2.; ceteri *quod*. — *proditur*] sic Poor. Brit. 1. Cant. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; reliqui *proditum*. Ex omni tamen hac varietate nescio qui versus melior constitui possit, quam vulgari ratione.

937. *Principiōm* rectissime Wak. restituit. Libri omnes enim *Principio*, quod Iunt. et Ald. 2. sic student concinnare, ut puncto posito post verbum *conciliatu*, hoc versu novam sententiam incipiant. Vulgo *Primorum* ex Lamb. coniecturā.

938. *Sensus*] Lugd. 1. 2. *Sensu*, Ver. Ven. *Sensum*. — *ipsam*] Lugd. 1. 2. et Brix. Ver. Ven. *laesam*, Vind. Brit. 1. 2. 3. *lesam*. — *animantis*] editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. omnes *animantum*.

940. *terraque*] sic Wak. cum omnibus Codd.; vulgo *flammaque*, ut in Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; sed „non credi potest *tó flamma* membranarum fidelium librarios ullos in *terra* mutatuos fuisse.“ Wak. *Terrā creata*, nimirum, i. e. lapides, arbores, herbae etc., e gremio terrae procreati, discernuntur ab ipsa materia terrestri.

942. *omnē tuentes*] ita omnes libri, quos sequitur Wak.; vulgo *omnituentes*.

943. *animantem* restitui ex plurimis libris. Wak. ex editt. vett., quarum tamen Iunt. et Ald. 2. excipias, *animantum*, varietatis gratia, cui tamen Lucretius non anxie studet. — *quamque*] Bodl. Ald. 1. Bon. *quemque*. (Vid. ad II, 668.)

951. *eiicit*] Hanc scripturam (de qua conf. praeter alios Schneid. Gr. Lat. I, p. 287 s.) comprobant loci III, 890. et IV, 1268., fortasse etiam IV, 1043. et VI, 690., ubi Wak. et nos videndi. Wak. vero, hoc latius extendens, omnia verbi *iacere* composita ubique vult sic scribi (*abicio, disicio, iniçio, obicio, subicio*; vid. ad I, 561. 752. II, 193. III, 639. etc.)

qua in re ipsi non assentior; nam quum utraque forma promiscue in usu fuisse videatur, (vix enim puto verbum *reicere*, nisi per synaeresin in *reicere* contrahatur, ut Virg. Ecl. III, 96., sicut etiam *abiicere* et *adiicere*, altero *i* per syncopen eiecto, primam syllabam producere posse, ut tamen vere producit v. c. I, 35. II, 714. V, 640. VI, 81. etc.), Codicibus etiam hac in re aliquid tribuendum.

955. *Reliquiae*] Poor. et Brix. *Reliquias*, Iunt. *Reliquis*, Ver. Ven. *Relique*, Lugd. 1. Bodl. Vind. et fragm. Vind. *Reliqui*, unde Wak. suspicatur *Reliquii* (melius *Relicui*; vid. ad I, 561.) *motus vitales*, quod fortasse verum; *vitales* certe exhibent Ver. Ven., et *vitaleis* Iunt.

956. *Vincere* eleganter et cum vi repetitum, ut infra III, 13. *Aurea*; de qua ἀναδιπλασι conf. doctissima Weichertii disputatio in Comm. de versibus aliquot Virg. et Val. Flaccii p. 93 ss., ubi permultos et veterum auctorum et recentiorum interpretum locos invenies laudatos.

961. *coniecta*] sic Wak. cum plerisque libris; at fragm. Vind. *conecta*, Brit. 2. *convecta*. Hav. cum reliquis edit. post Lamb. *conlecta*. *Mente coniecta* enim, i. e. se coniciante in locos vitales, ut Wak. rectissime ostendit, eodem iure potest dici, quo v. 951. sensus vitalis *eiici* narratur. Conf. etiam II, 1073. IV, 1061. 1111. et similes loci.

969. *ollis*] Wak. primus *illis* edidit e Brit. 2. et Bon., quibuscum conspirat Ald. 1.; ceteri libri *ullis*, ut vulgo. Constructionem paullo impeditiorem Wak. sic explicat: „Quandoquidem principiorum (corpora) non sunt ex illis corporibus, quorum motus laborent (i. e. soleant dolorem pati), aut capiant fructum dulcedinis (ex) novitate;“ i. e. quae ob novitatem motus vel dolorem vel voluptatem aliquam capiant.

973. Restitui vulgarem lectionem *possint*, quam Wak. e Brit. 3. Cant. et Ver. Bon. (quibuscum sane Ven. Ald. 1. et Iunt. consentiant) in *possunt* mutavit. Sensum enim non recte capit Wak., si explicat: „Si sensus est ita principiis tribuendus, uti eo animalia potiuntur“ etc.; sic potius locum intelligas: Si iam propterea principiis sensus tribuendus est, ut quaevis animalia ex iis composita sentire possint, quid de principiis statuendum, hominem efficientibus, longe praestantiori sensu praeditum?

974. *si iam*] sic Wak. cum omnibus libris; vulgo *si etiam*.

975. *proprium*] Vind. et fragm. Vind. *proprietim*, Brit. 1. 2. Ver. Ven. *proprium*, Poor. *propriam*, Brit. 3. *propter res*. — *auctum*] Vind. et Nonius, (qui affert hunc versum XI,

18. s. v. *proprium*) *actum*. Lamb. e coni. edidit *factum*, quae vulgaris lectio facta; Hav. *aptum*. Sed non opus est coniecturis. (Conf. I, 632. II, 986. III, 626. 630. V, 1176. etc.)

Vss. 976. et 977. iam I, 918. 919. legimus hoc vel illo verbo variatos, nec prorsus idoneo loco positos.

978. *mixtura*] Gassend. coni. *natura*, sine causa idonea.

983. *Quippe sequar*] conf. locus simillimus I, 979.

985. *Quod si delira*] sic praeter nonnullos Codd. discrete Brix. Ald. 1. 2. Bon., nec valde discrepant Lugd. 1. 2. Brit. 2. 3., *Quod si det ira* praebentes; Ver. Ven. *Quod si dedita*, Poor. *Quod si debita*, Brit. 1. *Deteriora*. De vulgari tamen omnino non dubitandum. (Conf. I, 699. et III, 465.)

986. *non ex*] ita Wak. cum Lugd. 2. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus vett. editt.; Hav. et vulgares editt. *non ex*, ut Lugd. 1. Vind. et fragm. Vind., si collatores accuratos se praebuerunt. — *auctus*] vulgares editt. hic etiam *factus*, Hav. *aptus*, contra omnes libros. (Vid. ad v. 975.)

V. 991. et sequentis dimidium a Lactantio Inst. VI, 10. (T. II. p. 32. Bip.) afferuntur. Omnem autem locum sequentem usque ad finem libri Orellius edidit in Eclogis poet. Lat. p. 15 ss. Similis argumenti est locus Ennianus p. 180 s. Hessel.

993. *Humoris*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3., quibuscum conspirat Iunt. Vulgo *Humorum*, ut pleraeque editt. vett. Wak. propterea etiam priori versu vult *liquentis*, secundo casu, (comparans Virg. Geo. I, 43.), et sic vere exhibent Brix. Ver. Ven.

995. *Ferae* hic et v. 1076. IV, 414. 638. etc. de omnibus quibuscunque animalibus intelligendum, ut apud Virg. Geo. III, 242., quem Wak. laudat. (Conf. etiam quae ad I, 14. disputata sunt.)

Vss. 999 — 1001. Lactantius habet Inst. VII, 11. (p. 123. Bip.) hac varietate: *In terram; sed — — rursus coeli fulgentia templa*. Wak. ait, hanc integram sententiam ex Eurip. Suppl. v. 532 ss. translata esse; et similem locum legimus apud Ennium p. 176 s., ubi longam vide Columnae disputationem.

1002. *res, ut*] Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *ut res*. „Si quid lateat, nequeo illud penetrare: conferas autem I, 217.“ *Wak.* Nihil puto latere.

1004. *coniungit*] Bon. *contingit*, quare Wak. suspicatur *conpingit*, ut II, 446. et V, 917., praeter omnem necessitatem.

1005. *ita*] sic Wak. restituit ex omnibus libris Mss. et

editt. veterrimis; vulgo *ut*, quemadmodum Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

1007. *eadem*] Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2. *earum*, quod Wak. genuinum arbitratur. Sed pronomen *eadem* hic cum singulari vi positum videtur, nec aliter supra I, 817 s. et 907 s., ubi iidem versus sine hac varietate leguntur. Omnino autem totus fere locus 1006 — 1021. ex aliis Lucretii locis compositus est, qua de re conf. Diss. mea saepius laud. p. 48 ss.

1010. *parum*] sic antiqui Pii Codd., quos post Iunt. Ald. 2. et alias quasdam editt. sequitur Wak. Ceteri libri *penes*, ut vulgo editur, sed sine sensu, utut editores in eo explicando se torserint. Tamen vitium aliquod latere videtur, quum non appareat, quomodo *parum*, si vera lectio fuisset, in *penes* corruptum esset. Creech. v. 1010 — 1012. versui 959. subiunctos vult, pro *aeterna penes* autem coni. *interna minus*; et transpositionem certe non improbat Hav. *Residere*, pro *manere*, esse positum, redit III, 399. et V, 1424. (vid. Wak.)

1012. Brit. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. inserunt *subito* inter *interdum* et *nasci* repetitum; quare Wak. addit: „Dare poterat noster, et dedisset utinam! *Rebus, et e subito n. s. p.*“

1018. *res*] sic rectissime Wak. restituit. Hav. cum vulg. editt. contra omnes omnino libros *haec*.

1023. Conf. I, 46. *vacuas aureis et te* — — *adhibe veram ad rationem*.

1024. *vehementer*, tribus syllabis pronuntiandum, ut Cic. Arat. 119. et Hor. Epist. II, 2, 120., quos laudat Wak. (Conf. noster III, 153. fortasse etiam VI, 311. et quae ad I, 1104. annotavimus.)

1025. *Accidere*] Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Ver. Ven. (atque haud dubie etiam Brix., nam Gerard. et de ceteris tacet) *Accedere*, mendose; eademque varietas reperitur v. 1077.

Vss. 1029. et 1030. ex omnibus libris sic, ut nos edidimus, Wak. restituit. Hav. cum omnibus editt. vulg. *Principio, quod non minuunt m. o. Paullatim; ut coeli* etc., quod Lambini est commentum. Wak. receptam lectionem sic explicat: „*Principio*, i. e. *primum* sit exemplum purus coeli nitor; *deinde sidera; tum luna*; et *postremo*, quod maximum est et omnium magnificentissimum, *solis fulgor*.“

1032. *Lunai et*] sic edidi, Wak. suadente et Orellio praeunte, cum Poor. (Brit. 1., qui *Et lunai* exhibet) et Brix. At Bodl. Brit. 2. 3. Cant. et Ver. Ven. Ald. 1. Bon. Iunt. *Lunanque*, quod Wak. recepit, et Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. et Ald. 2. *Lunaequae*, ut vulgo. — *praeclara*] Wak.

coni. *praeclarum*, quia in Cant. legitur *praeclaram*, in Brit. 1. *praeclure*.

1033. *nunc si — — essent*] sic libri fere omnes, et cum iis Wak. Vind. *si nunc*, Poor. *non si*, Brit. 1. vero, Iunt. et Ald. 2. *adsint*. Vulgo editur *si nunc — — adsint*.

1034. *si* Wak. reposuit ex plurimis libris, quem cum Orellio sequutus sum. *Ceu enim*, quod vulgo editur et ab Eichst. quoque retinetur, legitur tantum in Lugd. 1. 2. (si Hav. credere possumus) et Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

V. 1037. Nonius II, 791. laudat s. v. *satias*, de quo vid. etiam Ruddim. Inst. Gr. I. p. 135. not. 95. et Drakenb. ad Silium IV, 110. Redit apud nostrum V, 40. et 1390. — *Quam*] sic cum omnibus libris Wak.; vulgo *Quom* e Fabri coniectura. Explicat autem Wak.: „*secundum quam* speciem, vel quod ad hanc speciem attinet;“ Orellius: „haec species *aequae* tum miranda fuisset, *ac* nemo nunc tibi in coelum suspicere dignatur;“ rectius, ni fallor, Censor eius Ienensis, qui putat, duabus construendi rationibus, *susplicere speciem* et *susplicere in coelum*, hic in unam conflatis, (ut nos dicamus: *nach einer Erscheinung zum Himmel aufschauen*) locum sic intelligendum esse: ita miranda haec species fuisset; quam tamen nemo in coeli templa suspicere dignatur.

1040. *ipsa*] Brit. 2. *ipse*, quod Wak. praestantius videtur.

1041. *Exspuere*] Lamb. coni. *Respuere*, quod sane Lucretio magis usitatum. (Conf. inprimis VI, 68.) Tamen nihil mutandum puto.

1042. *videntur*] vulgo *videtur* (ut in Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.), quod Wak. e plurimis optimisque libris *videntur* correxit.

1043. *falsum*] sic Wak. cum plurimis libris. Brit. 1. 3. *falsu*, i. e. *falsū*, vel *falsum*, unde ortum videtur *falsa* in Brit. 3. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

1044. *rationem* Wak. restituit e libris fide dignissimis. Brit. 1. 2. 3. Iunt. et Ald. 2. *ratione*, quam vulgarem lectionem Eichst. quoque et Orell. retinuerunt, haud dubie quia I, 369. simile quid legitur. Sexcenties vero Lucretius verbo *rationis* sic utitur, ut respondeat nostro *Rechenschaft*, *Aufschluss*, *Belehrung* (v. c. I, 573. II, 763. 987. III, 179. 260. IV, 176. 574. etc.); quare et nostro in loco Codd. auctoritas non spernenda. Lamb. et Faber. vv. 1044 — 1047. spurios censent, nimirum quia difficiles sunt explicatu.

1046. *velit*] cum Eichst. et Orell. in contextum revocavi omnium librorum lectionem, quam Wak., nimio elegan-

tiae studio ductus, quia versu sequente iterum *velit* legitur, in *valet* mutavit, quod vel regulis grammaticis adversatur.

1047. In loco difficillimo et propter maximam lectionis varietatem valde lubrico tutissimum habui, lectionem aliquam efficere, quae librorum vestigiis proxime accederet et sensum certe non absonum praeberet. Sic autem libri variant: *iactos* felicissima est Gronovii Obs. I, 7., coniectura quam Brit. 2. confirmat, nec valde discrepat plurimorum librorum *tactus* (Ald. 1. et Bon. *tractus*), et Iunt. Ald. 2. *iniectus*. *Animi iactus* vero, ut iam Gronov. observavit, est Epicuri ἐπιβολή, de qua conf. ipsius Epicuri epist. ad Herod. §. 2. 4. 18. etc. coll. cum Cic. de N. D. I, 20., quem Wak. iam supra ad v. 740. attulit, ubi similiter legimus *animi iniectum*. — *liber*] Vind. fragm. Vind. Brit. 2. 3. Brix. et Ven. *libero*. — *quo pervoluit ipse*] fragm. Vind. Brit. 1. *pro pervolet ipse*, Vind. Brit. 2. 3. Brix. (quos sequitur Hav. cum vulg. editt.) *quo volet ipse*, Ver. Ven. *quo velit ipse*, Lugd. 1. Poor. *sit, quo volet ipse*, Cant. *sit, quo velet ipse*, Pii Codd. *sit, quo velit ipse* (ut Wak. edidit), Iunt. Ald. 2. *quoquo volet ipse*, Ald. 1. Bon. *quoquo velit ire*. Gronov. coni. *quo pervolitare*, Hav. *quo pervolet usque*; Eichst., Gifanium sequutus, edidit *pro pervelit ire*, Orell. *quo pervoluit ire*, quem certe in scriptura *pervoluit* sequutus sum, quum Prisc. IX, 1. §. 8. (p. 848. P.) veteres *volim* pro *velim* dixisse doceat, et sic variae lectiones optime coniungi possint. Pronomen vero *ipse* firmiter nititur Codd. auctoritate, quam quod loco movere ausim, imprimis quum *ire* languidius videatur. Putaverim potius hic sibi opponi sententias: *quo mens prospicere*, et *quo liber iactus animi ipse penetrare velit*; quare etiam *pervolet* (a *pervolare* deductum) non prorsus improbaverim.

1049. *infraque superque*] sic Wak. e coni., quia in Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *infra* omnino desideratur, et *superque* legatur in Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et Ver. Ven. (Brix. *supgue*) \*). Vulgo *infra supera-que*, cui lectioni favent Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

1060. *frustra-que coacta*] Vind. fragm. Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. Ver. Ven. *frustra-que iacta*, Poor. Brix. Ald. 1. Bon. *frustra quoque iacta*, Pii Codd., quos sequuntur Iunt. et Ald. 2., *iactataque frustra*, quae lectio, si de duplici Lucretii recensione quaeritur, omnem meretur animi attentionem.

\*) Si Wak. recte intelligo, in cuius notam subiectam vitium aliquod irrepsisse patet. De vett. editt. certo dicere possum.

(Conf. Diss. mea de Lucr. p. 106 ss.) Ceterum de verbis eiusdem notionis *temere, incassum, frustra*, e Lucretii more cumulatis, (quae redeunt V, 1000. et ex parte V, 1429.), conf. quae ad I, 814. disseruimus.

1061. *coaluerint*] sic Wak. e Gifanii coniectura, quem sequuntur Eichst. et Orell.; Lamb. coni. *cooluerint*, quae vulgaris lectio facta, ab Hav. servata est; Gronov. (Obs. I, 7.) legi suadet *concrerint*. Dolendum vero, in hoc loco, ingenti lectionis varietate obruto, nec Lamb., neque Hav., neque Wak. singulorum librorum lectiones accurate attulisse, ut certum de eo iudicium ferre possit. Havercampi enim silentio, ex quo concludendum esset, Codd. Lugd. 1. 2. et Bodl. tueri Lambini coni., quam nullus liber Ms. agnoscit, fidem habendam esse vix putaverim; Wak. autem hanc affert segetem variarum lectionum: *coartant, coierunt, coarctarint, colarunt, colarint, colaerint, colerent, caelarunt*, sed libris, qui eas exhibeant, non indicatis. Quare non superfluum videbitur, si certe ex iis libris, quae mihi ad manus sunt, lectionis varietatem accurate indicaverim, ut fortasse aliis occasionem praebeam hunc locum, cui restituendo ipse me imparem sentio, sanandi. Vind. igitur, nonnulli Pii Codd. et Iunt. *colarunt*, fragm. Vind. *colerent*, Ald. 2. *coierunt* (quam lectionem etiam Pius in libris invenit,) Ald. 1. Bon. *coarctarint*, Iunt. inter varr. lectt. *coarctarunt*, Brix. *coharrant*, Ver. Ven. *coartant*; unde hoc certe colligendum puto, obsoletum quoddam et minus usitatum verbum a Lucretio hic positum fuisse, et quidem in subiunctivo praesentis, quod non solum pleurarumque varr. lectt. terminationes *ant, ent, unt*, sed etiam mutatio *convenient*, in loco parallelo V. 430. facta, indicare videtur. (Sic fere iam scripsi in Diss. mea de Lucr. not. 29.)

1066. *quem*, scil. congressum materiae. Valcken. in Diatr. Eurip. p. 48. coni. *quam*, parum feliciter.

1072. *Visque eadem et natura*] Lugd. 2. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *Vis eadem natura*, unde Wak. coni. *Vique eadem natura. — manet*] Brix. *monet*, unde in Brit. 2. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *móvet* factum.

1077. *accedit*] Brit. 2. *accidit*, (ut v. 1129. *accidere* pro *accedere*.) — *uti*] Sic Wak. cum Ald. 1. et Bon.; reliqui libri *ut*, quod habent vulg. editt.

1079. *Quin*] Brit. 2. Brix. Ver. Ven. *Quando*, vulgari permutatione. — *aliquoiv' siet* Gronovii (Obs. I, 7.) est coni., merito ab Hav. Wak. et Orellio recepta; utpote quae proxime accedat Codd. Lugd. 1. 2. lectionibus *aliquoivis siet* (*sient*), a quibus reliqui plus minusve recedunt. Vind. *alio quouussiet*, Brix. *alio cuius siet*, Ver. Ven. *cuius siet*, Poor.



*alio cuius sit*, fragm. Vind. *aliquo versi et*, Brit. 2. *aliquo quovis si et*, Brit. 3. *alio quovis si et*, Cant. Iunt. Ald. 2. *alio quovis sit*, Ald. 1. Bon. *cuiusque sient*, Brit. 1. *alio cohibesse et*; quas turbas omnes obsoletae formae *quovis et siet* (vid. III, 102.) procreasse videntur. Creech. coni. *Cuiuscunque siet*; vulgo editur *Quin cuiusque sient*. Lamb. et Faber more suo hunc versum et sequentem spurios censent.

1080. *indice mente*] sic Wak. restituit ex omnibus libris (nam Brix. *iudice mente* vix varia lectio potest haberi), quem sequuntur Eichst. et Orell. Lipsius coni. *iniice mentem*, Creech. teste, et Gronov. l. c. *inclute Memmi*, quod Hav. recepit.

1082. *geminam* Hav. in contextum recepit ex optimis libris. Lugd. 1. Brit. 1. 2. 3. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *genitam*, ut vulgo.

1086. Nonius II, 480. haec habet: „*Innumera pro innumerabili*. Lucret. l. II. *Non est una, sed numero magis innumera*;“ quae nescio quo tendant, nisi saltem *innumerali* legatur.

1088. In hoc versu constituendo Wak. sequutus est omnes Codd. et vett. editi, qui tantum pro *et tam* exhibent *etiam*, (cui varietati accedit in Iunt. et Ald. 2. haec, ut ante corpore inseratur *et*); vulgo legitur *Tam manet his, et tam nativo haec corpore constant*.

1089. *abundans*] sic Wak. cum plurimis libris. Lugd. 2. *abundant*, Brit. 1. Iunt. Ald. 2. *abundat*, ut vulgo editur.

1092. *dis expers*] De hac constructione vocis *expers* cum sexto casu praeter editores ad h. l. conf. Cort. ad Sallust. Cat. 33. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 114. not. 41. Ramsh. Gr. Lat. §. 144. (p. 263.) aliique.

1094. *placidum aevum*] Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. Iunt. *placido aevo*, quod lineola superscripta fuit haud dubie *ἀρχαίωνος placidom aevom*, ut saepius. *Degere aevum* autem (quod legitur etiam II, 16. V, 173. et 1439.) Lucretius aliique scriptores ex Ennio (p. 36. Hess.) sumsisse videntur. — *multumque*] ita Wak. cum Pii Codd. Cant. et Iunt.; nec valde discrepant Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. Brit. 2. 3. et Brix. Ver. Ven., *multamque* praebentes; Poor. Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. *vitamque*, ut vulg. editt. — *serenam*] Iunt. *sereno*, Ald. 2. *serenant*.

Vss. 1097. et 1098. apud Nonium III, 44. mendose sic afferuntur: *Q. p. coelos amnis converterit omnis I. ae. t. sufferre f.*; Sergius autem, qui p. 1842. Putsch. e Lucretio affert verba: *Quis totidem vertit coelos*, nescio, an hunc, an alium fortasse locum deperditum in mente habuerit. De forma

*coeli* conf. praeter alios Ruddim. Inst. Gr. I. p. 109. not. 12. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 476.

1099. *inve* Wak. edidit ex plurimis libris; Brit. 2. *nive*, Vind. fragm. Vind. Brit. 1. Iunt. et Ald. 2. *inque*, ut Hav. cum vulgatis editt.

1101. *tum*] Poor. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *cum* (*quum*), quod Wak. antea iam coniectura reponendum esse duxerat. Sed Lactantius quoque, qui Inst. III, 17. (p. 206. Bip.) inde ab hoc verbo versum nostrum cum tribus sequentibus laudat, *tum* agnoscit.

1102. *Saepe*] sic omnes Lucretii Codd. et vett. editt., quos cum Orellio sequutus sum. Sed Lactantius l. l. *Ipse*, quod, simillimo loco Ciceronis de div. I, 12. II, 20. comparato, Wak. recepit, ab Eichst. non desertus.

1103. *quo* omnes vett. editt. exhibent praeter Iunt. et Ald. 2., quam lectionem, iam a Wak. vulgata elegantiore iudicatam, Orellio praeunte, recepi. Libri Mss. et duae editt. illae *quod*, ut vulgo.

1108. *omne*] Poor. *orbe*, ex interpretamento, ut Wak. putat.

1110. *tecta*] Wak. conij. *templa*, sed sine causa, quamvis afferat Ennium p. 35. ibique Hessel. (vel potius Columnam), Varronem L. L. VI, 2. et Manil. I, 448.

1113. *et ad sua secla recedunt*] Retinui cum Wak. Eichst. Orell. vulgatam fere omnium librorum lectionem. Brit. 2. *et adversa recedunt* (?), Pii Codd. quidam *ad sua semina cedunt*.

1116. *Denique*] sic Wak. cum omnibus libris, praeter paucos, et Nonio, qui hunc versum et sequentem laudat II, 698. Quatuor Codd. Lamb. et Brit. 1. Cant. *Donicum*, ut vulgo. De Lugd. 1. 2. tacet Hav., unde tamen, hos libros optimos vulgarem praebere, non praepropere colligas. — *perfica*, a Turnebo Adverss. XI, 20. e libro vetusto felicissime restitutum, primus edidit Lamb., qui provocat ad Arnob. IV. p. 131. et 133., ubi inhonesta quaedam nuptiarum dea commemoratur, a similio negotio *Perfica* appellata. Consentire videtur fragm. Vind., *perficia* praebens; ceteri libri omnes cum Nonio *perfice*, Ald. 2. *perspice*, parenthesi inclusum. Sed Nonii locum, aperte corruptum, iam Lamb. vidit sic esse corrigendum: *Perfica*, *perficiens* etc.

1117. *perduxit*] Brit. 1. 2. 3. (quibus falso Wak. addit Bon.) *produxit*, minus recte.

1122. Orellium in hoc versu sequutus sum, qui recepit Poor. Brit. 1. Iunt. et Ald. 2. lectionem *hilarem gr. ad auctum*, eo etiam comprobata, quod in Lugd. 1. 2. fragm. Vind. Brit. 3. *hilar* legitur, amissis ultimis literis, *ad auctum* vero

in omnibus fere libris apparet. Differunt tantum Vind. *hilaro*, Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *hilari*, Pii Codd. *hilum*, et Lugd. 1. fragm. Vind. Ald. 1. Bon. *adauctu* suppeditantes. Wak. e coni. edidit *hilare gr. ad auctum*, Eichsi. cum Hav. et vulg. editt. *hilaro gr. adauctu*, quod tamen substantivum compositum nusquam alias apud Lucretium occurrit.

1125. *inditur*] sic Wak. cum plurimis libris; (licet enim de Codd. suis taceat, e silentio eius concludi potest, in iis non minus, quam in Lugd. 1. 2. Brix. Ver. Iunt. hanc lectionem inveniri.) Brit. 2. et Ven. Ald. 1. 2. Bon. *diditur*, ut vulgo; quod miror Orellium restituisse, qui aperte errat, contendens, „aut hic vulgarem retinendam, aut infra v. 1136. iterum *inditur* scribendum esse, quia non tam putide variare orationem soleant antiqui.“ Imo Lucretium eiusmodi variationibus studiosissime operam dare, saepius iam vidimus. Ceterum Wak. comparat Plaut. Cas. II, 3, 31. Ovid. Met. VII, 788. et Avien. orb. desc. 716.

1127. Amicus quidam Lambini *pascitur*, Faber. vero *nancitur* coniecit, nimirum non intelligens uterque, *vesci* etiam cum accusativo construi posse, quod Bentl. sibi velle videtur, dicens, *sensu activo* sumendum esse, et conferens Phaedr. I, 31, 11. et Tibull. II, 5, 64., (ubi vid. Schwabe et Broukh., et praeter hos Ruddim. Inst. Gr. II. p. 195. not. 57.)

V. 1130. Nonius IV, 44. citat sic incipientem: *Dumque adolescendi* etc. quod Wak. fortasse rectius esse censet. Sed plurimi libri consentiunt in lectione, quam cum Wak. Eichst. Orell. recepimus; unus Brit. 1. (et, si quis Hav. silentio credat, Lugd. 1. 2.) *Donicum*.

1133. *Etenim* abest a Poor. et Brit. 1., qui libri etiam transponunt verba *est res*, unde Wak. colligit, recte fortasse in Cant. *est* prorsus omitti; Brix. *et res*. — *adempto*] vulgo *demto*, ut Vind. fragm. Vind. et Brit. 1.; Wak. e plurimis libris *adempto* restituit; (sic enim scribit, Prisciano X, 7. §. 37. (p. 897. P.) obtemperans.

1135. *Plura modo*] sic Wak. cum omnibus libris. Hav., ut vulgares editt., *Pluria eo*, e solita Lambini audacia. Ceterum bene Wak. et Orell. docent, *modo* hic non esse adverbium, sed sextum casum nominis substantivi, et constructionem sic procedere: Et quo modo latior est, eo modo plura dispergit. (Wak. *dispargit* cum Brit. 1. ex more suo.)

1137. Wak. rectissime, puto, locum sic explicat: „Nec satis est supplementi pro *aestibus iis*, quam (i. e. in quantum) exaestuat largos aestus;“ *aestus* autem intelligendum est de calidis illis et humidis particulis, quas sudando, exhalando etc. corpora animantium quotidie amittunt. Quod non

intelligentes, et librarii et critici hunc versum varie tentarunt. — *Nec satis est*] Iunt. Ald. 2. *nec sitis est*, quod in nonnullos editt. vulg. receptum. — *pro quam tergos*] unus Cod. Lamb. *pro quam largus*, 3 Codd. Lamb. et Poor. *pro qua largos*, Brix. Ver. Ven. *pre quam largos*, Iunt. Ald. 2. *quae per largos*, Ald. 1. Bon. *cum praelatos*. Lamb. *versum spurium* pronunciat, Faber. *coni. largos auctus*, Sciopp. Suspp. lectt. III, 14. (ubi locum accurate explicat,) *largo se exaestuât aestu*.

1138. „*queant*, nempe *corpora* (v. 1135.). Ordo est: *Nec satis est rerum*, unde *corpora queant in tantum* suboriri ac suppeditare, in quantum res exaestuât largos aestus.“ *Wak.* Vulgo enim legitur *queat*, ut in Brit. 1. 2. 3. Iunt. et Ald. 2. De absoluto autem verbi *suppeditare* usu diximus ad I, 548.

V. 1139. legitur in Brit. 1. 2. 3. Ald. 1. 2. et Bon., et in libris Mss. quidem, ut nos cum editt. vulg. edidimus, in illis vett. editt. vero inverso ordine:

*Quod satis est et quantum opus est natura novare.* Sed iure ab omnibus editoribus spurius est declaratus, utpote interpretamentum prioris, e v. 1150. petitum., *Wak.* prorsus eum omisit, nos cum Eichst. et Orellio uncis inclusimus.

1143. Affert hunc versum Festus s. v. *tuditantes* (p. 469. Goth.), simul Ennii locum (p. 52. Hessel.) laudans, in quo idem verbum *tuditare* legitur, quod redit apud nostrum III, 395. (Conf. etiam Ruddim. Inst. Gr. I. p. 233. not. 68.)

1147. „De vocabulo *integrare* vide sis Nonium II, 455. cum Donato ad Ter. Andr. IV, 2, 5. Redeas etiam ad I, 1031. *Wak.*

1151. *fracta*] sic *Wak.* cum plurimis optimisque libris. Tres Codd. Lamb. et Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. *facta*, Vind. uterque (si Alteri silentio aliquid tribuendum) *affecteda*, quemadmodum Hav. cum vulg. editt.; Pii Codd. Iunt. et Ald. 2. *effoeta*, ut idem epitheton bis legatur in eodem versu. — *effetaque*] 2 Codd. Lamb. *affectedaque*, Brit. 1. 3. *effectaque*, unus Lambini *effataque*.

Vss. 1154 et 1155. Gellius citat XIII, 20. et priora v. 1155. verba *Aurea de coelo demisit funus* etiam Nonius III, 91., ut doceat, Lucretium *funem*, alias semper mascul. generis, genere femin. usurpare, qua de re conf. Voss. Anal. I, 29. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 25. not. 33. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 101. Lucretium autem hic respicere Hom. II. VIII, 18., neminem fugit. Orellius laudat Creuzer. Symbolik. Ed. 2. T. I. p. 97.

1160. *per*] ita *Wak.* ex uno Brit. 2., ut languidam tau-tologiam submoveret in vulgari lectione *et*. Sic enim *dulces*

*fetus sunt pecudes, de quibus noster I, 14. similiter: persultant pabula laeta.*

1161. *aucta*] Poor. et Ven. *cuncta*, quod Wak. non displicere videtur. Sed vulgatam tuetur et Nonii auctoritas, qui hunc versum laudat II, 358.

1162. *vireis*] sic Lugd. 1. 2. fragm. Vind. Ald. 1. et Bon.; reliqui omnes *viribus*.

1163. *seris*] ita Ald. 1. et Bon., quas sequuntur Gronov. Obs. I, 17. Hav. Wak. Eichst. Orell.; reliqui omnes *ferrum*, praeter Poor. Brix. Ver., *feris*, et Ven., *ferrint* exhibentes.

1164. *pereunt*] sic Pii Codd. Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 3. Iunt. et Ald. 2.; sed Ver. *pareunt*, Lugd. 1. 2. Bodl. et Brix. *parcunt*, Brit. 1. 2. Cant. Ven. Ald. 1. Bon. *pariunt*. Wak. coni. *marcent*, temere. — *labore* recte Wak. restituit ex omnibus paene libris; Cant. et Iunt. (non Bon., quam Wak. affert) *laborem*, Ald. 2. *labores*, ut vulgo editur.

1165. *magnum*] Voss. coni. *manuum*, praeter necessitatem. — *laborem*] sic, licet Wak. dicat, „libros omnes contra stare,“ *cunctae* edit. vet., quas sequutus sum. Wak. enim (ut Eichst. et Orell.) recepit *labores*, quam lectionem praebent utique Lugd. 1. 2. et alii fortasse Codd., et coniungit *magnum in cassum*, quod idem sit, atque *in magnum inane* (secundum Nonium I, 217.) Simplicius mihi videtur, ut *in cassum* eadem significatione accipiamus, qua II, 1060. V, 1128. et 1429., ideoque *labor in cassum cadit* non valde differat ab *incassum laborare* in postremo hoc loco. Tunc vero necessario coniungenda *labor magnus*, ut II, 2. et IV, 959.

1169. 1170. In hoc loco constituendo Orellium sequutus sum, qui longam de eo instituit disputationem. Quum enim Codd. omnes priorem versum sic exhibeant: *Tristis idem vetulae vitis sator atque* (Vind. *adque*, Ald. 1. Bon. *aequa*) *fatigat*, posterior vero non nisi in Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. Ald. 1. \*) et Bon. ita appareat: *Temporis incusat nomen seclumque* (Vind. *in saeculumque*) *fatigat*, manifestum est, librarium ex uno in alterum versum aberrasse, ideoque exitum prioris, ut videtur, versus coniecturis modo prorsus arbitrariis sanari posse. Lamb. Giph. Hav., rem brevius expedientes, hos versus, ut additios, e contextu reiecerunt. Cautius versatur Pius, qui, *aequa* per „aeque, similiter, ut arator“ interpretatus, et coniectura quorundam *momen* (pro *nomen*) commemorata, ipse coni. *seclumque fatiscens*.

\*) Gerard. enim hic etiam negligentem se praebuit, v. 1170. ex Ald. 1. non commemorans.

Heinsius Adverss. III, 8. (p. 455.) priori versu coni. *vitis sator atque vietae*, quod Burmann. ad Claud. p. 1054. praefert Is. Vossii divinationi *v. s. atque fatisciae*. Wak., qui primus hos versus in contextum reduxit, e coni. edidit *v. s. acta peragrans T. inc. numen coelumque fat.*, in quibus certe *coelum* pro *seclum* felicissima dicenda est emendatio; cetera vero ab Orellio ob molestam repetitionem v. 1167. et propterea etiam reprobantur, quod Lucretius nusquam *numen* ita nude ponere soleat de diis, sed semper *numen divum, divae, divinum* etc. Orellius ipse, pressius Codd. insistens, et quum Pium, tum Wak. sequutus, edidit *v. s. atque fatiscens T. i. momen coelumque fat.*; aliam simul addens coni. *ante fatiscens* (ut scil. substantivum *antes*, alias non nisi in plurali occurrens, v. c. Virg. Geo. II, 417., hic in singulari usurpatum sit.) Denique Censor eius in Ephem. lit. Ien. (ch. 76. anni 1823.) coni. *sator et saturatus T. i. numen coelumque f.*, ut *temporis saturatus* sit vitae taedio captus, quemadmodum apud Plaut. Stich. I, 1, 8. Latus sane hic coniecturarum campus, quibus tamen quum vix sperandum sit veram Lucretii scripturam unquam restitutum iri, Orellii coniecturam retinui, quae certe propterea a Censore illo non fuit reprehendenda, quod vetulae vitis sator non tantum *praesens temporis momentum* incuset, sed omni aevo, quo vivat, irascatur; nam *momen* apud Lucretium omnino pro *motu* usurpatur, (vid. III, 145. 189. 190. VI, 474.), ita ut *momen temporis* omnino *mutata tempora* commode possit indicare; *momen* et *nomen* vero etiam III, 145. confunduntur, nec minus illud verbum III, 189. et 190. varie corrumpitur. — De significatione formulae *fatigare deos* (scil. precibus) conf. Huschk. Epist. crit. p. 21. et Oudend. ad Apulei. Met. VI. p. 384., quos Orell. laudat.

V. 1171. Nonius affert IV, 63. (p. 629. Goth.)

1175. *capulum*] sic Hav. e Lugd. 1. 2. lectione *copulum*, ingenio ductus, refinxit, quam coniecturam laude dignissimam Wak. Eichst. Orell. receperunt. *Capulum* enim est feretrum, et saepissime cum sepulcro coniungitur. (Conf. Nonius I, 13. Festus s. v. Capulus, Servius ad Virg. Aen. XI, 64. Tertull. de resurr. carn. c. 32. 38. idemque de pudic. c. 14., quos laudat Wak.) Ceteri libri omnes *scopulum*, quod Salmasius defendere studuit, loco Suet. Dom. 19. (ubi nunc *pro scopo* legitur) demonstraturus, *scopulum* esse parvum scopum sive metam; sed perperam. Praeterea Orell. observat, verba margini edit. Ver. apud Hav. adscripta „*Proverbium illud est. Plautus in Bacch.*“ referri ad supposititia illa I, 1, 26. *Referam me ad scopulum ex naufragio.*

# ANNOTATIONES

AD

## LIBRUM TERTIUM.

1. *E tenebris*] sic vulgarem lectionem, quam, praeter Pii et Lamb. Codd., Brit. 1. 2. 3. et omnes editt. vett. exhibent, cum Orellio (vss. 1—93. huius libri in Eclogis suis p. 23 ss. edente) restitui, quem iure offendit iterata interiectio. Nam Wak. edidit *O! tenebris*, e Lugd. 1. Vind. fragm. Vind. Poor.; *A tenebris* legitur in Lugd. 2. Bodl. Cant.

4. *ficta* Wak. rectissime edidit cum omnibus libris, praeter Iunt. et Ald. 2., iam vulgarem *fixa* exhibentes, ab Hav. quoque servatam. Veteres enim supinum verbi *figere* interdum etiam *fictum* formasse docet Diomedes p. 373., quem sequuntur Gifanius in Indice Lucret. s. v. fictus, Vossius Anal. III, 27, Ruddim. Inst. Gr. I. p. 240. not. 13. et Orellius ad h. l. Wak. *ficta* deducit a *fingerere*, explicans „se fingentia, effigiata, deformata“; quod probari nequit.

5. *quam*] Ver. Ven. *que*; quare Wak., cupidius sane, conii. *quā*.

6. *imitari* edidi cum omnibus fere libris, Lamb. Hav. Eichst. Orellio. Wak., quum in Ver. Ven. *invitare* inveniatur, e conii. edidit *imitare*, ἀρχαϊκῶς pro *imitari* dictum, ut apud Nonium VII, 46. (falso enim Wak. laudat XVII, 46.)

Vss. 7. et 8., prima voce excepta, Nonius bis affert IV, 195. et 496. — *tremulis - artubus*] sic Ennius p. 123. Hessel. — *fortis equi vis*] vid. infra v. 763. V, 28. et plures alii loci, ubi vocabulum *vis*, non minus quam ἦ βίη apud Homerum, periphrasi modo inservit. Conf. etiam Columna ad Ennium p. 89. (p. 40. Hess.) et p. 193. (p. 115. Hess.)

9. *es*] sic Wak. cum omnibus libris, praeter Lugd. 2., qui *o* exhibet, sed a secunda manu; in Lugd. 1. vocula plane deest. Vulgo *et*, ex editorum arbitrio.

11. *limant*] Revocavit Wak. omnium Codd. plerarumque vett. editt. lectionem, quam Hav. cum Ald. 1. 2. et Bon.

in *libant* mutaverat; Bentleio etiam probante. Sed librorum auctoritas spectanda, et *limare* alibi etiam est decerpere, delibare (v. c. apud Cicer. ad Fam. III, 8. de Orat. III, 9. etc.) et eadem fere significatione apud Hor. Serm. I, 2. 62. legitur compositum verbum *oblincare*.

12. 13. De anadiplosi, quae hic obtinet in verbo *aurea*, vid. ad II, 956. disputata.

15. Vulgo *haud* ante *divina* insertum legitur e Iannocti conii, a Lamb. in contextum recepta, quod cum Wak. Eichst. et Orellio delevi, quum in nullo libro fide digno appareat; Altero enim, e cuius editione concludendum, in utroque Vind. hanc vocem inveniri, parum fidei tribuendum esse, iam cognovimus. Sensum verborum *divina mente coortam* Orell. sic exposuit: „ut eam mente tua vere divina tibi informaveras ac descripseras;“ qui simul ambiguitatis vitandae causa *fnavult coorta*, ut IV, 484. et V, 336. Facilis quidem emendatio, nec tamen contra omnes libros admittenda.

17. Verba *totum video per inane geri res* citat Nonius V, 99.

19. *nec nubila*] ita Wak. cum omnibus, ut videtur, Codd. et cunctis vett. editt.; vulgo *neque*.

21. *semper innubilus*] sic diserte exhibent Lugd. 1. 2. et alii fortasse Codd. ab editoribus non accurate collati, quos eo magis audiendos censui, quum plurimorum librorum (Vind. Brit. 1. 2. 3. et Brix. Ver. Ven.) lectio *in nubibus* ab illa non differre videatur. Cant. Iunt. et Ald. 2. *semperque innubilus*, quae vulgaris lectio facta; Ald. 1. et Bon. *semper sine nubibus*, ut Wak. Eichst. et Orell. ediderunt. Sed hae tantum correctiones videntur hominum de metro sollicitorum, quos tamen nimium delicatos fuisse, ad I, 11. demonstravimus. *Innubilus* enim prorsus est Homeri (Od. VI, 45.) ἀνέφελος, quod merito Lucretio restituisse puto.

22. *Integer* Wak. restituit e Poor. Brit. 1. 2. 3. et Ver. Bon., quibuscum consentiunt Brix. Ven. et Ald. 1. Vulgo *Integrit*, quod iam in Iunt. et Ald. 2. comparet. — *ridet*] sic vulgares editt. cum omnibus fere libris. Wak. (Eichst. Orell.) *ridit* e sola Ver. recepit, quam, ut solet, sequitur Ven., quia Diomed. I. p. 378. veteres etiam *ridunt* dixisse perhibet. Sed Brix. quoque, *riget* praebens, vulgatam tuetur.

26. *despiciantur*] ita Wak. cum omnibus Codd. suis (nam Hav. de suis libris tacet,) et cunctis editt. vett., praeter Brit. 2., *discipiantur* exhibentem, ut vulgo editur. (Conf. quae ad II, 742. notavimus.)

28. *ibi*] sic Gronov. ad Liv. VII, 26. §. 8. coniecit, quem Wak. Eichst. Orell. sequuti sunt, ut Graecorum more dictum



sit, qui *ἐνθά* pariter pro *tum* usurpent. Libri omnes *ubi*, praeter Iunt. et Ald. 2., quae iam vulgarem *tibi* exhibent, e Marulli, ut videtur, coniectura non inelegante.

30. *patens* — *resecta est*] lectio librorum fere omnium, a Wak. in contextum revocata. Lugd. 1. 2. et Ver. *recta est*, Ven. *retorta est*, Ald. 1. et Bon. *resecta es*, Iunt. et Ald. 2. *resecta* (omisso *est*). Vulgo contra libros editur *patet* — *resecta*.

Vss. 31 — 34. iterantur infra IV, 26 — 29. Conf. etiam II, 333. 334.

33. *aeterno*] Lugd. 2. et Bodl. *aeterna*; ceteri libri omnes *alterno*, quod Gifan. recte deducere videtur ex antiquiori scriptura *aiterno*. Ceterum nescio, cui meliorem scripturam debeamus, quam Lamb. iam commemorat. (Vid. etiam II, 1055. et IV, 28.)

39. *suffundens* vulgaris lectio est, quam cum Orellio restitui. Sic enim Poor. Cant. et Ald. 1. 2. Bon. Iunt., nec multum discrepat omnium reliquorum *suffundans*, et fragm. Vind. *subffundans*, Wak., quem Eichst. sequitur, *subfuscans* edidit e coniectura. Sed recte Orell. provocat ad Lucretium ipsum VI, 479.

43. *animae*] sic Wak. contra omnes libros, ut vulgares editt., *animi* praebentes; hac annotatione adscripta: „*Animi*, i. e. *animae*; nam nominibus indifferenter passim utitur Lucretius: vide ipsum mox ad vv. 423. 424. Quum vero hae voces facillime commisceantur, et nullo modo credibile sit, poetam nostrum prius illas, contra linguae constantissimam consuetudinem, confundere voluisse, quam de hac re vel hilum monuerit, contra libros hic scribendum *animae* malui;“ quibuscum conf. Meineckii notam versioni vernaculae ad v. 35. adscriptam et Wak. ad III, 397.

V. 44., qui in omnibus libris post v. 46. insertus legitur, summi Bentleii sagacitate huc transpositus est, cuius rationis veritas nemini non potest clarissima esse. Mire enim interpretes se torserunt in hoc versu illo priori loco defendendo, quo *ventum pro fumo, vanitate* positum esse voluerunt. Avancius autem ad coniecturam *vetiti* confugit, quam Pius in Bon. servavit, licet in Comment. *venti* praeferat. Wak. comparat Empedoclis verba *αἴμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα*. [v. 317. Sturz., qui docte hac de re disputavit p. 440 ss.] et Cic. Tusc. I, 9. cum Davisii animadversionibus.

47. *causa*] Hic quoque cum Eichst. et Orell. vulgatam retinui, quam praeter Pii et Lambini, ut videtur, Codd. exhibent Brit. 1. Cant. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. Ceteri cau-

sam, quod Wak. recepit, difficillime sic explicatum: ut causam vel praetextum.

V. 52. Nonius IV, 291. sic laudat: *Et nigras mactant pecudes et ignibus Divi*, loco haud dubie corrupto. In Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. et Brix. Ver. Ven. legitur *manibusque divisque* \*), in Lugd. 1. *manibus divis sine et*; ceteri libri vulgatam comprobant.

55. *hominem*] „sic soli Lugd. 1. 2. et fragm. Vind.; reliqui *homines*. Nempē adhaesit s ex vocabulo sequente scripturae breviatae *hominē*.“ *Wak.*

56. *quid sit*] ita Pii Codd. quidam, Cant. Ver. et Ven., quos, utpote difficiliorem et elegantiorē lectionem exhibentes, sequuntur Wak. et Eichst.; Brix. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. *qui sint*, ceteri omnes *qui sint*, quod cum vulgatis edit. Orell. servat.

58. *Eliciuntur*] Lamb. e coniectura edidit *Eiiciuntur*, quem vulgares edit. sequuntur. Hav. librorum lectionem restituit, quam et ipse et Wak. defendunt locis Ovid. Fast. I, 256. ex Pont. II, 5, 46. Hor. Sat. I, 8, 29. Liv. XL, 23. §. 1. Curtii IV, 6, 5. Claud. in Rufin. I, 56. etc. — *manet res*] Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. Brit. 1. 3. Ver. et Ven. *manere*, Bodl. Brit. 2. et Brix. *manere*.

61. *scelerum*] Brit. 2. et Brix. *sceleris*, idemque sibi velle videntur Ver. *sterilis* et Ven. *sederis*, quare Wak. *scelerisque ministros* legendum esse suspicatur.

65. *ferme*] sic Wak. restituit e Lugd. 1. 2. fragm. Vind. et Cant.; in Brit. 2. legitur *forme*, unde *formae* ortum videtur, quod exhibent Vind. Poor. Brit. 1. 3. et Brix. Ver. Ven.; Ald. 1. 2. Bon. Iunt. habent *formae*, unde vulgo editur *forma et contemptus*, sine librorum auctoritate.

67. *conctarier*] Wak. cum Brit. 1. 2. Cant. et Brix. *conctarier*; sed vide ad II, 392. Vulgo *cunctarier*, ut in reliquis libris.

69. *effugisse* tacite Wak. revocavit ex omnibus, ut videtur, libris; vulgo enim *Refugisse* legitur. — *remosse*] sic Lugd. 1. 2. et Ven. Ald. 1. 2. Bon., quos sequuntur Gronov. Obs. II, 7. Palmer. in Face crit. T. IV. p. 870. Hav. Wak. Eichst. Orell.; Bodl. vero, Vind. Brit. 2. 3. Cant. et Ver. *remote*, Brix. *remotae*, Poor. Brit. 1. et Iunt. *remoti*. Lamb. coni. *recesse* (i. e. recessisse), quae vulgaris facta, Gifan. *remasse* pro *remeasse*, Faber. *remanse* (remansisse.) Cete-

\*) et „similiter cum *et*, Brit. 2. 3.“ *Wak.*; quod non satis intelligo.

rum de aliis huius syncopes exemplis dictum est ad I, 71. II, 314. et saepius.

Vss. 70—72. a Macrobio Sat. VI, 2. (T. II. p. 166. Bip.) afferuntur cum Virg. Geo. II, 510. et 511. comparati.

71. *caede*] sic Wak. cum omnibus libris, praeter Brit. 2., qui solus exhibet *caedi*, quod vulgo editur, etiam contra Macrobbii-auctoritatem.

72. *fratris*] Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et omnes vett. editt. praeter Iunt. et Ald. 2. *fratres*, perperam.

V. 74. abest a Brit. 1., Wakefieldo temere probante.

76. *claro qui incedit*] Iure meritoque Wak. revocavit omnium librorum lectionem, quam edidimus. Vulgo enim ad arbitrium editorum *claroque incedere* Lamb., qui in duobus Codd. invenit *claro qui incendit*, quatuor proponit coniecturas: *clarus qui incendit honore*, *claroque incendit honore*, *clarus qui incedit honore* et *clarumque incedere honore*, quam ultimam coni. recoquit Markland, Epist. crit. p. 81., scribens *claromque inc. h.*

78. *statuarum*] ita Pii Codd. Poor. Brit. 1. Iunt. et Ald. 2.; reliqui omnes *statim* vel *statum*, Ald. 1. et Bon. *status*.

83. *hunc*] Brit. 2. *huc*; quare Wak. coni. *hic vincula*.

84. *evortere* suadet rectissime a Wak. repositum est ex omnibus libris; vulgo enim „Lambinianum *evertere fundo* per summam impudentiam Lucretiq. obruserunt,“ ut Wak. dicit, erumpens in illud Terentii (Andr. IV, 1, 1.): Hoccine credibile etc.

85. *parenteis*] Wak. commemorat, Markland. ad Statii sylv. p. 286. coniecisse *penateis*, haud dubie ob locum Virg. Geo. II, 505.

Vss. 87—93. leguntur etiam II, 54—60. et VI, 35—41., quibuscum conf. I, 147—149.

V. 94. affertur a Sosip. Charisio Inst. Gr. II. p. 187. P., qui legit *quam*; fortasse recte, ut Wak. censet, quum infra v. 101. eodem modo scriptum sit: *habitum quendam vitalem* — — *Ἀγωνίαν Graiei quam dicunt*.

95. *locatum*] sic editt. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; reliqui libri omnes *vocatum*, quia nimirum versus praecedens exit in verbum *vocamus*. Wak. nihilominus profert coni. *Id, quod c. v. r. vocatum est*.

V. 98. exhibent soli Brit. 3. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt.; in ceteris libris desideratur; quem Wak. propterea censet Lucretio fortasse abiudicandum, ut sensus usque ad v. 106. continuari debeat, et omnia a verbo *reponunt* pendeant; sed hoc durius videtur.

101. *qui* scil. habitus vitalis. Sic autem Wak. restituit

ex uno Brit. 1.; ceteri omnes *quod*, quae corruptela quomodo orta sit, Brix. lectio *quid* videtur demonstrare.

107. Ita Wak. ex omnibus libris versum integritati reddidit, quem vulgares editt. nec non Hav. e Lambini commento sic exhibent: *Saepe utique — — aegrit*. Sed ne quid diffiteamur, *utique* legitur iam in Iunt. et Ald. 2.

109. *fit, uti*] Retinui cum Eichst. vulgarem lectionem, quam Wak. e Bodl. Vind. Poor. Brit. 3. et omnibus vett. editt. (nam temere Gerard. tacet,) in *ubi* mutavit. Sed varietas fere nulla est, et *fit, uti* formula Lucretio usitatissima. (Conf. v. c. II, 85. 835. IV, 355. 374. V, 428 etc.)

113. *molli quom somno*] sic Wak.; Hav. cum vulgatis editt. inverso ordine *molli somno quom*, contra omnes Codd. et vett. editt.

117. *ac* Wak. recepit e Brit. 1.; reliqui libri *et*, ut vulgo editur.

119. Vulgarem lectionem post Eichst. restitui. Wak. enim, quum Lugd. 1. 2. Vind. et Brix. Ver. Ven. exhibeant *harmonia c. interire*, in contextum recepit coni. *harmonia c. retinere*, in nota subiecta vero aliam quoque suadet mutationem *harmonia c. sentire*, nimirum quia illud *interire* praeter libros iam commemoratos etiam in Poor. Brit. 1. 2. 3. et Cant. apparet.

122. *rursum*] sic Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon., quos sequitur Wak.; vulgo *rursus*.

133. In hoc versu constituendo Bentleii coniecturas verisimillimas amplexus sum, servans praeterea e plurimis libris formam *Heliconi*, (de qua vid. ad I, 977. disputata, et Rudim. Inst. Gr. II. p. 270 s. not. 3.) Sic enim libri a lectione recepta differunt: *Nomen*] Brit. 2. *Nomine*. — *ab organicis alto*] Lugd. 1. 2. Brix. Ver. *ab organico saltu*, Vind. Brit. 2. 3. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *ab org. saltu*, quae vulgaris lectio facta; Ven. *ab org. saltem*; Bodl. Brit. 1. *ab org. saltum*, Lugd. 2. *ad organicos saltu*, et similiter Voss. in margine exempli sui, nescio an e Cod. Ms., *ad organicos alto*. — *Heliconi*] sic omnes libri, praeter Bodl. Cant. et Ver. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., *Heliconis* praebentes. (Vulgaris *Helicone* in nullo libro inveniri videtur.) Faber. audacissime coni. *N. ab organico cantu ductum citharai*; Hav. edidit *N. ab organico saltu delatum, Heliconi*, ut coniungantur: *harmonia nomen redde Heliconi*; Wak. (cum Eichst.) *N. ad organicos saltu delatum Heliconis*, ut iam Turnebus Adverss. XXX, 10. locum constituerat, sed uno modo Codice favente. Larga autem liberalitate Wak. insuper coniecturas addit tres tantum:

ab organico *cantu* vel *flatu*, vel *sonitu*. Sensus lectionis a me receptae et Codd. vestigiis proxime accedentis, aperte hic est: Nomen harmoniaï, ab organicis s. musicis ex alto Helicone, ubi Apollo, musices inventor, cum Musis versatur, deportatum, his musicis, utpote ipsis proprium, sed a philosphia alienum, restitue.

135. *proprio quae*] Brit. 2. *principio*, quare Wak. coni. *quae principio*.

V. 136. abest a Lugd. 1. 2., quem, utpote, „versiculum illepidum et plebeii artificis,“ Wak. propterea eiectum mavult, fortasse non iniuria.

145. *momenque*] Bodl. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. (quamvis Gerard. taceat,) *nomen*. Vid. ad II, 1170.

146. *et deest* Lugd. 1. 2., quare Wak. suspicatur, fortasse repetitione pronominis legendum esse *id sibi* gaudet.

147. *una*, i. e. simul, eodem tempore. Haec autem lectio est omnium librorum praeter Iunt. et Ald. 2., quae iam vulgarem *ulla* exhibent, a Wak. primo reiectam.

155. *Sudores*] Poor. *Sudorem*. — *ita*] Lugd. 1. 2. *itaque*, Vind. fragm. Vind. Brit. 1. 2. *ita et*. — *palloremque*] Lugd. 1. 2. *pallorem*.

156. „*voceque aboriri*, i. e. affici, ut vox oriens intercidat. De imperfecto mulierum partu adhibuit vocem *aboriatur* Varro apud Nonium II, 24. *aboriri* Arnob. III. p. 105. *aboriantur* Gellius XII. 1.“ *Wak.* Adde Varronem L. L. IV, 10., qui locus melius cum nostro comparatur.

V. 157. integrum laudant Nonius X, 4. et Priscian. IX, 7. §. 38. (p. 863.) et priora eius verba *Caligare oculos, sonere aureis* hic etiam VIII, 17. §. 96. (p. 838. P.)

Vss. 160 et 161. idem Nonius II, 424. affert, et posteriorem quidem hoc modo: *Percussa est, exinde propellit corpus et icit*; quem, si duo priora verba excipias, etiam Priscian. X, 3. §. 17. (p. 886.) habet, ubi vulgo *exhinc* legebatur, a Krehlio vero e plurimis Mss. *exin* editum est. Non minus Lucretii Codd. in hac voce variant: fragm. Vind. *exsin*, Brit. 1. et in, Vind. Brit. 2. 3. *extim*, Bodl. Ver. Ven. *extra*.

171. *offendit*] Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 2. Cant. et Brix. *offendis*, Iunt. *offendens*. — *teli*] sic Pii Codd. Lugd. 1. 2. et Iunt.; ceteri omnes *leti*.

174. *in terra mentis*] Bodl. Brit. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. *mentes*, Pii Codd. *mitis*; „unde versiculus ita concinnatus minime displiceret: *S. et interea mitis qui g. ae.*“ *Wak.* Mihi nihil mutandum videtur.

180. *aio*] Bodl. et Brit. 2. *animo*,-(*aio* pro *aio* legentes);

unde in Pii Codd. *animum* factum, (quod in Codd. ἀρχαῖκός *animō* scriptum fuisse videtur.)

184. *si*] Haec vulgaris est omnium librorum lectio, quam cum Eichst. retinui. Wak. enim e coni. edidit *sibi*. Sensum sic capio: Nihil tam celeriter fit, quam quod mens ipsa (sola per se) facit et inchoat, i. e. quod cogitat; nulla actio tam celeriter procedit, quam mens eam cogitando perficit.

186. *quorum*] sic Wak. cum plurimis libris; Hav. et vulgares editt. *quarum*, ut comparet in Vind. fragm. Vind. Brit. 2. et Cant. (Vide, quae disputavimus ad I, 191. 241. et alibi.)

189. *Momine*] Ven. *In omine*, Ver. *In homne*, Vind. Brit. 2. 3. et Brix. *In omne*, Brit. 1. *Flamine*, super rasura; et sequenti versu iidem libri omnes *nomine*. (Vid. ad II, 1170. et III, 145.) Ceterum Paulus (ad Festum) s. v. *momen* (p. 321. Goth.) hunc versum sic affert: *Momine si parvo possent impulsamoveri*.

197. *papaveris* Wak. edidit cum plurimis libris; Brit. 2. Brix. Ver. et Ald. 2. *papaverum*, quos vulgares editt. sequuntur. In Iunt. e Marulli, ut videtur, coni. legitur *Nam papapos minima aura* etc.

199. *spicarum*] ita Wak. restituit ex omnibus fere libris. Vulgo enim *spiclorum* cum uno Lugd. 2., a quo non valde discrepant Ver. et Ven., *spiculatorum* praebentes. Sed Wak. assentior suspicanti, hoc nihil aliud esse, quam interpretamentum vocis *spicarum*, antiquitus pro *hastis* usurpatae. Wak. comparat Isidor. XVII, 3. „proprie *spica* est, quum per culmi folliculum — aristae adhuc tenues in modum *spiculi* eminent; eundemque XVIII, 8. „*Spicula* sunt sagittae vel lanceae breves, ab *spicarum* specie nuncupata;“ et iubet conferri Barth. ad Gratii Cyneg. v. 118.

200. *Nenu*] sic Lugd. 1. 2. Bodl. et fragm. Vind.; Brit. 1. *Noemi*, quod receptae lectioni haud parum favet; ceteri omnes *Nulla*. De vocabulo *nenu* autem, quod redit IV, 714., conf. Nonius II, 580. — *pro quam*] sic Cant., ex quo Wak. recepit, conferens II, 1137. (Sciopp. quoque Suspp. lectt. III, 14. *proquam* defendit.) Ald. 1. Bon. *quaeque*, Iunt. et Ald. 2. *quanto*, ut vulgo, etiam ab Hav., editur; ceteri omnes *perquam*.

201. *fruuntur*] ita Wak. cum Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 3. et cunctis editt. vett.; reliqui libri *feruntur*, ut Hav. cum vulgaribus. Eadem vocabula confunduntur infra v. 558.

202. *quaequomque* lectio est omnium librorum praeter duos, a Wak. recepta; Bodl. enim *quacunque*, et fragm. Vind. *quo quaeque*, ut vulgo editur.

204. „*est* haud legitur in Lugd. 1. 2. Brit. 2. 3. Ven. [Brix. et Ver.], et ponitur ad finem versus in Cant. Quovis pignore contenderim, sic Lucretio scriptum esse: *Nunc igitur, animi quoniam natura reperta est.*“ *Wak.*

205. *Mobilis egregie*] vid. ad I, 736.

209. *dedicat*] sic *Wak.* cum libris tantum non omnibus; Poor. *dederat*, Brit. 1. *declarat*, ex glossa. Hav. cum vulg. editt. *deliquat*, quae Lambini est correctio. (Conf. I, 368. et 423.)

211. *si possit* lectio est omnium fere librorum; Ver. et Ven. *posset*. Lamb., in duobus Codd. *se possit* inveniens, conii. *si posset*, Turnebus vero Adverss. XXIX, 34. lectionem *se possit* defendere studet.

213. *Indepta*] Lugd. 2. Cant. *Adepta*, Brit. 2. *Invecta*, perperam.

214. *ibi*] „Cant. *tibi*; elegantissime, sed errore tantummodo, forsitan felici.“ *Wak.* (Vid. ad II, 187.) — *libatum*] sic Hav. et *Wak.* cum omnibus libris, praeter utrumque Vind., si collatori fides habenda, vulgatam *limatum* tuentes, (ut supra v. 11.) quae tamen potius Lambini conii. videtur, alteram quoque addentis *delibratum*; male.

216. Restitui cum Eichst. librorum omnium lectionem *sensum*, cui *Wak.* amici sui Ioa. Iones coniecturam *ventum*, immerito laudibus elatam, substituit. (Conf. II, 890. 915. III, 526. 635. etc.)

220. Vox rarior *circumcaesura* iterum occurrit IV, 649. et assumta est ab Arnobio III. p. 107., qui multum facit ad hunc locum explicandum. Est autem ἡ περικοπή, ἡ προτομή Graecorum, i. e. summus cortex, extrema superficies, quam Cic. Tusc. I, 20. *circumscriptionem* dicit. (Conf. *Wak.* ad h. l.)

222. Bentl. conii. *Quod genus aut Bacchi*, quod nemo facile probabit. — *Bacchi flos*] sic Ennius in Alcest. (p. 288. Hess.) *flos Liberi*, ubi vid. Columna, nostri loci non immemor, et laudans praeter alios Plaut. Cas. III, 5, 16. Cist. I, 2, 8. Curc. I, 2, 1., qui loci nec Turnebum fugerunt, Adverss. XXIX, 34. de hoc versu disputantem. (Paullo alia significatione, nimirum de tenui spuma in summo vino, usurpatur apud Catonem R. R. c. 11. Colum. XII, 30. et Plin. XVI, 21.) Simili metaphora *flos* iam adfuit I, 899., ubi vid. annotatio.

237. Recte *Wak.* in contextum revocavit librorum lectionem *moveri*, quae in vulgaribus editt. (apud Hav. quoque) locum cesserat Turnebi coniecturae *cieri*.

241. *volutant* *Wak.* ex ingenio dedit pro librorum lectione *volutat*, et sic iam Candidum in Iunt. edidisse inveni. Hav. cum vulgaribus *volutent*. *Wak.* locum ita explicat:

„Sed admitti nequit, haec tria posse gignere motus sensiferos; qui consistunt in quibusdam volutandis per mentem.“

245. *est parvis et levibus*] sic Wak. locum constituit; vulgo *e parvis aut laevibus*. Illud est invenitur in Cant., et autem in omnibus libris praeter Vind. fragm. Vind. Brit. 2. Iunt. et Ald. 2., qui vulgatum aut suppeditant. Wak. denique et hanc proposuit coni. *Nec magis e parvis et laevibus est elementis.*

246. *quae*] Vind. Brit. 3. (et Lugd. 1. 2.?) *qua*. — *didit*] sic Lugd. 1. 2. (si Hav. iure tacet) et Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; sed Bodl. Brit. 2. et Brix. (?) Ver. Ven. (quas Gerard. hic etiam neglexit) *dedit*, Poor. *cedit*, Brit. 1. \*) Vind. *edit*, quae tamen omnia vulgarem refellere nequeunt.

249. Verbum *mobilitare* praeter hunc locum non nisi apud Gaecilium Prog. in Nonio IV, 300., quem Wak. laudat, invenitur.

250. *Concutitur*] sic Wak. cum omnibus libris, (nam Brit. 2. exhibere *Cumcutitur*, nullius est momenti); vulgo *Tum quatitur*, ex arbitrio editorum. — Verba *sanguis tum* in omnibus libris male transponuntur, in Ald. 1. et Bon. *tum* prorsus desideratur. — *viscera persentiscunt*] Vind. Poor. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *per sentes viscera iunt*, et similiter Brit. 1. 2. (*ruunt*) et Bodl. (*vivit pro iunt* exhibentes.). Ald. 1. et Bon. *per venas viscera vivunt*. Recepta lectio Lambini Codd., Lugd. 1. 2. (Cant.?) Iunt. et Ald. 2. auctoritate nititur.

251. *postremis*] vulgo *postremo*, quod in uno modo Brit. 1. invenitur. Meliorem lectionem, quae iam Hav. arrisit, Wak. in contextum revocavit.

255. 256. *Usque adeo vitae desit — — Diffugiunt*] sic distincte exhibent editt. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., nec valde discrepant Ver. et Ven., *desit* quidem, sed *Diffugiant* praebentes, et contra Brit. 2., *desit — Diffugiunt* suppeditans; quos libros sequutus sum. Wak. e coni. *dedit Utque adeo vitae desit — — Diffugiant*; vulgo *Usque adeo ut vitae desit — Diffugiant*, sine librorum auctoritate.

260. *Comta*] recte Wak. omnium librorum lectionem restituit, cui apud Hav. non minus quam in vulg. editt. Fabri coni. *Cópta* (i. e. *coapta*) substituta est. *Comta* enim valet

\*) De hoc Cod. nihil certi statuendum, quippe cui Wak., nescio quo importuno casu, quem tamen et alibi viro accidisse vidimus, duas prorsus diversas lectiones tribuit *edit et sensit*.



*adornata, instructa*, et legitur etiam I, 88. 949. et IV, 31. — *aventem*] fragm. Vind. *ventem*, Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *habentem*. (Vid. supra ad II, 216.)

261. *patrii sermonis agestas*] Conf. ad I, 140.

263. Ut innumeris in locis, sic hic etiam interpungendi rationem a Wak. inductam, mutavi; qui contra sensum et connexum post *primordia* comma posuit, ne quis coniungat *primordia principiorum*. At qui vel centum Lucretii versus perlegerit, sciat necesse est, *primordia* et *principia* Lucretio prorsus esse synonyma.

266. *multae vis*] Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et omnes editt. vett. *multa eius*, qui sunt iidem literarum ductus. *Vis* autem in numero plurali positum iam adfuit II, 587., de qua obsoleta forma (quae fugit v. c. Sos. Charis. p. 69. P.) praeter Priscian. VI, 12. §. 64. (p. 707. P.) et Valer. Probum p. 1476. P., conf. interpp. ad Macrob. Sat. I, 9. (p. 238. Bip.) et Sallust. fragm. (p. 963. Cort.) Ruddim. Inst. Gr. I. p. 147. not. 38. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 466.

267. *quo vis* non in unum contrahenda, sed verbà sic construenda esse: in vulgo animantum, quo vis visere, est odor etc., facile apparet. Hav. tamen cum vulg. editt. scribit *quovis* (scil. *animante*) et coniungit *visere est*, i. e. cernere licet, cui rationi quomodo nominativi *odor, calor, sapor* congruant, non video.

272. *initum*] Lugd. *initam*, Ver. Ven. *invitam*, Brix. *vitam*, Brit. 1. *nutum*, Vind. fragm. Vind. Brit. 2. et Iunt. *initium*, ut vulgo editur, per se non deterius. Sed melioribus libris obsequendum. (Conf. etiam I, 384. et II, 269.)

V. 276. seqq. plura inesse, quae suspicionem excitare possint, hunc locum a Lucretio ipso aliter profectum esse, in Diss. mea p. 59 ss. demonstrare studui.

280. De verbo *latere* cum dativo constructum conf. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 144. not. 97.

281. *animae quasi totius*] sic Wak. restituit ex omnibus libris nobis cognitis; Lambino vero, qui nonnullos Codd. *quasi* omittere perhibet, non ubique fides habenda. Vulgo editur ex eiusdem Lamb. con. *animai totius*.

286. *ab*] ita Wak. cum omnibus libris; vulgo *de*, ex arbitrio Lambini.

290. *acrius*] Lambinus ob locum simillimum Virg. Aen. XII, 102. con. *acribus* \*), quod omnes editores, Wak. etiam,

---

\*) Falso enim Gerard. lectionem *acribus* iam ex Ald. 1. enotat.

receperunt. Recte tamen Eichst. omnium librorum *acrius* revocavit; quem sequutus sum. (Nam Brix. *acrius* et Ven. *acius* variae lectiones dici vix possunt.)

292. *Quâ*, scil. aura; (per quam auram formido ciet.) Sic Wak. edidit e Bodl. Vind. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1., quibuscum consentiunt Brit. 2. 3., *Quatiet* præbentes. Hav. cum vulgaribus *Quae*. — *conciat*] hanc omnium librorum lectionem Wak, temere mutavit in *concutit*, merito ab Eichst. desertus.

293. *etiam quoque*] sic etiam V, 154. Wak. laudat Terent. Hec. IV, 1, 28. ibique Westerhov. et Apulei. Met. XI. (falso enim IX. typis exaratum est) p. 811. Oud.

296. *in ira*] Bentl. coni. *in iram*, ingeniose quidem, sed praeter necessitatem.

299. *irarum fluctus*] Wak. comparat Virg. Aen. IV, 532. et Catull. LXIV, 62. (ubi Doering. laudat Oppian. Hal. III, 505. et Drakenb. ad Silium IX, 527.) Achill. Tatium II, 29. et Curtium III, 10. §. 6.

301. *conciat*] Wak. hic quoque, ut supra v. 292., vocabulum *conciare* oppugnans, contendit, Lucretium scripsisse *concipit*. Qui meminit, quoties Lucretius verbis *ciere* et *concire* simillima significatione utatur (conf. v. c. II, 267. III, 152. 292. etc.), vix ei assentietur.

304. *minus — nunquam*] vulgo *nimis — unquam*, ut Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. Sed quam nos cum Wak. recepimus lectionem, exhibent Poor. Brit. 2. et Brix. Ver. Ven., *minus* autem et Lugd. 1. 2. Brit. 1. 3.

305. *Fumida, suffundens*] sic certe Lugd. 1. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. Sed Vind. fragm. Vind. Brit. 1. 3. et Brix. Ver. Ven. *Fumidas effundens*, Lugd. 2. et Cant. *Fumides effundens*, Bodl. *Tumidas effunaens*, Poor. *Fumidans effundens*, Brit. 2. *Fu cfundens*, rasura interposita; quas tamen varias lectt. vulgari nihil detrudere puto.

306. *gelidis* Wak. edidit cum plurimis libris; Hav. et vulg. editt. *gelidi*, ut Lugd. 1. Brit. 2. Ald. 1. et Bon.

310. *animi*] vulgo *animae*, quod, si Hav. silentio aliquid tribuendum, in Lugd. 1. 2. et Bodl. legitur, sicut vere in Ald. 2. Tutius tamen habuimus, cum Wakefieldi libris et editt. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. *animi* scribere, etsi Eichst. vulgatam servaverit. In quibusdam Pii Codd., quos hic quidem male sequitur Iunt., apparet *Naturae cuiusque animus*.

320. *firmare*] Restitui cum Eichst. vulgarem lectionem, quam praebent Bodl. Vind. fragm. Vind. et omnes editt. vett.; Wak. e ceteris libris edidit *formare*, quod bono sensu

destitutum est. Contra vide VI, 918. 941. et II, 179. 185. V, 198. similesque locos.

322. *dictis*] sic rectissime Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quas, Bentleio suasore, sequitur Wak. Reliqui libri omnes *noctis* vel *noctes*. Lamb. coni. *doctis*, quae vulgaris lectio facta, et ab Hav. servata est, qui parum probabiliter sic interpungi suadet: *depellere, doctis Ut nihil* etc. Preig. coni. *queis r. n. d. nocteis*; Wak. *quae r. n. d. nocti*, i. e. erroris nocti, quae mentes obsidet; Iones, Wak. amicus, *quae n. ratione evellere doctus*. Receptam vero lectionem satis superque defendunt I, 127. 144. 419. II, 987. III, 179. IV, 129. V, 55. etc.

V. 326. redit infra V, 555.

328. Disseruit de hoc loco, quod obiter moneo, Beckmann. in libro: Vorrath kleiner Anmerkungen etc. P. III. p. 569.

333. *fiunt consorti*] sic Havercampi Codd. et edit. Iunt. Ald. 2.; sed Pii Codd. fragm. Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *consorti fiunt*, (ut, metro claudicante, vere Lucretium scripsisse, Wak. putat); Vind. *consorti fiant*, Poor. *consorti finem*, Ald. 1. et Bon. *consortia fiunt*.

334. Ut hunc versum cum Wak. edidi, apparet in Bodl. Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. — Hav., de Lugd. 1. 2. tacens, vulgarem servat: *Nec sine vi quidquam alterius sibi posse videtur, quam cum Pii Codd. exhibent Iunt. et Ald. 2.*

335. *sentire*] Eichst. sequutus revocavi vulgarem lectionem, a Wak. ex Ald. 1. et Bon. in *constare* mutatam, quod e corrupta Ver. et Ven. lectione *stare* correctum puto.

339. *neque*] sic Wak. cum plurimis libris, e constanti fere Lucretii consuetudine. Vulgo *nec*, quod legitur in Brit. 1. 2. Iunt. Ald. 2.

341. *ea causa*] ita Lugd. 1. 2. (Poor.?) Ald. 1. et Bon., quorum lectionem Wak. amplectitur; a praebent Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven.; ab hac (ut vulgo editur) Iunt. et Ald. 2. — *ipse*] Lugd. 2. *ipsa*.

347. *Verbis etiam maternis* vulgo (etiam apud Hav.) inseritur *in*, contra omnes Codd. et vet. edit. — *reposito*] sic plurimi libri, quos post Turneb. Adverss. XXI, 2. sequuntur Hav. et Wak.; vulgo *reposta*, ut in Poor. Brit. 1. Cant. Brix. Ald. 1. et Bon.; Iunt. et Ald. 2. *reposti*.

348. *ut abest quidem ab omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2.*, recte tamen ab editoribus receptum videtur, quum ob simillimam vocis praecedentis terminationem facile omitti potuerit, ad sensum vero necessario requiratur.

355. *afferet*] Vind. et fragm. Vind. *asseret*, Brix. *affert*.

358. *eius in aevo*] Lugd. 2. a prima manu *ei*, ab altera *eo*; et pro *aevo* Vossius in Cod. quodam invenit in *quo*, quare ipse conii. *eius*, inquam, Preiger. vero *eius unquam*, transponens simul vv. 358. et 359.; Hav. edidit *eius aevo*.

V. 359. non tam ob languidam verborum *perdit et aevo* repetitionem, quam potius ob miram sententiam mire etiam expressam mihi certe admodum suspectus est, licet ab omnibus libris, praeter Cod. Vat. Lambini, exhibeatur, et a Wak. longa annotatione defendatur; (conf. Diss. mea de Lucr. p. 96 s.) qui praeterea pro *quom* conii. *dum*, sine ulla causa idonea. Quare hunc versum uncis includendum duxi.

362. *Difficile est*] sic cum omnibus libris Wak., et recte quidem. (Conf. I, 138. 488. et alii loci.) Vulgo *Desipere est*, quod Lamb. in uno Cod. se reperisse dicit. — *ducat* idem Wak. restituit loco vulgati *dicat*, quod et ipsum est Lambini commentum, omnium librorum auctoritatem negligens; ut mirer, a Knebelio etiam in versione vernacula expressum esse.

V. 363. Lamb. Faber. Creech. aliique, pro more suo, spurium censuerunt; defenderunt Hav. cum Turnebo, (qui Advv. XXX, 10. sic explicat: „Suspicio, ipsius sensus testimonio refelli eos, qui animum censent videre per oculos, ut per fores aut fenestras. Trahit enim et detrudit sensus ad aciem ipsam adspexitque et ad testimonium suum adducit, quo coniunguntur;“) et Wak., clarius sic interpretans: „Sensus, quem habent oculi, rebus externis percussi, evocat animum ad eorum acies, ita ut consociatis animi et oculi potestatibus, videndi facultas exoriatur.“

368. „Hoc Lucretii argumentum, quo conatur probare, falsum esse, animum per oculos, tanquam per fenestras, cernere, refellit et irridet Lactant. de opif. dei. c. 8.“ *Lamb.*

373. *priveis*] ingeniosa est Bentleii conii., ad Horat. art. poet. 60. proposita, in quam Preiger. quoque sua sponte incidisse videtur, recepta a Wak. et Eichst.; vulgo *primis* sine iusto sensu.

376. *Quam quibus et corpus*] sic omnes libri nobis cogniti, quibus iure Wak. obtemperavit; vulgo *Quam quibus et corpus*, praepositione postposita, quam scripturam Lamb. in nonnullis Codd. vult invenisse.

379. *prima*] „Rescribendum voluit hic etiam Bentl. *priva*: omnino mendose, neque scriptoris scopo convenienter. Nam *prima corpora nobis iniecta* valet atomos ita se iniicientes nobis et impingentes, ut motus sensiferos efficiant; animae vi scilicet ad officium suum resuscitanda.“ *W q k.*

382. Hunc et alium nostri versum (IV, 1238.) Nonius II, 34. affert, verbi rarioris *adhaesus* usum comprobaturus, quod extra Lucretii carmina non occurrit. Praeter hos locos invenitur etiam V, 840. et VI, 472.

384. *neque*] sic Wak. cum Vind. fragm. Vind. Brit. 3. Cant. et omnibus editt. vett.; ceteri libri, ut Hav. cum vulg. editt., *nec. — aranei*] Poor. Cant. et Brix. Ver. Ven. *arani*, Vind. et fragm. Vind. *araneae*. Sed recepta lectio praestat. Wak. affert Servium ad Virg. Geo. IV, 246. annotantem: „Sciendum, *maiores* animal ipsum masculino genere appellatione, hic *araneus*; retia vero, quae faciunt, feminino genere.“ et Catull. XXIII, 2., quibus adde Plin. XI, 24, et 28. Ceterum eandem literarum *ei* synizesin invenimus etiam II, 333. III, 890. 931. IV, 142. 1268. et sexcenties in voce *deinde* (v. c. I, 391. 747. 760. etc.) Vid. ad II, 693. et alibi.

386. *supera* e fragm. Vind. Ald. 1. et Bon. edidi cum Wak., qui laudat Priscian. XIV, 6. §. 52. (p. 1001. P.): „*Supera* antiqui frequenter protulerunt, et maxime Cicero in poematibus suis, ut [bis] in Arato.“ (Vid. fragmm. Arat.)

388. *Quei*] Cant. *Quia. — gravatim*] Brit. 1. *gravatu*, Brit. 2. et quidam Codd. Pii *gravati*, quod Wak. „non venustatis experts“ iudicat.

389. *repentis itum*] fragm. Vind. *repenti situm*, Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *repente situm*, literis ob vocem rarissimam *itus* (de quo vid. Lexica) male dispositis.

390. *prima*] sic Bodl. Poor. Brit. 1. 2. Brix. Ald. 1. et Bon.; ceteri libri *priva*, quae vulgaris est lectio, a Wak. non sollicitata, licet illa eidem non parum probetur. Nescio tamen, quem vulgaris commodum sensum praebeat, quum culices et alia animalia polypoda non *singulis* pedibus ingredi soleant. Quare lectio a me recepta longe elegantior videtur; *prima* enim *pedum vestigia* sunt „vestigia, non impressa vi, sed leviter solummodo in superficie posita,“ ut recte explicat Wak.

392. *ciendum*] Vind. *ciendus*, Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. et Iunt. *ciendo* (i. e. haud dubie *ciendō* sive *ciendom*), Ald. 2. *cienda*, ut igitur *ciendum* non nisi in Ald. 1. et Bon. inveniri videatur, quae tamen vera lectio habenda est. (Conf. ad I, 112. et alibi.)

V. 393. ab editoribus vulgo post sequentem ponitur contra omnes libros, praeter Iunt. et Ald. 2., hic etiam vulgatarum editt. antesignanas. Wak. meliorum librorum ordinem restituit.

395. *quantis intervallis*] sic habent Lambini Codd. Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. et alii fortasse Mss. minus accurate collati, quorum librorum consensus non spernendum esse duxi, etsi fortasse lectio a me restituta nonnullis paullo insolentior videbitur. Sed alii etiam scriptores interdum vocabulo *quantus* utuntur in exclamationibus quâsi parenthetice interpositis, ut vim sententiae adaugeant, v. c. Ovid. Trist. I, 4, 24. Edebatur hucusque *quam, intervallis tantis*, ut Lugd. 1. 2. Bodl. (si Hav. silentio fides hadenda) et Ald. 1. 2. Bon. Iunt. Lamb. coni. *quam sis* (i. e. *suis*) *intervallis*, parum probabiliter. — *tuditantia*] vid. ad II, 1143.

401. *facul* Wak. restituit e Codd. vestigiis. Vulgo editur *facile et*; copula *et* vero deest Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven., atque Lugd. 1. 2. eius loco habent *e*, quas scripturas Wak. ortas censet e compendio scripturae *facul e*; qui simul laudat Festum s. v. *facul* et Nonium II, 331., de hac obsoleta voce disserentes. — *discedit*] Poor. Brit. 2. Cant. *descendit*.

404. *circum caesis*] sic Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quas cum vulg. editt., Hav. et Eichst. sequutus sum. Sed quum Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 3. et Brix. Ver. Ven. *cretum caesis*, fragm. Vind. Cant. *cretum caecis*, et Brit. 2. *rerctum caesis* exhibeant, et *circum* statim repetatur, Wak. in contextum recepit coni. *curtum caesis*. Codd. vestigia, imprimis Brit. 2. *rerctum*, duxerunt me in coni. *erctum* (ab obsoleto *ercisco*, *erceo*), i. e. coarctatum, finibus angustis conclusum, ut sensus sit: membrum ita caesis, ut in angustum spatium coeant. Nolo tamen huic coni. aliquid tribuere.

405. *remotus* dedimus cum Wak. et Eichst. e Lugd. 1.; ceteri libri omnes *remotis*, ut vulgo; Lugd. 2. *remota*.

407. *at*] retinui cum Eichst. vulgatam scripturam, quae nititur Lugd. 1. 2. Bodl. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt., nec multum differt Ver., *ac suppeditans*. Ceteri libri *ut*, quod Wak. recepit, sed artificiosius videtur.

410. *vivata*] i. e. vivida, acris, vegeta (conf. III, 557. et 680. coll. cum Ruddim. Inst. Gr. I. p. 290. not. 20.) Ver. Ven. *iuvata*, Bodl. Brix. *innata*.

412. *Et*] sic Wak. restituit ex omnibus fere libris; Iunt. et Ald. 2. *Sed*, quae vulgaris est lectio. — *circumcidas*] sic diserte Bodl. Brit. 2. et omnes vet. editt., quos cum Hav. Eichst. aliisque sequutus sum. Non valde differunt Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 3. Cant., *circumcedas*, et fragm. Vind., *circumcedans* praebentes, unde tamen Wak. pro more suo fecit *circumcaedas*.

413. *non fiet*] Hanc omnium librorum lectionem a se restitutam Wak. sic interpretatur: „*Id enim* (corruptio pupulae) *quoque* (cum reliquo etiam oculo) *non fiet sine pernicie eorum*; amborum utique, tam pupulae, quam oculi.“ Vulgo *confiat*, ex Lambini coniectura.

V. 415. in vulgatis edit. (et apud Hav.) postponitur sequenti contra plerosque libros, praeter Lugd. 1. 2. Brix. Iunt. et Ald. 2. Nos cum Wak. plurimos libros sequuti sumus.

416. *alioqui*] Wak. ex edit. Ver. (cui, ut plerumque, consentiunt Brix. et Ver.) *alioquin*. Sed plures et meliores libri audiendi.

417. *iunctei*] sic Wak. cum Brit. 1. 3. et omnibus vett. edit.; ceteri libri *vincti*, ut Hav. cum vulg. edit., Lugd. 2. vero *vinctis*, omisso *sunt*, quare Wak. suspicatur *vinctei sibi*.

V. 421. Poor. et Brit. 1. sic exhibent: *Digna tua, Memmi, pergam disponere vita*, quod Wakefieldo minime displicet, vulgari tamen rationi non praeferendum duco.

422. *face*] ita Wak. cum Poor. Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. (Conf. ad II, 485.) Ceteri libri *fac*, ut vulgo. — *nomine* idem Wak. recepit e Lugd. 1. Brit. 3. et Cant. „ob expeditiorem constructionem: Tu rem utramque sub uno nomine complectaris.“

428. *aquai*] vulgares edit. addunt *est*, cum uno Brit. 2., quod Wak. recte delevit.

431. *moventur*] sic Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 1. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. (de quibus male Gerard. tacet) et Bon., quos libros Wak. sequutus est; vulgo *movetur*.

434. *haec*] Bentl. coni. *hinc*, i. e. ex imaginibus, qua coniectura non opus est. — *genuntur* est Lambini emendatio, a senioribus editoribus servata. Nam libri omnes *geruntur*, quod hic quidem iusto sensu destitutum, alibi vero minus bene a Lamb. correctum est.

436. *Diffluere*] prisci Pii Codd. *Diffugere*.

439. *ac*] ita Wak. cum omnibus edit. vett., praeter Iunt. et Ald. 2., iam vulgatam *et* praebentes. — *in* ante *corpora* Wak. inseruit e Lugd. 2., ipso Lucretio, ut videtur, suadente ad I, 217.

440. *ex hominis* Wak. recepit e Lugd. 1. 2.; Vind. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *ex omnibus*; ceteri, metro succurrentes, *omnibus ex* vel *e*, quae vulgaris est lectio. *Hominis* vero et *omnibus* ob compendium scripturae facillime permutari potuisse constat. (Conf. Drakenb. ad Liv. I, 32. §. 13. et interpp. ad Sueton. VIII, 8. init., quos Wak. laudat.)

442. *Quam*] Hanc lectionem, a Pio in notis commemoratam, recepi cum Iunt. Ald. 2. et aliis antiquioribus edit.,

quas Wak. quoque sequutus est, omnem locum sic explicans : „Qui credas, hanc animam, quam corpus conquassatum nequit cohibere, aëre tenuissimo posse cohiberi?“. Vulgo cum plerisque libris editur *Quum* vel *Quom*.

443. *Ac rarefactum*] Ver. Ven. *Arare factum*. Wak. proponit conii. *Atque arefactum*, quam tacere potuisset.

444. *credas*] Retinui vulgarem lectionem, quam Wak. ex uno Lugd. 2. in *credis* mutavit, Eichstaedtio quoque de veritate huius correctionis non persuadens.

445. *incohibessit*] sic omnes fere libri, nisi quod nonnulli (inprimis omnes editt. vett.) *incohibescit*; et Brit. 1. *incohibescat* praebeant; quorum auctoritati Wak. iure paruit. Vulgo enim (sicut apud Hav.) e mala Lambini conii. editur *am* (*ἀσφαλιζῶς* pro *eam*) *cohibessit*.

447. Hunc locum Arnobius respexit II. p. 47., quod annotare Wak. non praetermittit.

450 ss. Conf. Virgilii versus Geo. II, 362 ss., qui ex hoc loco fluxerunt.

454. *linguaque mensque*] sic plurimi libri, quos cum vulg. editt. sequitur Wak.; unus Lugd. 1. *linguaque mens*, et Lugd. 2. *lingua, madet mens*, quam lectionem Hav. recepit, etsi secundum Preigeri sententiam e v. 478. huc translata.

456. *quoque*] sic Iunt. et Ald. 2. ac, si Hav. accurate versatus est, Lugd. 1. 2. et Bodl.; sed Poor. Brit. 1. et Brix. habent *iam*, Ald. 1. et Bon. *sic*; in Vind. Brit. 2. 3. Ver. Ven. vox omnino deest.

457. *fumus in altis*] Bentl. conii. *fumum in apertas*, audacius et sine fructu.

459. *ut abest a Vind. Brit. 2. Cant. Ver. et Ven. — fatisci*] sic plurimi libri, cum quibus faciunt Hav. et Wak.; vulgo *fatiscit*, ut in nonnullis Pii Codd. Lugd. 2. (ad marginem) fragm. Vind. Iunt. et Ald. 2.; Ludg. 1. 2. *faetis*. Faber. male conii. *fissa fatisci*.

461. *laborem*] sic Wak. cum Poor. Ver. et Bon., quem sequutus sum, quum etiam in Ven. Ald. 1. 2. et Iunt. non aliter invenerim. Ceteri libri, ut vulgares editt., *dolorem*, quod ex interpretamento ortum videtur. (Conf. etiam Virg. Aen. VIII, 380., quem Wak. laudat.)

464. *Quin — corporis*] Brix. *Quin — corporum*, Ver. *Quando — corporum*, Ven. *Quin etiam* (nimirum bis positum) *— corporis. — errat*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *erret*; „fortassis non male, si repetantur *videamus, ut* ex praecedentibus; nisi *corporum ut* latent in lectione Veron. Interea nihil temere mutandum est.“ *Wak.*



467. *nutu*] Lugd. 2. *nutum*, Poor. Brit. 1. Ald. 1. Bon. Iunt. *vultu*, ex interpretamento.

468. *nec noscere*] sic Wak. cum Lugd. 2. Brit. 1. 3. Cant. et cunctis edit. vett.; vulgo *neque noscere*.

V. 472. affertur a Nonio III, 57. (p. 596. Goth.)

475. *cor hominum* Wak. restituit e Bodl. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; ceteri libri Mss. *cur hominis*, ut Hav. cum vulgatis edit.; Iunt. et Ald. 2. *cur hominem*.

476. *diditus*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *deditus*.

478. Codd. Brit. 1. 2. sic interpungunt: *praepediuntur Crura; vacillanti tardescit lingua* etc.; quod Wak. non illepidum, mihi tamen vulgari ratione deterius videtur. (Vid. etiam supra ad v. 454.)

481. *Quur ea sunt*] sic Wak. cum plurimis libris et edit. vulgaribus; sed Lugd. 1. 2. *Curvascunt*, et Brit. 1. *Curvascunt*, (i. e. delirant), quod Hav., Preigero suasore, recepit. Rec'e autem Wak. ait, huic lectioni obstare et grammaticorum altum silentium, et plurimorum librorum lectionem v. 475., ubi, hac scriptura recepta, necessario *cur hominis* legendum esset. — *vini*] retinui vulgatam lectionem, a Wak. ex Ald. 1. et Bon. in *viri* mutatam, quod demum e corrupta Ver. et Ven. lectione *vivi* ortum videtur.

486. *subito* lectio est Lugd. 1. 2. Bodl. Cant. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon., quam Wak. recepit; vulgo *subita*, cum *vi* constructum.

488. Hunc versum ante oculos habuit Virg. Geo. III, 516. et ibidem v. 84. et 203., quod monet Wak.

490. *in iactando*] „Vind. *invalido*. An scribendum: *involvendo?*“ Wak.; quod non puto.

491. *quia*] Servavi vulgarem lectionem, quam Wak. e Lugd. 1. 2. et Cant. in *qua* (scil. *via*) mutavit. (Conf. mox ad v. 498.)

492. *animam*] sic Wak. cum Vind. fragm. Vind. Poor. Cant. et cunctis edit. vett.; vulgo *animum*. — *spumanti ut in aequore*] cum Eichst. recepi lectionem Ald. 1. et Bon., quae optimum sensum praebere videbatur. Bodl. et Ver. *spumatis in aequore*, unde Wak. e con. fecit *spumantis in aequore*, ut vere in Ven. comparet; Vind. Brit. 1. 2. 3. et Brix. *spumans in aequore*, Poor. Cant. Iunt. et Ald. 2. *spumantes aequore*, Lugd. 1. 2. *spumans velut aequore*. Vulgo editur *spumans ut in aequore*.

493. *fervescunt* Wak. restituit ex omnibus libris; nam

Ver. et Ven. *frenescunt* varia lectio haberi non potest; vulgo tamen *fervescit*, quia versu priori *spumans* editur.

496. *Eliciuntur*] sic Hav. et Wak. cum omnibus libris. Vulgares editt. vero post Lamb. *Eiiciuntur*, ut v. 58.

497. Hunc versum explicatu difficiliorem Lamb. pro more suo spurium censet, quem sequitur Creech.; defendunt eum Gifan., Palmer. in *Face Crit.* T. IV. p. 681. et recentiores editores. Ita locum capias: *Semina vocis glomerata ore foras feruntur et eiiciuntur, quasi (non aliter ac) qua (ubi) consuerunt (vulgo egredi solent), et (ubi) sunt munita viai (labia). Nam munita viai (de qua dicendi formula ad I, 87. disputavimus) Homeri (Il. IV, 350. XIV, 83. Od. V, 22. etc.) ἐξχος ὀδόντων esse, recte viderunt interpretes. Sic igitur coniectura non opus videtur, etsi versus minus pulcher iudicari debeat. Quum autem Knebel. vertat:*

*Wo sie in Haufen gedrängt den Damm der Lippen durchbrechen,*

Censor eius Halensis (n. 239 s. anni 1823.) putat, Knebelium legisse *quassant munita viai*, quae vox *quassare* vel *quatere* propria esset de ariete (v. c. Liv. XXXVIII, 7.) ideoque hic aptissima.

498. *quia*] Hic quoque retinui vulgarem lectionem, quam Wak. (et cum eo Eichst.) e Poor. Brit. 1. 2. 3. (et Brix.) in *qua* mutavit. Ver. *qu*, Ven. *qum*, Ald. 1. et Bon. *cum*.

501. *reflexit*] sic Wak. restituit ex omnibus libris; et rectissime quidem, quum Lucretius haud raro verbis transitivis pro intransitivis uti soleat, omisso pronomine reflexivo. (Conf. ad I, 398.) Vulgares tamen editt., quas deserere nec Hav. ausus est, *se flexit*.

503. *vacillans* lectio omnium librorum, quam, Turnebo (*Adverss.* XXI, 11.) et Preigero suasoribus, Hav. restituit et Wak. defendit. Lamb. enim, temere offendens in prima vocis syllaba producta, in contextum recepit miram coni. *talipedans*. Hanc productionem vero non miram videri posse, Wak. ostendit locis I, 178. cum VI, 1000., I, 454. cum I, 714. et V, 482. cum V, 1094. comparatis; nec opus est, ut cum Hav. scribamus *vaccillans*.

506. 507. *iactentur — laborent — eadem*] sic Wak. ex omnibus libris restituit, nam *Haec* v. 505. in plurali positum de animo atque anima simul intelligendum est. At vulgares editores omnes cum Lambino *iactetur — laboret — eandem* (animam solam.)

512. *traicere*] Non tantum in margine edit. Ver., unde Hav. affert, sed in ipsa editione, sicut etiam in Brix. et Ven.,

*traicere* exaratum est, quam Wak., utpote antiquiorem, veram habet scripturam. (Vid. quae ad II, 951. dicta sunt.)

517. *defluere*] Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *diffluere*, minus bene.

521. *ut edocui* Wak. edidit e Bodl. et Ver., cum quibus conspirant Ven. et Ald. 1., nec valde dissentit Brix., *ut et docui* praebens. In Brit. 2. legitur *ut ideo*, in Brit. 1. *uti docui* (quae vulgaris lectio est) super rasura.

522. *rationis*] sic Wak. cum Codd. omnibus et plerisque editt. vett.; Ald. 1. 2. Bon. Iunt. vero *rationi*, quod vulgatae editt. receperunt et Hav. servavit. *Rationis vera res* autem per metathesin pro *res verae rationis* sumendum esse, docet Wak.

524. *refutatu*] Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Poor. Cant. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *refutatur*, quae mira optimorum librorum conspiratio tamen vulgatae nihil detrudere videtur. Verbum *refutare* autem Lucretio satis usitatum. (Conf. II, 245. 867. III, 351. V, 726.)

528. *post inde*] „Prior vox ad successionem temporis referri debet; posterior ad progressionem serpentis mali.“ *Wak.* (Compares supra v. 293. *etiam quoque* et similia.)

529. *tractim*, quod redit VI, 118., idem Wak. recte sic explicat „sese trahendo per omnes, quae interponuntur partes; ut anguis, qui pedetentim serpit, neque per saltus solet progredi; atque ideo, sensu secundo, tarde gradatimque.“

530. *atque*] sic plurimi libri, quos sequitur Wak.; Brit. 3. Iunt. et Ald. 2. *atqui*, quod vulgo editur. — *animo* Wak. restituit ex libris fere omnibus; unus ille Brit. 3. *animae*, ut vulgo; Ald. 2. *animi*. Post *animo* vero Wak. inseruit *haec*, quod, quum in optimis libris Lugd. 1. 2. Bodl. fragm. Vind. et Brit. 3. desit, cum vulg. editt. et Eichst. rursus omisi.

538. *dispergitur*] Wak. cum Lugd. 1. Brit. 1. 2. *dispargitur*, ut solet. (Vid. infra ad v. 588.)

541. *Lumina linquunt*] Wak. comparat. Hom. Od. XI, 93. *λίπὼν φάος ἤελλοιο*; nec minus Ennium afferre potuisset p. 53. Hessel. *Postquam lumina seis oculis bonus Aucu' reliquit*, cum Columnae annot. Conf. etiam noster V, 987.

544. Ut hunc versum cum Wak. edendum curavimus, sic legitur in omnibus Codd. et apud Nonium II, 75. Vulgares tamen editores, Hav. non excepto, ex arbitrio hunc effinxerunt versum: *An contractis in se partibus obbrutescat*. Omnis varietas in Codd. haec est: Bodl. *ebrutescat*, fragm. Vind. *obputresca*, Pii Codd. quidam *obputrescat*.

545. *magis ac magis* et v. 546. *minus et minus*] Wak. laudat laegerum ad Mamertin. in geneth. Maxim. §. 10. largam copiam similium exemplorum praebentem.

551. *ab*] sic Wak. cum Brit. 2. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon.; vulgo *a*. — *nequeunt* Wak. restituit ex omnibus libris, praeter Brit. 2. 3., vulgatam *nequeant* exhibentes.

552. Sic hunc versum ab Is. Vossio ingeniose restitutum ediderunt Hav. et Wak. In libris enim fere omnibus ita se habet: *Sed tamen in parvo linguuntur* (Lugd. 1. 2. Bodl. Brix. Ven. *linguntur*) *tempore tali*. Lamb. Gassend. et Creech. versum omnino spurium declarant. Wak. hanc proposuit coniectura: — — *nequeunt sentire, neque esse, (Si tamen in parvo linguuntur) tempore tali*; cuius parentheses hic sensus sit: „si modo sint vel minimo spatio divisi.“ Sed Vossii ratio longe praestare videtur.

555. *connexius*] ita Wak. post Gifan. et Paraeum intellexit Bodleiani *connectimus*, atque Ver. et Ven. *connectivus* (sic enim, non *connectivus*, exaratum est), nec aliud quid sibi velle videtur Brix. *coniectivus*, ut vulgari ceterorum librorum lectio *coniunctivus* pro interpretamento sit habenda. — *ei*] sic disertè Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon., nec opus est vulgari scriptura *eii*, quam sane tuentur Iunt. et Ald. 2.

556. *connexu corpus*] sic Hav. et Wak. cum omnibus Codd. et vet. editt.; Lamb. tamen, Creech. et aliae vulgares editt. *connexus corpori*, contra libros.

557. *vivata potestas*, unum Pii exemplar, Brit. 2. et Brix. *innata*. Vide supra v. 410., ubi eadem varietas.

558. *fruuntur*] Bodl. Vind. Brit. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. *feruntur*, ut supra v. 201.

561. *Cassus* secundum Priscian. IX, 9. §. 48. (p. 869. P.) a careo deducendum est, et redit apud nostrum III, 994. 1062. IV, 127. 369. V, 718. 756. (Conf. etiam, quae ad II, 1166. annotavimus, et Nonius I, 217. cum Lexicis.)

562. *avulsus*] Brit. 2. Ven. Ald. 1. Bon. Iunt. *avulsis*. — *radicibus*] sic Wak. restituit ex omnibus libris; Hav. cum vulgari *radicitus*. Wak. comparat Virgilianam imitationem Aen. V, 449., ubi Codd. eodem modo variant.

563. *seorsum corpore*] Vide infra v. 631., ubi *seorsum* pariter cum sexto casu construitur et conf. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 333. 5., uberius disserens de eiusmodi adverbii praepositionum loco usurpatis.

-565. *mixtim*] Brit. 1. 2. *mixtum*, Lugd. 1. 2. *mixti*, „quam lectionem ob Lucretii consuetudinem, [vid. ad I, 191. 241. 867. II, 909. etc.] amplexus esset Wak., nisi longe facilius *mixti* ex *mixtim* vitiose fieri potuisset, quam vicissim.“ Hav. et vulg. editt. cum Ald. 1. 2. Bon. Iunt. scribunt *mistim*.

568. *moventur motus ad Graecorum exemplum.* Lamb. comparat Aristot. de anima I. [c. 3. p. 382. Cas.] τὴν κίνησιν τὸ σῶμα κινεῖται, Faber. Horatium Od. III, 6, 21., Wak. eundem Epist. II, -2, 25. (Similem constructionem habuimus ad II, 734., ubi vide quae annotavimus.)

570. *movere*] ita Wak. cum omnibus libris ad constantem fere Lucretii consuetudinem. (Conf. ad I, 398. 787. 1090. III, 501. etc.) Hav. tamen cum vulgaribus *moveri*.

572. *animam serit* a Wak. in contextum revocatum est ex omnibus fere libris, a quibus differunt tantum Bodl., *animam serat*, Ald. 1. et Bon., *animam serat*, Iunt., *animis serit*, Ald. 2., *animis erit* exhibentes. Lamb. coni. *animans erit*, quae coniectura, sane facillima, sed usui loquendi adversa, quum Lucretius nusquam *animantem* dicat pro *anima*, in sequentes editt. omnes recepta est. Wak. vero ipsam Codd. lectionem defendit, sic interpretatus: „Aër est, qui serit (σπείρει, i. e. gignit) corpus et animam (i. e. animantem ex utroque compositum), si in aëre se continere possit, atque ab aëre cohiberi;“ qua explicatione sane omnis coniectura superflua reddi videtur.

574. *nervis*] Ald. 1. et Bon. *venis*, minus bene.

580. *in*] sic Wak. cum omnibus Codd. suis et cunctis editt. vett.; nec differt Bodl., *vi* exhibens; vulgo *id*.

581. *ex imo*] sic Bodl. Brit. 3. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; ceteri *ea imo*, praeter Brit. 2., *ea uno*, Poor., *ex uno*, fragm. Vind., *eamimo* praebentes.

583. *putre*] Ven. Ald. 1. et Bon. *pute*, quod Gifanio aliisque, qui inde verbum *putéo* et similia deducunt, non malum, mihi vero e corrupta Ver. scriptura *putte* ortum videtur.

585. Restitui cum Eichst. omnium fere librorum lectionem *manant animaeque*, quam vulgares editt. cum Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. mutant in *animae manantque*, offendentes nimirum in verborum collocatione minus usitata, cuius tamen mira interdum exempla in his carminibus inveniuntur. (Conf. v. c. ad II, 84 ss. et alios locos.) Constructio semper eadem manet: Quare non opus est Wak. coniectura *anima emanante*.

588. *Dispertitam*] Wak. cum Poor. Brit. 1. Cant. *Dispartitam*. (Vid. ad II, 437. III, 412. 538. etc. et conf. Praefat.)

590. *enaret*] Brix. *enatet*, Brit. 2. Ver. Ven. *enatat*.

592. *e causa*] Cant. *est causa*, quare Wak. suspicatur *ex causa*, sine causa.

593. Versum in Codd. aperte corruptum Wak. duplici remedio adhibito sanare studuit, quorum nos cum Eichst. alterum praetulimus, quod tantum in commentario lectoribus suadet; in contextu enim edidit: *ac toto membratim corpore*

*solvi*, nimium a Codd. vestigiis recedens. Libri enim nobis cogniti (nam Wak. de suis non accurate retulit) praebent *ac toto solvi de corpore omnia membra*, nisi quod Bodl. Vind. et Brit. 1. 2. et pro *ac* exhibent, et in Brix. *omnia* deest; in Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. omnis versus desideratur. Vulgo editur et *toto solvi de corpore membra*.

Vss. 594. et 595. desunt Vind. Brit. 1. 2. 3. et Brix. Ver. Ven., „Wakefieldo propensissime plaudente,“ qui his versibus eiectis et antecedente sic scripto: *Ire anima, ac toto solvi omnia corpore membra* locum optime procedere contendit. Quum tamen meliores et antiquiores Codd. hos versus tueantur, in reliquis tantum ob *ὁμοιοτέλευτον* omissi videntur.

596. *animo male factum*] ita veteres dixerunt, ubi deficiebat et linquebatur animus. Conf. Plaut. Mil. glor. IV, 8, 21., quem Lamb. laudat, et eiusdem Amph. V, 1, 6.

598. *vitae*] sic Hav. et Wak. cum melioribus libris; vulgo cum Vind. fragm. Vind. Brit. 1. 2. 3. et Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *vires*, sine iusto sensu.

600. *collabescunt*] Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. *conlabescunt*. Verbum *collabesceri* autem praeter hunc locum non nisi apud Caes. de B. C. II, 6., quem Wak. laudat, inveniri videtur.

604. *omnem*] Brix. Ald. 1. et Bon. *omne*. Sed vide ad II, 562.

608. *succedere*] Bodl. Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. et cunctae edit. vett. *accedere*, minus eleganter. Wak., qui *succedere* explicat per subire, ingredi, surgere ad aliquid, comparat Virg. Aen. XII, 234.

609. *locatam*] Vind. Brit. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *locatum*, quasi v. 607. *animum* positum fuisset, non *animam*.

Vss. 611 — 614. a verbis *Quod si* usque ad *gauderet* Lactantius affert Inst. VII, 12. (Vol. II. p. 126. Bip.) V. 611. *si* deest in Vind. Brit. 1. 2. 3., et pro *immortalis* Ver. et Ven. habent *mortalis*. „Similiter erratum erat in I, 756. [ubi Bodl. *immortali*, et infra v. 624., ubi contra Brit. 1. 2. *mortalis* exhibent]; aliter non male tentavisse *ni mortalis*.“ Wak.

612. *tam*] sic Bodl. Brit. 1. 2. 3., omnes edit. vett. et Lactantius l. c., quos iure sequitur Wak.; Lugd. 2. *tamen*. Hav. cum vulgatis edit. *iam*.

V. 614. non temere Wak. spurium censere videtur, quum absit ab omnibus Codd. et primum in Ald. 1. appareat, quam sequuntur Bon. Ald. 2. et Iunt. In Lactantio enim, ubi prima vox eius legitur, haec facile aut e Codd. nostri iam corruptis adscribi, aut eadem de causa, qua in Lucretii mem-

branis, interpolari potuit, nimirum quia librarii, non intelligentes, e verbo *conquererentur* ad verum sequentem vocabulum contrariae significationis cogitatione supplendum esse, sententiam mancam et imperfectam iudicarunt. Quibus consideratis verum uncis includendum duxi.

616. *unis*] Brit. 1. 2. et Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *imis*, fortasse quia librarii offenderunt in plurali illius vocis, de quo dictum ad II, 668. Ceterum et literarum ductus prorsus iidem sunt.

617. *et certis*] Wak. *ac certis* ex uno Cant.

620. *pro vulgaris* est, quam aperte exhibent Iunt. et Ald. 2. atque, si Hav. et Wak. vere et consulto tacuerunt, Lugd. 2. Vind. Brit. 1. 3. Cant.; nonnulli Lamb. Codd. Lugd. 1. Bodl. Poor. et Brix. Ver. Ven. *per*, unus Lambini et Brit. 2. *per*, unus eiusdem et Ald. 1. Bon. *de*, alii denique Lamb. libri de suppeditant. Lamb. Gassend. et Faber omnem verbum additionem censent, quem Wak. recte defendit, verba *pro totis artibus* sic explicans: „ad integram structuram et totam artuum magnitudinem; ita ut series partium — — in singulis membris — — undequaque conservetur.“

622. Praepositionem *in*, quam editores in fine versus contra omnes libros adiecerunt, primus Wak. recte omisit.

623. *est* desideratur in Lugd. 1. Bodl. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. — *gignier*] Brit. 2. *ginier*, Brit 1. *gignitur*, quod Wak. varietatis gratia praefendum videtur; me non assentiente.

V. 624. infra redit v. 670., vocula *est* in fine omissa.

626. *auctam*] Lugd. 1. 2. *auctum*. (Vide ad v. 609.)

628. Nescio, quid impulerit Wak., ut de vulgari lectione *vagare* dubitaret, quam duo Codd. Lambini et, si collatoribus fides habenda, Lugd. 2. Bodl. et fragm. Vind. habent; Lugd. 1. Ald. 1. et Bon. *vacare*, Iunt. et Ald. 2. *vocari*, ceteri omnes *vocare*, quod Wak. verum habet, miro modo explicatum: „Neque aliter possumus nobismet proponere nominare animas defunctas, i. e. de illis loqui.“ Imo rarior usus verbi activi *vagare* (de quo conf. Nonius VII, 2. Priscian. VIII, 6. §. 30. (p. 799. P.) et Ruddim. Inst. Gr. I. p. 277. not. 64.) ansam mutationum dedisse videtur.

632. *neque aures*] sic Wak. cum omnibus libris; vulgo *nec aures*.

633. Sic legitur hic versus in omnibus Codd. et vett. edit., e quibus Wak. eum restituit. Vulgo enim hic editur versus e Lambini officina *Absque anima p. s. p. s. nec esse*, qui vir doctus simul putat, post hunc versum plures alios ex-

cidisse iis similes, quos ipse in commentario subiecto effinxit; sed sine causa idonea.

640. *parteis — ullas*] Brix. *partis — ullam*, Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. *partem — ullam. — discedit*] Brit. 2. *descendit.* (Vid. supra III, 17. et conf. annot. ad I, 681.)

643. *calenteis*] sic omnes Codd. et Iunt. cum Ald. 2.; Ver. Ven. *cadentis*, Ald. 1. Bon. *cadenteis*. Bentl. suadet *calentis* legi secundo casu, cui coni. recte Wak. adversatur, dicens, hoc modo-frigida et supervacanea reddi sequentia (v. 645 — 649.), quae eandem sententiam respiciant; at curruum velocitati significandae hoc epitheton multum et eleganter inservire, ut v. c. in notissimo Horatii loco Od. I, 1, 4. *fervidis evitata rotis.*

645. *abscisum*] ita Wak. cum Lugd. 1. 2. Brit. 3. Cant. et Brix.; reliqui *abscissum*, ut vulgo.

647. *simul in*] Ver. Ven. *similis in*, Ald. 1. Bon. *similis* (omisso *in.*) — *pugnae studio*] Brit. 2. *studio pugnae*, quod Wak. probat, nescio qua de causa, simul coniecturam profrens in *studiom.* — *quod*] Brit. 1. *qui*, Ald. 1. Bon. *qui*, quare Wak. e coni. edidit *quia.*

648. *pugnam*] Brit. 2. *pugnas*. Wak. coni. *pugnat*, quum *pugnae* statim praecedat. Sed non adeo delicatus est Lucretius. — *petessit*] sic recte vocem scribit Wak. cum optimis Codd. et Festo, in cuius loco pro *petissere*, quod verbis *laccessere* et *incessere* comparatur, *petessere* legendum videtur; vulgo *petissit*. Vind. Brit. 1. 3. Iunt. et Ald. 2. *petescit*, Brix. Ald. 1. Bon. *petescat*, Brit. 2. *patescit*, Ver. *petestat*, Ven. *potestas.*

649. Bentl. ante *laevam* pronomen *hic* insertum vult, quod vel in pedestri sermone, nedum in poëtis, non necessarium esse Wak. docet.

650. De forma *abstraxe* pro *abstraxisse* conf. quae ad I, 71. II, 314. III, 69. et alibi annotavimus.

653. *propter*] Pii Codd. quidam et Iunt. *propere*, Ald. 1. et Bon. *prope iam*; in Ven. vox plane desideratur.

V. 654 ss. Lucretius Ennii locum p. 138. Hess. ante oculos habuisse videtur. Ceterum hic etiam scriptura *abscisum* nititur iisdem Codd., quibus v. 645.

657. Versum exhibui e Wak. recensione, qui omnes fere libros fide dignos sequutus est. Pauci modo sic differunt: *Quin*] Brit. 2. *Cum.* — *si*] idem Brit. 2. *sit.* — *minanti*] Brit. 1. *minaci*, Iunt. et Ald. 2. *minacem*; vulgo editur *minantis.*

658. *cauda*] Vind. fragm. Vind. Ald. 1. et Bon. *caudam*, Lugd. 1. 2. *caudae*, Brit. 2. *causa*; in Iunt. et Ald. 2. legitur



*serpentem et caudae*, vulgo *serpentis caudam* (omisso *et*, ut in Ald. 1. et Bon.). — *utrumque*] Lugd. 2. Vind. fragm. Vind. Iunt. et Ald. 2. *utrimque*.

659. *multas*] Vind. Brit. 1. 2. 3. Brix. et Ver. *multis*. — *discidere*] sic Wak. scripsit cum Lugd. 1. Brit. 1. 3.; vulgo, cum fragm. Vind. Poor. et vett. editt. praeter Brix., *discindere*; Lugd. 2. Vind. Brit. 2. Cant. et Brix. *discedere*.

660. *amcisa*] Poor. Brit. 1. Brix. Ald. 1. et Bon. *incisa*, Ver. et Ven. *aversa*.

665. *At*] Poor. Brit. 1. 2. Cant. *Et*, minus bene.

669. Hic etiam (ut v. 659.) Wak. cum Lugd. 1. 2. Brit. 3. et Cant., quibuscum facit Brix., *disciditur* scripsit; ceteri libri *discinditur*, ut vulgo; Brit. 2. *disceditur*.

670. *immortalis*] Poor. Brit. 1. 2. *mortalis*. Redi ad v. 611.

671. *in corpus nascentibus insinuat*] Vide quae ad I, 116. dicta sunt. Wak. comparat Gellium III, 7., ubi legimus *in locum insinuant*.

672. Post hunc versum in Vind. fragm. Vind. Brit. 1. 2. 3. et cunctis editt. vett. male ponitur v. 678., qui tamen suo loco redit.

675. *Omnis*] Retinui cum Eichst. vulgarem lectionem; Wak. enim e Bodl. Vind. fragm. Vind. Brit. 1. Cant. et vett. editt. praeter Iunt. et Ald. 2. edidit *Omnium*. — *retinentia* (i. e. recordatio, memoria rerum praeteritarum, quam infra v. 863. *repetentiam* dicit) ἀπαξ λεγόμενον est, apud alios scriptores non occurrens.

V. 676. *longiter*] sic Brit. 1. 2. 3. Nonius XI, 49. et Sosp. Charis. II. p. 183. P., qui uterque grammaticus hunc versum laudat, ita tamen, ut Nonius falso Lucilio eum adscribat sic corruptum: — — *a lecto iam longiter rati*. Ceteri libri *longius* praebent.

680. *est animi*] Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *animi est*. — *vivata*] Brit. 2. *innata*. (Vide ad v. 557.)

681. Alterum *quom* deest Brit. 1. 2., quare Wak. putat, fortasse legendum esse *et vitae limen*. — *limen*] Poor. Ven. Ald. 1. et Bon. *lumen*, Ver. *lumine*, solita confusione. De formula *limen vitae* disseruit Burmann. ad Anthol. Lat. IV, 324., quem laudat Wak.

683. *cresse*] Wak. affert Drakenb. ad Liv. VI, 18. §. 10. de hac forma contracta disserentem. (Conf. etiam supra ad v. 650. et alibi.)

V. 685. Lamb. Gassend. et Creech. (qui tamen non claris verbis eum damnat) spurium censent, nescio qua de causa.

686. *neque*] sic Wak. cum Poor. Brit. 2. 3. Cant. et omnibus editt. vett.; Hav. cum vulgaribus *nec*.

691. *connexa est*] Ald. 1. et Bon. *connexae* (scil. animae corporibus), sed aperte e correctione.

692. De constructione verbi *participare* cum sexto casu conf. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 217. not. 21., qui laudat Plaut. Mil. glor. I, 1, 51. et Apul. Met. IX. p. 301.

694. *subitis*] sic omnes fere Codd. et cunctae editt. vett., quod Wak. iure revocavit; Bodl. *subitus*, quod Hav. in contextum recepit, Brit. 2. *subinis*. Editores, non intelligentes, *subitis* hic participium, sensum vero esse: „frugibus lapidosis dentes subeuntibus;“ ut Wak. recte interpretatus est, hunc versum variis coniecturis sollicitarunt. Quidam vir doctus apud Lamb. suavit *subito de frugibus*, alius anonymus apud eundem *sub dente e frugibus*, quae vulgaris lectio facta, Faber. *subitis offractibus*, Vossius *subitis affrictibus*, Creech. denique putat optime legi: *expressus subito de frugibus*. Sed loco recte explicato coniecturis non opus est.

696. *salvas*] Brix. *silvas*, Ven. *solvos*, Ven. *solos*, Ald. 1. et Bon. *solas*, quare Wak. coni. *totas*, parum probabiliter.

700. *quoique*] sic Vossius e Codd. vestigiis eruit, quem recte sequuntur Hav. et Wak.; vulgo *quaeque*, ut fragm. Vind. Brit. 2. 3. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt.; in Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. *quique*, in Poor. et Cant. *quippe* legitur. Faber. coni. *nempe*.

702. *Dispertita*] sic ex omnibus libris sola Iunt.; ceteri libri omnes, ut vulgares editt., *Dispertitur*, nec metro, nec constructione permittente. *Dispertita* autem Preiger. invenit margini edit. Veron. adscriptum, quare Hav. et Wak. receperunt. — *ergo*] sic iidem cum Lugd. 1. 2. Brit. 2. 3. Ver. Ven. et Iunt.; ceteri *enim*, ut vulgo. Wak. coni. *Dispartita et enim*. Preiger. vero *ergo* defendit pluribus locis, ubi „poëta elegantissimus, imprimis quoties maxime triumphet, id genus vuculas ingeminare soleat,“ ut IV, 1169 s. (*nempe*) ibid. 1117 s. III, 840 s. et 1049 s. (*adde*) etc.

703. *diditur* cum Lugd. 1. 2. (Brit. 1. Cant.?) Ald. 1. 2. Bon. Iunt. et vulgatis editt. servavimus ob locos parallelos II, 1136. III, 707. IV, 623. 956. VI, 947. et similes. Wak. e Bodl. Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. (et Brit. 2., qui *dicitur* praebet,) edidit *ducitur*.

705. Lugd. 2. Bodl. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. post *quamvis* inserunt *est*, omittentes contra (praeter Lugd. 2.) *in ad finem versus*.

710. *peritât*, i. e. peritarat (conf. ad I, 71.) exhibent

omnes editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. et plurimi Codd.; \*) Lugd. 1. 2. tamen et Iunt. cum Ald. 2. *perit*, ex interpretamento, ut videtur.

719. *cadavera*] Ver. *cadera*, Ven. *cadere*, Poor. Cant. Ald. 1. et Bon. *cadavere*; quod Wak., coniunctum cum omnium vett. editt. scriptura *vermes*, et sic distinctum: *Unde cadavere, rancenti iam viscere, vermes exspirant*, (nimirum ut *exspirant* intransitive capiatur,) longe doctius et venustius iudicat. Bentl. conii. *Unde cadaveri' r. i. v. vermes Effervent*, quod nemo facile probabit.

720. *animantium*] Brit. 2. *animatum*. Gassendus conii. *animarum*, sed praeter necessitatem.

V. 721. affert Nonius II, 267., *timidos* exhibens pro *tumidos*. De voce *exos*, quod praeter nominativum (ut hic et apud Arnob. IV. p. 131.) et accusativum (ut apud Plaut. Menaech. V, 11, 106. et Apulei. Met. I. p. 21. Ond.) non occurrere videtur, conf. praeter Wak. ad h. l. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 136. not. 5.

Vss. 722. et 723. cum prima voce sequentis idem Nonius laudat II, 694. *priva si in*] Retinui cum Eichst. vulgarem lectionem, quam diserte exhibent Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 3.; paullum modo discedunt Brix. Ald. 1. Bon., *privas si*, et Ver. Ven., *privasse si* exhibentes; Poor. *privos in*, Brit. 2. *prima in*, Cant. Iunt. Ald. 2. et Nonius *privas in. — corpora*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. Cant. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *corpore*; quare Wak. e conii. edidit *privo si corpore*.

726. *discrimen*] Vind. fragm. Vind. Poor. et Brit. 1. *discrimine*, quod, licet Wak. non deterius censeat, mihi nil nisi corruptio videtur.

728. *sint* cum plurimis libris retinui, Eichst. sequutus; Wak. e Lugd. 1. 2. et Poor. *sunt* recepit.

731. *sunt* hic quidem cum libris fere omnibus et Wak. servavi; vulgo *sint*, ut in Bodl. Vind. fragm. Vind. et Iunt.

732. Verba *morbis alguque fameque* Nonius II, 28. laudat inter alia exempla vocis *algu* ad quartam declinationem formatae, quare apertum est vitium, si *algoque* ibi legitur, ut in omnibus Lucretii Codd. et vett. editt. Ceterum de forma *algu* conf. Sosip. Charisius I. p. 23. et Priscian. VI, 9. §. 46. (p. 699. P.), ad quos iam Lamb. provocat.

\*) In nota a Wak. adiecta non potest discerni, quinam Codd. *peritat*, et qui *perurit* praebeant; hoc fortasse unus modo Brit. 2.

733. *et fine*] sic Wak. cum omnibus libris; Hav. et vulgares editt. ex Lamb. mutatione *ad fine*; quod idoneo sensu destitutum est. *Finis* autem hic pro *morte* positum, ut apud Tac. Ann. IV, 19. XV, 63. Hist. I, 37. Vellei. Paterc. II, 123. §. 3. (ubi vid. Ruhnken.) Sen. Herc. Oet. 1479. (Juven. X, 163.) Quintil. Declam. IV, 10. Hor. Epist. II, 1, 12. etc., quorum plurimos iam Wak. laudavit.

734. *cuncta* Wak. recepit e Brit. 2.; vulgo *multa*, quod minus dicit, quam locus desiderat. — *contagi*] sic Lamb. e con. scripsit pro omnium fere librorum *contage*, quod in Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. in *contagia* mutatum est. De hac vero ablativi terminatione in *i* dictum est ad I, 977. *Fungi* autem pro *patis* positum, ut I, 444. III, 169. 814. et saepius; cuius constructionem cum accusativo quod attinet, conf. Nonius IX, 4. 5. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 195. not. 56., et quae nos de verbis *potiri* et *vesci* diximus ad II, 653. et 1127.

736. *Quod* coniectura est anonymi, a Fabro nobiscum communicata, et recte, ut videtur, ab Hav. et Wak. recepta; libri omnes *cum*, (i. e. *quom*, quod facile e *quod* oriri potuit.) — *at qua*] Lugd. 1. 2. Brit. et Brix. Ver. Ven. *atque*, Poor. Brit. 2. Cant. *at qui*, quod ferri posset.

738. *est qui cum*] sic Wak. cum plurimis libris, nisi quod Lugd. 1. 2. Vind. Cant. et Brix. (?) Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. inserunt *ut post est*; Lamb. pro *cum* in tribus Codd. invenit *eam*, et in duobus *est* desideravit; Bodl. omittit *qui*, et Brit. 2. habet *quid*; Pii Codd. Iunt. et Ald. 2. *quasi cur*; vulgo editur *ut iam*.

742. *volpeis dolus* omnium librorum est lectio, a Wak. restituta; vulgo ex audaci Lamb. con. *dolus volpibus*. — *cervois*] sic Ven. Ald. 1. et Bon.; ceteri libri omnes *cervos*. Quare Wak. hunc versum sic vult constitutum: *S. s., volpeis dolus, et fuga cervos?* simul in sequenti *vapor* coniiciens pro *pavor*; sine causa idonea.

745. *generascunt ingenioque*] sic ex omnibus libris Wak. locum restituit; unus Brit. 2. *grandescunt*, quod Wakefieldo, impense placet. “Vulgo editur e Lambini arbitrio: *ingenerascunt inque genuntur*.”

Vss. 746. et 747. infra v. 764. et 765. ad verbum iterantur; et in utroque loco vulgo pro *quoque* editur *toto*, quod Wak. iure reiecit, utpote a nullo libro fide digno comprobatum.

750. Wak. suspicatur, Lucretium fortasse scripsisse *de semine saeva*. De canibus Hyrcanis laudat Plin. H. N. VIII, 61. Gratii Cyneg. 161. et Cic. Tusc. I, 46.

757. *atque ordine*] Wak. coniecit *aque ordine*.

760. *Sin*] Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. *Sic*, sed perperam. — *corpora*] Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 2. 3. et Brix. *corpore*, non minus mendose.

761. *quaeram*] „Poor. Cant. Bon. [quibus adde Ald. 1. 2. Iunt.] *quaeres*, non male. “*Wak.* Vulgaris tamen praestat. (Vide I, 980. et IV, 475.)

V. 763. in omnibus libris, praeter Ald. 1. 2. Bon. et Iunt., sequenti postponitur, et v. 765. comparet tantum in Lugd. 2. Cant. et edit. modo dictis. Quare Bentl. omnes tres versus spurios habet, Wak. vero certe v. 765. reiiciendum et omnem locum sic constituendum censet: —

Stulta queat fieri, nec prudens sit puer ullus;

Si non *cuncta* (sic enim Brit. 2.) suo quia semine seminioque:

Nec tam doctus equae pullus, quam fortis equi vis.

V. 766. affertur a Diomede I. p. 334. P. et Nonio II, 863., qui *mentes* exhibet pro *mentem*.

767. *Confugient*] Retinui cum Wak. vulgarem lectionem, quam editt. Brix. Ver. Ven. Ald. 2. et, si Hav. et Wak. silentio suo non fallunt, Lugd. 1. Bodl. Brit. 1. et Cant. tuentur; Brit. 2. *Confugiet*, Lugd. 2. et Brit. 3. *Confugiant*, quod Hav. recepit, Turnebo Adverss. XXX, 10. suasore.; Ald. 1. Bon. Iunt. *Confingent*, (quod etiam Poor. *confingerent* sibi velle videtur) per correctionem, puto, vulgatae lectionis, elliptica ratione librariorum offendentis. *Confugient* nimirum eo, ut dicant, confugient ad hanc sententiam. Similia ellipseos exempla commemoravimus ad I, 488.

773. *senectis*] Bodl. et omnes editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. *senectus*, mendose.

775. „*An*] sic Pius [qui sequitur modo Ald. 1.], quod longe animosius est, et in adversarios superbius triumphantis. Vulgo *Et*. “*Wak.*

776. *immortali*] sic solae Iunt. et Ald. 2.; ceteri libri omnes *mortali*, mendose. Eisdem voces confusas vidimus v. 611. 670. et saepius.

779. *Expectare* Wak. edidit e Lugd. 2. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven.; Hav. cum vulgaribus editt. *Et spectare*.

787. *nec*] Wak. *neque*, ut Lugd. 1. 2. Brit. 3. et Cant. Sed non puto, ubique Lucretium *nec* et *neque* tam anxie sibi opposuisse.

791. *Quod* plurimi libri praebent, quos cum Wak. sequutus sum. Vulgo *Hoc*, ut in Vind. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt.

794. *Quamde* felicissima est Bentleyi coniectura, a Wak. recepta (vid. I, 641.); libri enim omnes *Tandem*, ut vulgo. —

*manere* lectio est omnium librorum, a Wak. restituta, quam vulg. editt. (et Hav.) mutant in *maneret*.

795. Vulgo ante *nostro* inseritur *in*, quod, quum in uno tantum Cod. Vind. inveniatur, Wak. recte omisit.

797. Verba *tanto magis inficiandum* cum integro versu sequenti Priscianus laudat X, 7. §. 38. (p. 898. P.), exemplum allaturus verbi vetustissimi *genere* pro *gignere*. (Conf. III, 434.) — *geni*] Brit. 2. *gigni*, e glossa.

801. *mortalem*, i. e. hominem. Sic autem Wak. edidit cum Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et omnibus editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. (licet Gerard. taceat.) Hav. cum vulgari-  
*bus mortale*, quod e v. 805. huc translatum videtur.

806. *saevas*] sic soli Pii Codd. Brit. 1. Iunt. et Ald. 2., et tamen haec unice vera est lectio; ceteri libri omnes *salvas*. (Conf. VI, 458., ubi *saeva tempestas* commemoratur.)

Vss. 807—829. infra V, 352—374. hac vel illa vocula mutati repetuntur.

809. *arctas*] Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 2. 3. Cant. et omnes editt. vett. praeter Ald. 2. *artus*, quod ex antiquiori scribendi ratione *artas* ortum videtur.

810. *parteis*] Vind. Poor. Cant. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *partus*. — *ut*] Bodl. Brit. 1. 3. Cant., eadem editt. et Iunt. *et*, Ald. 2. *aut*; in Poor. vox prorsus desideratur. — *materiai*] Ald. 1. Bon. *materiei*, Cant. *materiae*, Pii Codd. et Iunt. *materiae ceu*; quare Wak. coni. *ea materiae ceu*. Sed locus parallelus V, 355. aliquid mutari vetat.

814. *fungitur*] Vind. Brit. 2. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *figitur*, Bodl. *fingitur*, Poor. Iunt. et Ald. 2. *frangitur*. Sed vide supra ad v. 734. Sensus est: „nihil patitur ab ictu, ictui non est obnoxius.“ (Sic Eichst. in indice.)

815. *ideo*] Retinui vulgarem lectionem, quam tuentur Bodl. Brit. 1. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., et comprobant quodammodo Vind. Poor. Brit. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. scriptura sua *igitur*. Wak. (et Eichst.) e Lugd. 1. 2. recepit *etiam*, quod non minus, quam illud *igitur*, correctio videtur delicatorem hominum, qui verba *Aut ideo* statim recurrentia (vid. v. 812.) concoquere non possent.

817. *Sicuti* Wak. edidit e Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 1. 3. et omnibus editt. vett. praeter Ald. 2.; vulgo *Sicut*.

Vss. 820—829. in omnibus libris desunt, exceptis Lugd. 1. 2. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. „Scribae scilicet delicatuli (Wakefieldi sunt verba) non ferebant Lucretium capita priorum argumentorum sic summatim denuo percurrentem.“

828. *perire*] Ald. 1. et Bon. *teneri*, quod Wak. malit, „ne sequens conclusio nimis praeoccupata videatur.“ Non

assentirer, etiamsi locus parallelus V, 373. mutationem non dissuaderet.

V. 829. ne in uno quidem libro Ms. legitur, sed nititur tantum editt. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. auctoritate. At quum locus parallelus eodem fere versu finiatur (V, 374.), qui cum perspicuitatis studio, Lucretio proprio, commode possit conciliari, non temere eiiciendus videtur.

831. *vitalibus*] sic omnes libri (praeter Ver. et Ven., in *talibus* exhibentes prorsus iisdem literarum ductibus), quos recte Wak. sequutus est; antea enim ex audaci Lamb. correctione *lethalibus* edebatur. De verbo *munire* cum praepositione *ab* constructo conf. Iani aliique interpp. ad Hor. Od. III, 16, 4. ad Colum. IX, 14. et XI, 3. Tursell. de part. p. 15. ed. Schw. Ramsh. Gr. Lat. §. 150. p. 285. aliique.

834. *quid*] Brit. 1. *quod*, Brix. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. *qui*, i. e. quomodo, quod Wak. verosimile videtur, utpote minus tritum.

V. 835., in nullo libro Ms. repertus, apparet modo in editt. Bon. Iunt. et Ald. 2., quare non iniuria spurius habetur, imprimis quum ad sensum etiam prorsus superfluum sit, et ex alio Lucretii loco, VI, 854., petitus videatur.

836. *Praeter*] Bodl. Ver. Ven. *Propter*. — *enim*] Brix. et Ver. *egrit*, Ven. *egri*. — *morbis*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. et Ald. 2. *morbist* vel *morbi est*. — *tum*] Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnes editt. vett. *cum*. — *corporis aegrit*] sic soli Lugd. 1. 2.; ceteri omnes *corpus aegrotat*, Iunt. *artus aegrotant*, e Marulli coniectura. Quae turbae quo spectent, et quid inde lucrari possimus, non video.

838. *Maceret*] sic omnes Codd. et pleraeque editt. vett., quos Wak. sequutus est; vulgo *Macerat*, ut in Ald. 1. 2. Bon. et Iunt.

839. *male admissis* Wak. edidit cum optimis libris; Poor. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *admissa malis*, Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *male admissa*. Vulgo editur *admissa annis* ex Lamb. arbitrio, qui in duobus Codd. invenit *admissa manis*.

841. Wak. proponit et reiicit ipse *coni. umbras* (pro *undas*), quae sane infelicissima censenda. Longe elegantior, sed pariter superflua est Marklandi (ad Stat. sylv. III, 2, 119.) *coni. pigras* (pro *nigras*.)

847. *auris*] sic omnes libri, quos cum Wak. et ceteris editoribus sequutus sum. Orellius tamen (qui ultimam huius libri partem inde a v. 842. in Eclogas suas recepit,) e *coni.*

*oreis* scripsit ob locos V, 144. et VI, 61. Sed non semper eodem modulo et pede metiendus est Lucretius. (Conf. etiam ad I, 23.)

848. Recte Wak. librorum lectiones revocavit, quas priores editt. cum Lamb. temere sic mutaverant: *fuit, sub utrorum regna*. Gifan. coni. *fueret, διςουλλάβως* pronuntian- dum; et Preiger. dicit, etiam legi posse *fuit, utrorum ad re- gna*. Sed nihil mutandum: *fuere*, scil. homines.

849. *marique*] Brit. 1. *marisque*; quare Wak.: „tentare possis *terraeque marisque*: sed levi de causa non mutari de- bet proba atque usitatior locutio.“

851. *e sumus*] sic ex uno Lugd. 2. editores lectionem refinxerunt; ceteri libri omnes *haesimus*. Sed vid. infra v. 878. De praepositione postposita vid. ad I, 841. et II, 791. Ad- verbium *uniter*, quod Lucretius inprimis voci *aptus* coniungere amat, (conf. III, 858. V, 538. 556. 559.) apud alios scriptores non occurrere videtur. (Conf. etiam Charis. II. p. 197.)

852. *quei*] Brit. 3. et omnes editt. vett. *quum* vel *cum*, minus eleganter.

856. *Distracta*] Retinui cum Orellio vulgarem lectio- nem, quam Wak. et Eichst. (quem Orell. falso dicit *Distra- cta* revocasse,) e Lugd. 1. 2. in *Detracta* mutarunt contra Lucretii usum. (Conf. II, 589. III, 800. IV, 32. 917.)

857. *est*] sic Wak. cum omnibus libris, praeter Iunt. et Ald. 2., quae iam vulgarem lectionem *hoc* exhibent. — *comtu* idem Wak. e Codd. restituit; vulgo *coetu*, ut Lugd. 1. Ald. 2. et, meliori lectioni in parenthesi additum, Ver. et Ven. *Comtus* est ornatus, apparatus, instrumentum. (Conf. I, 88. et quoad participium *comtus*, I, 949. III, 260. et IV, 31.)

862. *id quoque factum*] Cum Wak. Eichst. et Orellio retinendam duxi vulgarem lectionem, libris tantum non omnibus comprobata, quam Hav., Vossio praeceunte, e Lugd. 1. 2. in *id quod factum* mutavit.

863. *repentia*] Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. et Ald. 2. *repentia*, Poor. et Brit. 1. *repensia*, Ald. 1. et Bon. *retinentia*, ut supra v. 675. Vocem *repentia* e Lucretio in sua scripta transtulit Arnobius. II. p. 61. 62. (p. 77. 79. Herald.), quem Wak. laudat. — *nostreis*] sic Wak. cum omnibus fere libris; Ald. 1. et Bon. *nobis*, Pii Codd. *no- stri*, quod probant Gifan. et Benti.; Brit. 2. *nostram*, Iunt. et Ald. 2. *nostra*, ut vulgo editur. Ceterum Wak. ad *nostris* supplet *rebus*, Knebelius vero et Censor eius Halensis *lumini- bus* e v. 861., quod melius videtur.

V. 866. hand dubie spurius est, quum in omnibus Codd. cunctisque editt. vett. praeter Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. deside- retur, et praeter totius loci sensum et connexum interpositus



sit. (Conf. Diss. mea de Lucr. not. 56. p. 92 s.) Quare cum Orellio uncis eum inclusi, licet a Wak. defensum, a prioribus verò editoribus prorsus silentio praetermissum.

869. *Multimodei*] Brit. 1. *Multimodis* — *accredere*] idem Brit. 1. et Poor. *id credere*, male.

871. *reprehendere* Wak. restituit e plurimis libris; vulgo *deprehendere*, ut in Brit. 1. Iunt. et Ald. 2.

875. *tum*] Poor. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *cum*. — *quoi*] sic omnes libri, quos Wak. sequutus est; Hav. tamen cum vulgaribus editt. *quom*.

876. *id lectio omnium est librorum a Wak. restituta; vulgo at. — mors*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *mox*. — *essequ prohibet*] sic Lugd. 1. 2., quod, quum librarii non intelligerent *prohibet* duabus syllabis esse pronuntiantum (qua de re conf. ad II, 1024.) varie corruerunt. Vind. enim Brit. 1. 2. 3. et Brix. *esse prohibe*, Ver. *esse prohibe inde*, Ven. *esse inde*, Ald. 1. et Bon. *esse perinde*, Poor. *esse proclive*, Cant. *esse probatum*, Iunt. et Ald. 2. *id, prohibetque*. Lamb. con. *at q. m. ex. im* (*ἀρχαῖκῶς* pro *eum*) *prohibetque*, quod mirum commentum tamen nec Hav. respuit, etsi Turnebus Adverss. XXX, 10. veram rationem iam recte perspexerat, quam Wak. tandem restituit.

878. Wak. primum *in* omisit, quod Hav. et vulg. editt. ante *quibus* inserunt contra omnes libros (excepto Vind., si collatori fides habenda); deinde *quibus e* (ut supra v. 851.) restituit e Lugd. 1. 2. Cant. pro vulgari *quibus et* (fortasse pro *quibus ex* in Codd. scripto.); a Vind. Ver. Ven. vocula prorsus abest, atque in Iunt. et Ald. 2. sic legitur: *quibus aegri nunc sumus*.

881. *an ullo* edidi e libris optimis Lugd. 1. 2.; idemque sibi vult Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *a nullo*, quod Wak. recepit. Ceteri libri *an nullo*, quod cum vulg. editt. Orellius exhibet. Apud Eichst., fortasse per vitium typographicum, legitur *Differre, nullo*.

882. *quom* Wak. restituit e plurimis libris. Vind. Brit. 2. *cui*, ut Hav. cum vulg. editt. exhibet.

883. *indignarier*] sic omnes libri, quos sequuntur Hav. et seriores editores. Antea vulgo legebatur *miserarier* e Lamb. coniectura. (Conf. III, 897. et 1053.)

884. *putrescat*] Quia lubricum est de hoc loco iudicium, cum Lugd. 1. 2. Bodl. (si Hav. silentium non fallit,) Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. retinui vulgarem lectionem. Wak. (quem sequuntur Eichst. et Orell.) e Poor. (nam Bon. falso addit) *putescat* edidit, quia ceteri libri omnes *putes* exhi-

bent, miro utique consensu, et Arnobius etiam VII. p. 224. *putescere* adhibet.

885. *flammis*] Pii Codd. *malis*. Wak. conii. *avibus*, ob v. 893.; sed parum probabiliter. — *interfiat, malisve*] Brit. 1. *interficiat malisne*. „*Interfiat* i. e. interficiatur: ut patefacio, patefio.“ *Bentl.* „*Interfiat* utique, quasi intercidat, pereat, auferatur. Plaut. Truc. II, 4, 31.“ *Wak.* (Voluit nimirum Plaut. Trin. II, 4, 131. Tam negligens vero Wak. saepiusprehenditur in locis scriptorum afferendis.) Ceterum conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 269. not. 25.

889. *unde*] sic Wak. cum plurimis libris; Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. *inde*, quod Creech. et Hav. receperunt; Pii Codd. Iunt. et Ald. 2. *abunde*, quod Lamb. edidit. Receptam lectionem iam Turneb. Advv. XXX, 10. defendit, et brevissime quidem, sed rectissime, puto, sic explicat: „non dat, unde promittit, i. e. non ex animo dicit, non oratio e corde emittitur, sed e labris et lingua oritur.“

890. *icit*, ut supra II, 951. et IV, 1268. Bodl. tamen, Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et omnes edit. vett. *icit*, quod Wak. non deterius censet, collato Prisc. X, 3. §. 17. (p. 886.)

894. Lamb. conii. *miseretur* et *vindicat* (pro *dividit*), sine causa. De verbo *misereo* non impersonaliter adhibito conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 273. not. 51. — *hilum*] sic Poor. Brit. 2. Cant. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; ceteri *illum*.

895. *illud*] Brit. 2. Ald. 1. et Bon. *hilum*, ceteri omnes *illum*, quod Wak. fortasse verum censet, ut pronomen *hominem* potius respiciat in *corpore* delitescentem. Ipse tamen cum vulg. edit. *illud* edidit, adiiciens conii. — — *se dividit ipsum*, et sequenti versu *at illum* (pro *et illud*.)

900. *se*, quod Wak. recepit, deest in omnibus libris praeter Cant. Ald. 1. et Bon.; in Iunt. et Ald. 2. substituitur *nec*, quod vulgares edit. receperunt; Bentl. conii. *illum*. — *dolere*] sic una edit. Bon., quam ne Iunt. quidem et Ald. 2. sequutae sunt, *dolore* exhibentes, ut omnes reliqui libri. Pii tamen lectio, quam Wak. temere Lambini acumini tribuit, utpote elegantior, merito ab editoribus recepta est. Wakefieldo denique omnis versus suspectus est, causis tamen non sufficientibus.

901. *Nam*] Bentl. coniecit *Iam*, praeter necessitatem.

904. *melle*] Ald. 1. Bon. *mole*, pessime. Orellius laudat Xenoph. H. Gr. V, 3, 19.

905. Recte Wak. omisit *in*, quod vulg. edit. (Hav. non excepto) inserunt post *quom*, libris universis reclamantibus. Ceterum Bentleius vv. 905. et 906. transponendos censebat, immemor, ut Orell. observat, v. c. Nicolai Damasce-

ni p. 275. Corai: Φρόνες οὐ κατορύττονσι τοὺς ἱερεῖς τελευτήσαντας, ἀλλ' ἐπὶ λίθους δεκαπήχους τιθέασιν ὄρθους.

906. *obtritum*] sic Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quas recte editores sequuntur; Bodl. *obruptum*, ceteri omnes *obrutum*. Wak. suspicatur, Lucretium scripsisse *operitum*, quod vix putaverim.

907. *Nam iam*] sic Wak. ex uno Lugd. 2.; vulgo *At iam*, ut in Brit. 2. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt., quam, si vera lectio fuisset, librarii non corrupissent. Sed Lugd. 1. et Vind. *Amiam*, Brix. *Atnuam*, Ver. Ven. *At viam*, Poor. *Iam nam*, Brit. 2. *Ain ne*, Cant. *Iam*; a Brit. 3. voculae omnino absunt.

909. *Praeripere*] Poor. Brit. 2. *Praecipere*, Brit. 1. Ver. Ven. *Percipere*, Cant. *Percapere*.

910. *factis*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *facti*, Ald. 1. Bon. *fatis*. — *florentibus*] sic libri omnes, quorum lectionem Wak. restituit; vulgo enim *tibi fortibus* ex audaci Lamb. coniectura, qui in uno Cod. invenit *ti foretibus*. — *tuisque*] Cod. Vatic. Lambini *cuiquam*.

911. *Praesidium*] ita Wak. cum omnibus libris; Hav. et vulg. editt. *Praesidio*. — *misero misere* idem Wak. revocavit e Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 3. Cant. et Ver., a quibus Brix. Ver. Ven. Iunt. et Ald. 2. non dissentiunt; Poor. *miseræ misero*, Brit. 2. *misere* (*misero* omisso), Ald. 1. et Bon. *miser! o miser*, quod vulg. editt. arripuerunt. Wak. contra comparat Plant. Truc. II, 5, 13. Cist. IV, 2, 21. Aul. IV, 10, 1. — *ademit*] Vind. Brit. 1. 2. 3. et Brix. Ver. Ven. *demit*.

912. *una dies*] De hac formula Lucretio satis usitata (vide V, 96. et 998.) conf. Columna ad Ennium p. 152 ss. (p. 86 ss. Hessel.), qui permultos congressit aliorum scriptorum locos, eandem exhibentes.

914. *rerum insidet insuper*] sic, quasi de re iam facta et praesenti loquentis, ut Wak. dicit, Lugd. 1. 2. Brit. 2. Non male etiam Bodl. Poor. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *rerum super insidet*; Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *rerum super insit et*. Pro *insidet* quidam Pii Codd. *incidit*. Vulgo *insidet rerum insuper*, contra libros et v. 931.

917. *lecto* felicissima est Pii coniectura, quam iure meritoque assumerunt Iunt. Ald. 2. et aliae quaedam editt. Lambino priores, Wak. vero etiam a Cod. Poor. comprobata invenit. Ceteri libro omnes *leto*, ut post Lamb. vulgo editur, obstante vel v. 923.

918. *aegris*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *aeger*, (i. e. tu, qui nunc aeger es.) Sed vulgaris lectio praestat. Wakefieldo omnis versus suspectus videtur,

quum in Lugd. 2. prorsus desideretur, et in Lugd. 1. rubrica notetur; fortasse non iniuria.

919. *te*] Retinui vulgarem lectionem, quam praeter optimos Codd. Lugd. 1. 2. et Bodl. omnes editt. vett. et Nonii auctoritas tuetur, qui II, 192. hunc versum laudat, (librariorum culpa pro *horrifico* praebens *honorifico*). Wak. (quem cum Eichst. sequitur Orellius; provocans ad Mar. Victor. p. 1951. P.), e Pii Codd. Poor. Brit. 1. 2. 3. et Cant. edidit *de prope*, quod vult esse Graecorum ἀπ' ἐγγύς, et comparat cum *de hinc, de inde, de in, de super* etc. Sed omnes hae particulae compositae etiam apud alios occurrunt, *de prope* autem esset ἀπαξ λεγόμενον; quare mihi quidem cautius hac in re versandum esse videbatur.

920. *deflebimus*] Vind. Brit. 2. 3. Cant. *deflevimus*, quae Bentleio vera lectio videtur. Quum tamen vulgaris, et ipsa satis bona, optimis Codd. defendatur, nihil mutandum censeo.

922. *ab*] Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. *ob*, quod Wak. non deterius, mihi tamen nil nisi consueta corruptio videtur.

927. *Ex animo*] Redit haec formula IV, 1191., quam e. g. adhibuit etiam Apulei. Met. II. p. 115. Oud. — *hic est*] Poor. et Brit. 1. *est hic*, quod Wak. magis placet. — Faber. temere coni. *homulli*, quod aliter v. 928. scribendum esset  *fuerint*; sed *fuerit ad fructum referendum esse, quisque videt. De diminutivo homullus* conf. Priscian. III, 6. §. 34. (p. 614. P.)

930. *torreat*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. et omnes editt. vett. *torrat*, librariis non intelligentibus *torreat* pronuntiando in duas syllabas esse contrahendum. (Conf. ad I, 976. 1021. 1104. etc.)

931. *rei*] sic omnes fere libri, quos Creech. Hav. Wak. aliique sequuntur, ut nimirum vox *μονοσυλλάβως* efferatur, qua de re modo diximus. (Wak. laudat Ennii fragm. apud Cic. Tusc. III, 13. [p. 224. Hess.], Lucilii locum apud Lactant. VI, 5. et interpp. ad Catull. LXXXII, 3.) Lamb. *res*, quod in duobus Codd. invenit, et sane ferri possit, utpote obsoleta forma genitivi quintae declinationis, (quemadmodum apud nostrum IV, 1079. *rabies*, ubi vide, quae annotavimus); sed plures et meliores libri audiendi sunt.

932. *requirit* lectio est omnium librorum, a Wak. restituta. Una Ald. 2. *requirit*, ut vulgo editur.

938. *Quin*] sic Iunt. et Ald. 2., quod cum vulg. editt. Eichst. et Orellio retinui. Ceteri libri omnes *Quin* vel *Cum*, quod Wak. recepit, rectius fortasse, etsi literarum ductus iidem et voces illae saepissime commutatae sint.

942. *expergitus*] Lamb. Creech. et Wak. laudant Festum s. v. Diomedem I. p. 372. Nonium II, 278. Arnobium

V. init. et Gellium VI, 10. (ubi vid. Gronov.), quibus adde Apuleium Met. II. p. 123., adverbium quoque *expergite* usurpantem Met. II. p. 149. et VIII. p. 590. Oud.

948. Sic versum e Codd. vestigiis effinxit Wak., quem Eichst. et Orell. sequuti sunt. Vulgo enim editur cum Ald. 2. *Nam si grata fuit tibi vita* etc., cui rationi tres modo Codd. utcunque favent, Poor. Brit. 1. 3., in quibus, pede deficiente, legitur *Nam tibi grata fuit vita* etc. Sed illud *si* abest a ceteris libris omnibus, et *grata* praeter istos Codd. agnoscunt tantum Ald. 1. 2. Bon.; Pii Codd. Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 2. Cant. Iunt. *gratis*, Ven. *grati*, Brix. et Ver. *gratum*, quod Wak. recepit. —  *fuerit*], sic Wak. e coni.; Ald. 1. Bon. et Iunt. *fluxit*, ceteri libri omnes *fuit*, metro violato; quare Preiger. in *fuvat* vult mutatum. Orell. vero versum etiamnum luxatum censet.

952. *animoque*] Brit. 2. *animo atque*, unde Wak. fortasse non reiiciendum censet, *recedis Aequo animo: atque capis* etc.

953. *fructus*] Brit. 2. 3. Ver. Ven. *fluctus*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *functus*; nimirum ob insolentiores huius perfecti formationem, de qua conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 262. not. 23.

954. *offenso*] sic omnes libri (praeter Brit. 3., levi aberratione *offensa* praebentem), quibus Wak. obtemperavit. (Conf. ad I, 385. 795. etc.) Hav. et vulgares editt. *offensu*.

955. *mali* Wak. recepit e Lugd. 1. Bodl. Poor. Brit. 1. 2. Cant. et Brix. Ver. Ven. Reliqui *male*, ut vulgo editur, minus eleganter. — *occidat*] Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. *accidat*.

956. *Non*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Iunt. et Ald. 2.; reliquae editt. vett. *Nunc*, Brit. 2. *Nec*, ut vulgo. In Vind. totus versus desideratur. — *iacis*] Ald. 1. et Bon. *facis*, male.

958. *placeat*] Lugd. 1. 2. *placet*, unde Wak., quia in Ald. 1. et Bon. ad finem praecedentis versus *est* positum legitur, coni. *Quod placet, est nihil: ast eadem*, nimis audacter et praeter necessitatem.

961. *pergas*] Vulgarem cum Eichst. et Orellio retinui. Wak. e Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. et vett. editt. omnibus edidit *perges*. — *vivendo*] Brit. 2. *vivere*.

V. 962., qui in Lugd. 2. omnino deest, et in Lugd. 1. rubrica notatur, ob sensum quoque mihi admodum suspectus videtur. (Conf. Diss. mea de Lucr. p. 97 s.)

963. *respondemus* Wak. ex omnibus libris in contextum revocavit. Vulgo *respondeamus*.

967. *barathre*] sic Lugd. 1. 2. Bodl. et Vind., nec valde differunt lectiones Poor. Brit. 2. 3. et Brix. *baratre*, Cant. Ver.

Ven. *baratte*, Brit. 1. *baractre*, Ald. 2. *baratro*; Ald. 1. Bon. et Iunt. *barde*. Lamb. comparat Thom. Mag. in Lexico suo dicentem: *Βαράθρος ἀρσενικῶς, ὁ βαράθρον ἄξιος ἀνθρώπος*, (ubi vid. Hemsterh.) et Wak. laudat Horat. Epist. I, 15, 31. Heinsius ad Ovid. Am. III, 3, 1. coni. *Aufer, ubi, hinc lacrumas, balatro*. Vulgo editur *Balathro*; Hav. et Wak. (suadente etiam Turnebo Advv. XXX, 26. et Vossio ad Catull. p. 320 s.) receperunt *Barathre*.

969. *perfunctus*] ita omnes libri, praeter Bodl. et Vind., qui, si collatoribus fides haberi potest, vulgatam *perfructus* tuentur. Recte autem Wak. plurimorum librorum lectionem restituit. — *marces*] Gifan. coni. *moeres*, sine causa idonea.

971. *Imperfecta*] Lugd. 1. 2. Bodl. et Brix. Ver. Ven. *Imperfecte*, quare Wak. coni. *Imperfecte elabsa tibi*.

975. *agedum*] Lugd. 1. 2. Vind. Cant. *agendum*. — *magnis* Wak. restituit ex omnibus fere libris; Brit. 2. *magis*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *iam aliis*, ut vulgo editur, ex interpolatione. Hav. quaerit: „An *magnis* dictum, ut *peritis* apud Hor. Ep. II, 2, 213.?” Wak. sic explicat: „*Magnis* utique, ut opponatur vocibus *aliena tua aetate: grandibus uetate ac florentibus*, non autem, ut tu, *grandioribus*, v. 968.“ Orell. denique: „Imo *magnis* est neutrum plurale; a *magnis*, laetis illis rebus, quarum iacturam defles, iam procul discede;“ afferens simul anonymi cuiusdam coni. *manes* (coll. Virg. Aen. X, 820.), ut *manes concedere* dictum sit, quemadmodum *rus concedere* apud Terent. (Hec. IV, 4, 57.) Censor Orellii Ienensis, cui nulla harum rationum satisfacit, coni. *magnus*, ut sensus sit: „*gross durch Gleichmuth verlasse das Leben*;“ quod sane speciosissimum censi debet.

976. *inciletque*] Vind. Cant. Brix. Iunt. et Ald. 2. *incilietque*, Poor. Brit. 1. *insimuletque*. Nonius II, 230.: „*Incilare* est increpare vel improbare.“

979. *quisquam* — — *deditur*] sic Wak. ex omnibus libris fide dignis restituit. Vulgo enim (et apud Hav.) *quidquam* — — *decidit*, quarum lectionum illa Lambini est commentum, haec vero in uno eiusdem Cod. invenitur.

980. *Materies opus est*] Conf. ad I, 1050. etc.

982. *tu*] sic Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. Brix. Iunt. et Ald. 2., quos iure Wak. sequutus est; Brit. 1. Ald. 1. et Bon. *tum*, Brit. 2. *tunc*, unde *nunc* factum, quod Hav. cum vulg. editt. exhibet, Lamb. vero in duobus Codd. se invenisse dicit. In Ver. et Ven. vox prorsus desideratur.

984. *mancipio*] sic Wak. scripsit cum Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus editt. vett., provocans ad Varronem L. L. V, 8.; vulgo *mancupio*.

990. *Non* praebent Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 2. 3., quibus Wak. morem gessit; Brix. *num*, Ver. Ven. *tam*; ceteri omnes *nonne*, ut in vulgaribus editt. legitur.

991. *Atque animarum etiam*] sic Vind. Brit. 1. 2. 3. et Brix. Ver. Ven., quod cum Eichst. et Orellio retinui, quum etiam Ald. 1. 2. Bon. et Iunt., *Atqui animarum etiam* praebentes, (quod Wak. recepit) non magnopere differant. Uterque tamen Lugd. Bodl. Poor. Cant. et omnes Prisciani (I, 6, §. 35. p. 554. P. hunc versum afferentis) Codd. a Krehlio colati *Atque ea nimirum*, ut vulgo editur, quare Krehl. miratur, „quod Eichst. turpissimo hoc vitio Lucretium suum corrupti passus sit.“ Vix tamen puto, hanc planam et trivialem scripturam in tot libris mutaturos fuisse librarios; nam meram corruptionem esse receptam lectionem, quam Krehl. immerito *ineptissimam* dicit, vix crediderim.

996. *quem quoique* Wak. restituit ex omnibus libris; Hav. et vulgares editt. *quemcunque*.

V. 997. Priscian. laudat I, 6. §. 35. (p. 554. P.)

998. *quid*] sic Wak. edidit cum Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. et Brix. Ver. Ven.; Ald. 1. et Bon. *qui*, ceteri *quod*, ut vulgares editt. exhibent.

999. *possunt* lectio est Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix., a Wak. revocata. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. *possent*, Iunt. et Ald. 2. *poterunt*, quod editt. vulgares assumerunt; et Eichst. servavit.

V. 1000. a Macrobio Sat. VI, 4. (p. 177. Bip.) laudatur. Wak. verbum *proiectus* etiam apud Virg. Aen. XI, 87. et Plin. H. N. XVII, 19. occurrere docet.

1001. *dispersis*] sic omnes libri, quos Wak. sequutus est. Turneb. Advv. XXII, 19. conii. *dispensis*, quod, a Lamb. receptum, per omnes editt. vulgares propagatum est. Heinsius vero ad Ovid. Met. IV, 457. conii. vel *distensis* vel *dispensis*, quibus coniecturis non opus est.

1006. Wak. conii. *volucris lacerat*, praeter necessitatem. Censor enim Knebelii Halensis non ingeniose arbitratur, Lucretium verbo *volucres* alludere ad Cupidines seu amoris deos alis praeditos. — *anxius angor*, ex notissimo pleonasmō, ut I, 826. *sonitu sonanti* et plura similia. (Conf. Wak. ad nostri I, 943. II, 956. IV, 311. Columna ad Ennium p. 60. (p. 19. Hess.) Planck. ad Ennii Med. p. 77. aliique.)

1007. *turpedine*] ita Wak. cum Lugd. 1. Bodl. Vind. Poor. Brit. 2. Cant. Brix. Iunt. et Ald. 2.; Brit. 1. 3. et Ver. *turpidine*; Ven. Ald. 1. et Bon. *torpedine*; vulgo *cuppentine*, quod Lamb. in tribus Codd. vult invenisse, locisque V, 46. et VI, 25. comprobatum censet.

1010. *imbibere* (i. e. „in mente ac cogitatione defingere, ut evelli non queat,“ quemadmodum Muretus explicat Varr. lectt. l. XV. (fol. 5. b. ed. Paris. 1586.) eadem significatione legitur apud nostrum VI, 7. Livium II, 47. §. 12. et Cic. pr. Quint. 6. extr. et saepius.

1014. a] sic Bon. Iunt., quos editores sequuntur, Poor. Ald. 1. et Bon. e; a Lugd. 1. 2. Brit. 2. 3. Cant. ex Brix. Ver. Ven. vocula omnino abest, quare Wak. coni. *tandem summo*.

V. 1015. Nonius laudat I, 332. (p. 520. Goth.) — *aequora campi*] Conf. Ennius p. 49. Hess. ibique Columna.

Vss. 1016. et 1017. idem Nonius affert V, 13. (p. 723.), sicut hunc etiam IV, 169. (p. 654.)

1022. *congerere*] Lugd. Poor. Brit. 2. 3. Ven. *cogere*, male.

1023. De forma *potestur* conf. Festus s. v. Diomedes I. p. 380. Nonius X, 34. (quos Wak. laudat) et Ruddim. Inst. Gr. I. p. 274. not. 54. Lamb. comparat Virg. Aen. VIII, 402., ubi certe in nonnullis libris *potestur* legatur, Creech. vero Plauti Merc. III, 2, 10. (Conf. etiam quae ad I, 1044. de passivis formis *quitur*, *nequitur* et similibus disputavimus.)

1024. *egestas*] sic Wak. cum libris tantum non omnibus; Ven. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. *egenus*, quod, in vulg. editt. receptum, ab Hav. quoque servatum est.

1026. *Quei* Wak. restituit ex omnibus, ut videtur, libris praeter Iunt. et Ald. 2., iam vulgarem lectionem *Haec sup* peditantes. — *nec* Wak. scripsit cum Lugd. 2. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et cunctis editt. vett. praeter Ald. 2., quae cum reliquis libris habet *neque*, quod vulgo editur.

1028. *luela*] ita libri fere omnes; Ver. *biela*, Brit. 2. *lucella*, Ven. Ald. 1. et Bon. *numela*, ut quidam Lambini Codd. *numella*, „nimis docta interpolatione ex Plauti Asin. III, 2, 5.“ ut Orell. observat. Ceterum *luela*; i. e. poena, qua scelus aliquod luitur, vox est apud alios scriptores, quantum equidem scio, non occurrens, et omnino ἀπαξ λεγόμενον.

1029. *eorum* lectio est omnium librorum, a Wak. in contextum revocata. Lamb., qui in uno Cod. invenit *deorum*, e coni. edidit *deorsum*, quod omnes editt. usque ad Wak. occupavit.

1031. *factis* in omnibus Codd. legitur; sed Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *facti*, „et sic editt. communes, constructionem vulgarem exquisitiori illepide praepoentes. Conf. Virg. Aen. IV, 168. Plaut. Rud. IV, 7, 21. Lucan. I, 20. Silius III, 399. Ovid. Met. VII, 194., fortasse etiam Met. IX, 706. et Lucan. V, 89.“ Sic fere *Wak.*



1032. *torretque*] Heinsius Adverss. p. 177. coni. *torquet-que*, perperam.

1034. *nec quae sit*] Vulgarem cum Orellio retinui, quam diserte praebent Iunt. et Ald. 2. et, si Havercampo fides habenda, Lugd. 1. 2., nec valde differunt Vind. Brit. 2. 3., *neque sit* exhibentes; Bodl. et reliquae editt. vett. *nec qui sit*, Poor. *quive sit*, Brit. 1. *quive siet*, quod Wak. recepit, et Eichst. servavit.

1036. *Hinc*] Lugd. 2. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Hic*:

1038. Versus est Ennianus (p. 53. Hessel.) paullulum mutatus. Ceterum de forma *sis* pro *suus* vid. Festus ipse, cui Ennii locum illum debemus, s. v. *sos*, Priscian. XIII, 2. §. 4. p. 955. P. (coll. cum Velio Longo p. 2236.) Columna in vita Ennii p. 1. Planck. ad Ennii Med. p. 86. Wunderlich. ad Virg. Ecl. VII, 54. alii.) Sic I, 1021. adfuit *suo μονοσυλλάβως*. — De Anco in exemplum adducto conf. Iani aliique ad Hor. Od. V, 7, 15.

1042. Hic etiam noster Ennium ante oculos habuit, qui p. 129. Hessel. similibus verbis de Xerxe loquutus est. (Conf. Columna ad Ennii l. 1.)

1044. *superare* Wak. restituit e Poor. Brit. 1. 2. et cunctis editt. vett.; ceteri libri *super ire*, ut Hav. cum vulgaribus.

1045. *equis* omnes Codd. et vett. editt. exhibent, quare recte Wak. amplexus est; vulgo enim *aquis*, ex languida Lamb. coniectura. Ceterum non cum Wak. coniunxi *contempsit equis*, sed potius *equis insultans*, quum Lucretius duplicem huius verbi significationem spectasse videatur et *equitandi* et *irridendi*.

V. 1047. Macrobius Sat. VI, 1. (p. 159.) comparat cum Virg. Aen. VI, 842.

1048. Verba *famul infimus* esset laudat Mar. Victorinus p. 2499. P., quare de lectione *infimus*, cui Ven. Ald. f. et Bon. *improbis* substituunt, non dubitandum foret, vel si haec verba non ex Ennio deprompta essent (p. 85. Hessel. ubi vid. Columna.) De forma *famul* conf. Festus s. v. Nonius II, 322. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 327. not. 17. Schneid. Gr. Lat. II. p. 57.

V. 1050. cum initio sequentis citat Nonius VII, 112., *potitur* exhibens loco *potitus*. De constructione verbi *potiri* cum accusativo conf. quae ad II, 653. dicta sunt. — *eadem aliis*] Alios locos, ubi pronomen *idem* cum tertio casu construitur, congressit Ruddim. Inst. Gr. II. p. 94. not. 57., plures simul viros doctos commemorans, hac de re disserentes.

1053. *memores*] sic Wak. cum omnibus libris praeter Brit. 3., qui *memorem* exhibet, ut vulgares editt.

V. 1054. affert Lactantius Inst. III, 18. (p. 212. Bip.) Hav. locum sic distinxit: — — *obtulit; Ipse, Ipse Epicurus* etc., minus bene.

Vss. 1056. et 1057. apud eundem Lactantium leguntur Inst. III, 17. (p. 209. Bip.) *Restinxit*] sic omnes fere Codd., edit. Iunt. et Lactantius, quos Creech. Hav. Wak. alique sequuti sunt; Brit. 2. et omnes edit. vett. praeter Iunt. *Restrinxit*. Lamb. *Praestinxit*, Gassend. *Praestrixit* coniecit, (quod quum in melioribus Lucretii edit. inveniri putet, errat Oudend. ad Lucan. I, 154.); „ex perpetua, ut Orell. dicit, confusione inter *praestringere oculos*, quod legitimum est, *perstringere* (v. c. *auris*, Hor. Od. II, 1, 18.) et *praestinguere*.“ Wak., qui longus est ad h. l., laudat Davis. ad Minuc. Fel. p. 117., de discrimine horum verborum disserentem. — *aetherius sol*] omnes fere libri *aërius sol*, quod Wak. recepit, sic defendens: „*Aërius sol* is est, qui in aëra emergit ex oceano; *aetherius autem sol*, qui medium coeli, vel saltem altiores coeli tractus perequitat.“ Rectissime tamen Orellius contra dicit: „Ego vero hoc discrimen Latinis ignotum, astraque ab iis in aethere, non in aëre collocata fuisse censeo. (Cic. N. D. II, 15. et 19.) Unde *aetherius* perpetuum apud Lucr. est solis epitheton, V, 216. 268. 282. 390., ubi libri constanter *aetherius*, ut h. l. exhibent Lactant. (sine ulla varietate in Codd. Bunemannii et Le Brun.) Ald. 2. Lamb. Hav. [adde Vind. et Iunt.]. *Aëriae* Lucretio sunt *volucres, aurae*, imo II, 151. *solis lumen tardius ire Cogitur, aërias quod sic diverberat undas* (i. e. *aëris mare* V, 277.) *longe infra se positas; aërii montes quoque dicuntur, non aetherii* apud Catull. LXIV, 259. Tibull. I, 7, 15. v. Huschk.“

1060. *conteris*] „*Poor. congeris*; quae mihi videtur non inelegans aberratio.“ *Wak.*

1065. *animo lectio est omnium librorum*, a Wak. iure revocata; vulgo enim *animi*, ut construatur *incerto errore animi*. Bentl. coni. *animo incertus*; sed non opus est mutatione. Ceterum Wak. observat locum triplicem admittere distinctionem, aut *Atque animo incerto, fluitans errore, vagaris*, aut *Atque animo, incerto fluitans errore, vagaris* (quae minime probanda videtur), aut tertiam illam, quam cum Wak. ipso et Eichst. exhibuimus. Orellius versum sine omni interpunctione typis exscribi iussit.

1068. *E quibus*] sic Wak. edidit e Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Cant., quibuscum conspirant Brix. et Ald. 2.; ceteri libri *Et quibus*, quod communes edit. receperunt. — *quoque noscere*] ita omnes fere libri, quos Wak. sequutus est; vulgo *cognoscere*, ut in Brit. 2. Ald. 1. Bon. et Iunt.

1071. „Deleo punctum ad *semper*, et iungo *quaerere* *Conmutare*“ *Bentl.*; recte autem *Orell.* ait, ita nimis tenuem fore priorem sententiam, *quid sibi quisque velit, nescire*; ac simile asyndeton adesse II, 10. Ceterum *Wak.* post *videmus* colon posuit, „ut pulchre variaretur constructio politissimae periodi, et artificem egregium vociferantis.“

1073 ss. Similem locum habes apud *Ennium* p. 217., ubi vide *Columnnam*.

1074. In *Brit.* 1. 2. 3. *per* post *domi* insertum legitur, quasi voluissent: *Et domi per quem taesum est*, cum *imesi* *Lucretio* usitatissima. — *reventat*] sic *Pii Codd.* et *Cant.*, quibus *Wak.* obtemperavit, quum in *Vind.* *Brit.* 1. 2. 3. et *Brix. Ver. Ven.* vox plane desit, de *Lugd.* 1. 2. et *Bodl.* vero altum silentium teneatur. Vulgo *revertit*, quod tantum in *Poor. Ald.* 1. 2. *Bon.* et *Iunt.* comparet, et verbo illi ἀπαξ λεγόμενον substitutum videtur. Non satis certo igitur locus noster inter paucos illos refertur, in quibus praesens verbi activi *revertere* occurrat. (Conf. *Ruddim. Inst. Gr. I.* p. 265. not. 37., ubi *Stallbaum.* laudat *Ōdend.* ad *Caes. B. G. VII*, 5, 4.)

1076. Vulgo post *villam* inserunt *hic*, quod, omnibus libris reclamantibus, *Wak.* primus omisit.

1082. *ingratis*] sic recte iam *Lambinus* restituit et pluribus aliorum scriptorum locis comprobavit. Plerique enim libri *ingratus*, *Ver. ingintius*, *Ven. initus*, *Ald.* 1. et *Bon. invitus adhaeret.* — *et odit*] sic *Codd.* omnes *Brix. Ald.* 1. et *Bon.*, nec differre videntur *Ver.* et *Ven.*, *et adit* exhibentes, quare in recipienda illa lectione *Ollium* sequi non dubitavi, qui *odit* mitiori aliquanto, quam solito, sensu dictum putat (ut *Hor. Epist. I*, 14, 20.), ad *haeret* autem circa, *apud eundem* vult subintellectum. *Wak.* *coni. obit*; recte autem *Orell.* obiicit, primam huius vocis syllabam nunquam produci a *Lucretio*, vocabuli *obex* vero, quod *Wak.* in auxilium vocet, prorsus aliam esse rationem. *Hav.* cum vulg. editt. exhibet *angit*, ut in *Iunt.* et *Ald.* 2. legitur.

1088. *manendo* in omnibus libris invenitur (praeter *Brit.* 2., *manendum* exhibentem), ex quibus *Wak.* lectionem restituit. Antea enim vulgo edebatur *manenda*.

1091. *Certa quidem*] *Retinui* cum *Eichst.* et *Orellio* vulgarem lectionem, quam tuentur *Vind. Ald.* 1. et *Bon.*, fortasse etiam *Ver. Ven.*, *certe quidem* praebentes. Ceteri libri *Certe equidem*, quod *Wak.* recepit. Mihi vero librarii, quum *finem* genere femin. usurpatum concoquere non possent, primum *Certe quidem* scripsisse, post, de metro solliciti, *Certe equidem* inde fecisse videntur. (Conf. autem ad I, 108.)

1092. *pote*] Conf. ad I, 453.

1098. *Posteraque*] Brix. *Postera quae*, Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Posteaque*. — *fortunam*] Vind. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *fortuna*.

1099. *casus*] Vind. Brit. 2. 3. Ver. Ven. *casu*.

1101. *delibrare*] sic Ald. 1. et Bon., quam lectionem iure editores amplexi sunt; Poor. Iunt. et Ald. 2. *delibare*, quod Gifanio et Fabro placuit; ceteri libri omnes *deliberare*. Sensum loci Wak. sic expressit: „Non valemus id a tempore mortis diminuere vel deradere, quod ea sit ratione ad aeternitatem, qua cortex tenuissima est ad solidum arboris integræ truncum.“

1102. *Quo*] Brit. 2. et Brix. *Quod*, Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Quid*. — *possimus*] Lugd. 2. *possumus*. — *morte*] Lugd. 2. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *sorte*, Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *forte*.

1103. *quot vis*] Bodl. Poor. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *quod vis*, Brit. 2. *quod*, omisso *vis*. — *condere*] Brit. 2. *concedere*. Lugd. 2. *ducere*, e glossa, ut Virg. Ecl. IX, 52., ubi unus Cod. pariter *ducere* pro *condere* exhibet. De phrasi *condere soles, dies, secla* etc. conf. Iani ad Hor. Od. IV, 5, 29., quem etiam Wak. laudat.

---

# ANNOTATIONES

AD

## LIBRUM QUARTUM.

Vss. 1—25., quos Orellius recepit in Eclogas suas p. 38 s., iam adfuerunt I, 925—949. — V. 1. laudat Censorinus p. 2725. P., et initium eius usque ad vocem *loca* Quinctil. Inst. Or. VIII, 6. §. 45. *Avia* ] fragm. Vind. - *Omnia.* — *per-agro* ] Bodl. Ver. Ven. *perago.*

V. 2. inde a verbo *iuvat* cum duabus vocibus proximum incipientibus diserte e IV. libro affert Nonius IV, 230.; et reliqua v. 3. verba idem, ex eodem libro, IV, 54.

4. *-petere* ] Wak. coni. *metere.* Redi ad I, 928.

7. *animum* Wak. ex omnibus libris restituit. Hav. cum vulgaribus editt. *animos*, quod Alterus quidem edidit e Vind., sed haud dubie per negligentiam, saepius in eo conspicuam.

8. *pando* ] sic Lugd. 1. 2. Bodl. et Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., (Brixiensi, quam Gerard. simul cum reliquis neglexisse putandus est, haud dubie non differente); quos Wak. sequitur. Ceteri libri *pango*, ut I, 932., quod cum vulg. editt. Eichst. et Orell. defenderunt, me non assentiente. Utraque enim loquutio *carmina-pangere* et *carmina pandere* est metaphorica, nec video, quod haec, utpote minus usitata et difficilior a me recepta, habeat, in quo offendere possimus. *Pandere* enim, proprie aperire, patefacere, tum denotat etiam ostendere, cognitum facere, enarrare. (Conf. v. c. Cic. Tusc. IV, 9, 5. Virg. Aen. III, 179. atque Lucr. ipse I, 50. et V, 55.). Wak. ad I, 26., ubi, parum sibi constans, phrasin *versus pandere* reprehendit, „*pandere*, inquit, rectius de rebus minus cognitis et ab intelligentia populari reconditionibus usurpatur.“ Prorsus igitur ad locum nostrum quadrat, in quo opposita inprimis spectanda sunt: *obscura* de re *lucida* carmina *pando*, i. e. quasi expando, omnium oculis aperio, ut claram rerum obscurarum cognitionem inde haurire possint.

Vss. 11—13. Quinctilianum afferre Inst. Or. III, 1, 4., iam vidimus ad I, 935., ubi conf. notam adscriptam. V. 11. vero et sequentis initium usque ad vocem *conantur* diserte e libro IV. bis affert Nonius III, 4. et IV, 466., *Ac pro Nam* exhibens. — V. 12. Ver. et Ven. praebent *conamur*, quam lectionem Wak. dicit „pro pulchra varietate se amplexum fuisse, si libri plures addixissent.“

15. Verba *interea perpotet amarum Absinthii laticem* Nonius rursus e libro IV. citat IV, 19.

17. *tali attactu*] sic edidi e coniectura, quam Codd. vestigia apertissime innuere videntur. Nam Cant. *ad tactu*, Lugd. 2. *attacto* (litera *u* tamen superscripta), Brit. 2. *atractu*; Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3. et omnes editt. vett. *tali a tactu*, quod Wak. recepit (Eichst. et Orell. sequentis,) Lugd. 1. *tali a tacto*. Iam licet non negem, Lucretium non minus *tali a tactu* scribere potuisse (conf. v. c. III, 521. V, 307. VI, 710. et similes loci); tamen, quum hoc modo origo variarum lectionum minus facile explicari possit, at vero literas geminatas in Codd. saepius semel tantum scribi constet, et in loco parallelo I, 941. pariter *tali facto*, non *tali a facto* legatur, sic, ut edidi, scribendum esse duxi. Vocem *attactus* vero etiam Varro R. R. II, 5, 8. et Virg. Aen. VII, 350. usurparunt, atque similia vocabula *adauctus* et *adactus* occurrunt apud nostrum II, 1122. et V, 1329. Ceterum Wak. et Orell. hic etiam libri I. lectionem *tali facto* praeferre videntur.

19. Cod. Brit. 3. inserit *illis post esse*, et omittit *non*, ut verba *non est* absunt etiam a Brit. 2. Ver. et Ven. — *tractata*] Lugd. 1. 2. Bodl. *tractatque*. — *retroque*] Ald. 1. et Bon. *ideoque*; unde tamen nihil eruere possum vulgari praestantius.

24. *percipis*] sic Wak. edidit e Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus editt. vett.; reliqui libri *perspicis*, ut I, 948., quod communes editt. servant.

Vss. 26—29. in Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Poor. Brit. 2. Cant. et omnibus editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. sequuntur demum post v. 50., loco alienissimo. Omnino libri in priori huius libri parte mirum quantum turbant, versibus vel omissis, vel transpositis, vel repetitis.

28. *aeterno*] Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 2. 3. Cant. et cunctae editt. vett. *alterno*. Easdem voces confusas vidimus ad I, 768. 1054. et III, 33.

32. „*ordiu prima*: i. e. primordia, dissoluta dictione et inversa. Simplex nomen haud alibi videtur inveniri.“ Wak.

33. Quia in Virg. Geo. I, 5. legatur: *Hinc canere incipiam*, quod exquisitius sit, literae *H* et *N* autem saepius con-

fundantur (conf. Wak. ipse ad Lucr. III, 925. et Drakenb. ad Silium VI, 580.) Wak. suspicatur, Lucretium quoque scripsisse *Hinc agere incipiam*; quod mihi non persuadet.

36. *Dereptae*] Bodl. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnes editt. vett. *Direptae*, Poor. *Directae*; sed Lamb. iam e suis Codd. meliorem lectionem restituit. (Redi ad I, 742. III, 26. etc.)

38. Verba *quom saepe figuras* cum integro v. 39. Macrobius laudat Sat. VI, 1. (p. 156. Bip.), *Contuitur mirans* (i. e. *mirās*) exhibens. — *caentum*] Bodl. *caente*.

41. *Acherunte*] Poor. Brix. Bon. Iunt. Ald. 2. *Acheronte*.

44. *animi*] Lugd. 2. *animus*. Ceterum Wak. *peremta* recte nominativum pluralis habere videtur ad nomen utrumque referendum. Affert autem hunc versum Festus s. v. *perempta* (p. 363. Goth.)

46. *effigias*] sic Lamb. e libris Mss. edidit, et comprobant hanc lectionem Havercampi Codd., si viri silentio fides habenda. Wakefieldi tamen libri omnes cunctaeque editt. vett. *effigies*. Forma *effigia* occurrit etiam apud Plaut. Rud. II, 4, 7. et in loco Afranii apud Nonium VIII, 77.

47. *corpore*] sic unus Vatic. Lambini, quem editores recte sequuti sunt (conf. v. 35. 57. et 62.); ceteri libri omnes *cortice*, quod e versu sequente interpolatum videtur. — *earum*] Retinui vulgarem lectionem, quam Poor. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. exhibent. Wak. (et Eichst.) cum ceteris libris edidit *eorum*.

V. 48. citat Nonius III, 61. — *membranae*] sic Wak. scripsit cum Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. Cant. et omnibus editt. vett.; ceteri libri cum Nonio *membrana*, ut vulgo editur. Sed difficilior lectio praefenda. De voce *cortex*, etiam genere femin. usurpata, praeter Nonii l. l. conf. Heinsius ad Ovid. Met. IV, 375. (quem Wak. laudat) Ruddim. Inst. Gr. I. p. 39. not. 10. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 112.

53. *solutae*] ita Wak. edidit e Poor. Ver. et Bon., a quibus Brix. Ven. Ald. 1. et Iunt. non discedunt; ceteri libri *solute*, ut vulgo. Wak. locum sic explicat: „Partim *solutae res* (i. e. se facile solventes, ut ligna) *mittunt corpora* diffusa (i. e. se passim diffundentia): partim *solidiores res*, ut teretes cicadae, *mittunt corpora* contexta magis et condensa.“

54. *ceu*] sic Bodl. Poor. Cant. et omnes editt. vett., quibus Wak. obsequutus est; ceteri libri cum vulg. editt. *seu*.

56. *teretes* lectio est editt. Ald. 1. et Bon., quam Wak. iure in contextum recepisse puto, quum Vind. *tereris*, et Brit. 3. *teneras* idem monstrare videantur, V, 801. vero *teretes folliculi cicadarum* commemorantur; Bodl. Brit. 3. Ver. Ven.

*caeteris*, Poor. Cant. Brix. *veteris*; *ceteri libri veteres*, ut vulgo editur.

V. 60. laudatur a Servio ad Virg. Geo. III, 444. (ubi *austis* pro *auctas* legitur), et simul cum ultimis verbis prioris versus etiam his a Nonio III, 264. et VI, 55. De vocula *vepres* genere femin. usurpata conf. Priscian. V, 8. §. 42. (p. 658. P.) et Schneid. Gr. Lat. II. p. 95.

61. *Quae* Wak. restituit ex omnibus libris; Hav. et vulg. edit. *Haec*, sine librorum auctoritate.

64. *hiscundi*] sic, vel potius *hiscendi*, Lamb. edidit e duobus Codd., quem reliqui editores lubentissime sequuti sunt (conf. infra v. 102.). Lugd. 2. *hiscendis*, i. e. *hiscendi* 'st, Lugd. 1. *iscendi*, derasa prima litera, Bodl. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *ostendit*, Vind. Poor. Brit. -3. Cant. Iunt. et Ald. 2. *ostendi est*, Brit. 2. *ostendis*. De verbo *hiscere* conf. Nonius II, 400. Servius ad Virg. Aen. III, 314. et Diomedes I. p. 334., quos laudat Wak.

66. *eorum* Wak. revocavit ex omnibus fere libris, sic interpretatus: „scil. corporum, vel superficierum, unde hae particulae, ex quibus imagines constant, sunt emissae: eo ordine nimirum *Quo fuerint*.“ Ven. Ald. 1. et Bon. *rerum*, Iunt. et Ald. 2. *eodem*, ut communes edit.

67. Sic, Vossio praeunte, Wak. ex omnibus fere libris locum constituit. Pro *formai* tantum Brit. 1. Brix. Ver. Ven. *formae*, Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 2. 3. *forma* exhibent, metro claudicante, et plures Lambini Codd. ante hanc vocem *cum* inserunt; quare Lamb. coni. *et conformen s. f.* vel *consimilem s. f.*, melius Gifan. *et conformae servare fig.*, tmesi adhibita, Lucretio satis usitata. In (Poor. Cant.?) Ald. 1. 2. et Bon. legitur: *solitam et formae s. f.*, in Iunt. *formaeque suam s. f.* Vulgo contra libros Mss. editur *veterem et formae serv. fig.*

68. *Et*] Brit. 1. *Sed*, quod Wak. placet. — *indupediri*] Lugd. 2. *endopediri*, ut vulgo scribitur. (Conf. ad I, 83.)

69. *et*] Pii Codd. quidam, Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *ut. — sunt*] Bodl. Ver. Ven. *sint. — in prima*] Brix. *prima in*, Lugd. 1. Vind. *prima* (omisso *in*), Pii Codd. Poor. Cant. *prima sub*. Sed vide I, 878. et IV, 95.

70. *iacere ac perciri*] sic Wak. locum fere conclamatum e con. restituit. Libri enim sic variant: Lambini Codd. quidam *iacere ac cergiri*, Vind. *iacere ac ciergiri*, Brit. 3. *iacere et ciergiri*, Lugd. 1. Brix. Ver. *iacere rea ciergiri*, Lugd. 2. Brit. 3. *iacere ac vergiri*, unus Cod. Lamb. *iacere ac mergiri*, Ven. *iacere cogeri*, Bodl. *ac iacenterea aergiri*, Brit. 2. *in ethera ciergari*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *iacere ac iaculari*. Vulgo editur e Lamb. con. *iaci atque emergere*; qui simul aliam



proposuit mutationem: Nam *detergeri atque emergere*; Gifan. coni. *iacier ac tergeri*, Gassend. *iaci ac tergeri*, Turnebus (Advv. VII, 12.) *iacere ac tergeri*, Vossius *iacere atque esciri*, Gronov. (Obs. II, 7.) *iacere ac invergi*, Hav. denique *facile imperfiri*. Suo iudicio lector eruditus fruatur. Hoc tantum restat notandum, *iacere*, quod fere omnes libri tuentur, absolute sumendum esse pro *se iacere vel iaci*. (Conf. ad I, 398. II, 243. etc.)

71. *penitusque, ut*] Ald. 1. Bon. Iunt. *penitus ceu*, quod Wak. fortasse rectius censet.

73. *russa*] Brit. 1. *ruffa*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *rufa*, Brit. 2. *zura*, Brit. 3. *rusa*, Ver. Ven. *tusa*, Bodl. *tus*.

74. *ferrugina*] Lugd. 2. Bodl. Poor. Brit. 1. 2. Brix. *feruginea*.

75. *fluctant*] sic Lugd. 2., quem Hav. et Wak. sequuti sunt; vox prorsus deest in Lugd. 1. Bodl. Brit. 1. 2. Brix. Ver.; in Ven. Ald. 1. 2. et Bon. legitur *pendent*, in Brit. 3. *duras*, in nonnullis Pii Codd. Poor. Cant. *circum*, quod etiam Iunt. exhibet, simul *tenentia* praebens pro *tremetia*. Vulgo editur *flutant* (pro *fluitant* positum) e Turnebi coniectura.

76. *ibi*] Poor. Brit. 2. *ubi*, Brit. 2. *tibi*, quod Wakefieldo, utpote longe elegantius, videtur praefendum. (Conf. ad III, 214. etc., ubi eadem voces confunduntur.)

77. *Scenalem*] sic Lugd. 1. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnes editt. vett., quos recte sequutus est Wak. (qui, quum Brit. 2. exhibeat *Scenali specimen*, simul profert coni. *omne Scenale specimen*, omnino male.) Hav. et vulg. editt. *Scenai*.

79. *inclusa*] sic cum Pii Codd., Lugd. 2. Iunt. et Ald. 2. editur; ceteri libri omnes *in clausura*, „quam loquutionem, utut specie duriorum, pro in modum claustrorum vel angustiarum positam, Wak. vix audet temere damnare.“ Sed hoc nimis durum esset, quare hanc lectionem potius ex glossemate ortam puto.

81. *correpta*] Bodl. et vett. editt. omnes *concepta*.

83. *effigias*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. Cant. cunctaeque editt. vett. *effigies*. (Vide supra ad v. 46.)

84. *quoniam*] Ver. Ven. *qum*, Bodl. Brit. 2. *cum*. — *iaculantur*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *iaculentur*, quapropter Wak. coni. *quom sic iaculentur*.

88. *odos iam* Lamb. scripsit cum Nonio (cuius tamen locum hunc versum spectantem invenire non potui) et nonnullis vett. libris, quos accuratius indicare neglexit. Libri

omnes nobis cogniti odor, praeter Bodl., dolor praebentem, et Brit. 2., vocem prorsus omittentem.

90. *extrinsecus* Wak. edidit cum plurimis libris, et sic explicat: „Quia res, ex alto ortae (i. e. ex partibus internis et penitissimis; vid. v. 71.) dum veniunt extrinsecus (i. e. ad externam superficiem, vel extra versus) scinduntur per iter flexum.“ Ordo verborum autem neminem offendere potest, qui comparaverit II, 84. III, 585. et multos similes locos.

92. *coortae*] Retinui vulgarem lectionem, quam, si virorum silentio tuto confidere possumus, Lamb. et Hav. Codd. tuentur. Ceteri libri *coorta*, quod Wak. recepit ob constantem Lucretii morem (de quo dictum ad I, 191. 241. et saepius), in nota subiecta vero ipse addubitat, quod *orta* praeiverit eodem genere.

95. Recte Wak. cum Altero distinctionem vulgo post *promptu* positam sustulit, graviori interpunctionis signo voci *possit* adiecto.

96. *speculis*] Vulgo *in speculis* cum Ald. 1. 2. Bon. Iunt. Wak., melioribus libris obsequutus, primus praepositionem omisit.

99. *Esse in imaginibus*] sic ex omnibus libris non nisi Ald. 1. 2. Bon. et Iunt., sed procul dubio rectissime. Ceteri libri universi *Ex imaginibus*.

100. „Repetuntur hi versus a v. 63. superius, ut argumentum rite concludatur, et ad summam disputationis hucusce revocetur atque resuscitetur lectoris recordatio.“

V. 101. abest a Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., nulla alia, puto, de causa, quam quia supra v. 63. et 64., ubi v. 100. et 102. iam adfuerunt, hic versus non insertus legitur. Omnem vero locum v. 100—102. ob sensum et orationem quoque in suspicionem aliquam occurrere, in Diss. mea de Lucr. p. 38 s. demonstrare studui.

102. *Quam*] Lugd. 1. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Nam. Ceterum in verbo *hiscundi* eadem reperitur varietas, quae supra v. 64.

103. *dissimiles*] sic omnes quotcunque libri, quorum lectionem Wak. restituit. Vulgo *consimiles*, e Lambini coniectura. *Dissimiles* autem imagines in speculo propterea dici suspicor, quia, licet externa specie eadem cum rebus ipsis videantur, interna tamen natura valde ab iis differunt, utpote tenuissimae quasi membranulae a superficie corporum solutae, quae per se conspici non possunt etc.

104. *Effigies*] ita Wak. cum plurimis libris; Vind. et Brit. 2. *Effigiās*, ut supra v. 46. et 83., quod vulgo editur.

113. *conformem* edidi cum Wak., Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. et Ven. sequutus; ceteri libri *confirmem*, ut vulgo. Sed praestat difficilior lectio, quam Wak. sic explicat: „*utei conformem* valet: ut formis quibusdam quasi, et ope similitudinum apertarum, tibi manifestem, quam subtilia primordia rerum sunt.“

115. *ut horum*] sic Wak. edidit e Poor. et Brit. 1., quibus quum consentientes viderim Brix. et Ald. 2., et ipse de hac lectione recipienda non dubitavi. Pii Codd. *horum*, Cant. et Iunt. *eorum ut*; ceteri libri *eorum*, quod vulgares editt. arripuerunt, versu sequente *ut* intrudentes post *nulla*, quod ne in uno quidem veteri exemplo legitur.

117. *Horum* (scil. tantulorum animalium) exhibent Lugd. 1. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. et Nonius, III, 114. hunc versum afferens; reliqui libri *Harum*, i. e. partium animalis.

124. De voce *abrotonus*, saepius neutro genere usurpata, conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 141. not. 18. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 477., qui laudat Lucan. IX, 921. Similiter *absinthium*, quod v. 123. praecessit, genere masculino usurpatur a Varrone apud Nonium III, 4. (Conf. Schneider. I. c.)

126. *Quin potius* Wak. e plurimis libris restituit; Brit. 2. *Quando potius*, et Ven. *Quando potis*, solita confusione e scribendi compendio orta; Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. *Quam primum*, ut vulgares editiones. Is. Vossius coni. *Quin potis es*, ut *quin* positum sit pro *etiam*, quod tamen non adducor ut credam. (Conf. Diss. mea saepius comm. not. 35.) — *vagare*] Lugd. Vind. Poor. Brit. 2. 3. et omnes editt. vett. *vagari*. Sed conf. ad III, 628.

Vss. 128. et 129., qui in nullo libro praeter Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. leguntur, et infra v. 175. et 176. ad verbum repetuntur, (quod Wak., eiusmodi repetitiones omnino non respiciens, annotare neglexit) iure a Wak. spurii censi videntur. Disputavi de iis, ut de omni loco v. 122 — 129., plura, quae offendant, continente, in libello meo modo comm. p. 61 ss.

130. *vagari* hoc loco omnes libri tuentur, quare Wak. in contextum revocavit; vulgo enim et hic *vagare* editur.

133. Verba *in hoc coelo, qui dicitur aër* a Servio quater afferuntur, ad Geo. I, 51. Aen. I, 58. V, 18. et X, 899., atque Isidorus etiam XIII, 4. (p. 1144. Goth.) e Lucretio laudat *coelum, quod dicitur aër*.

V. 134. abest a Brit. 1. 2. Ver. (quae omnem locum 123 — 192. omittit) et Ven., in Brix. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. vero post v. 138. insertus legitur. In omnibus enim vett. editt. versus ita se excipiunt: 133. 137. 138. 134. 139 — 143. 135.

136., quibus, quod vv. 137. et 138. attinet, consentiunt omnes Codd., quoad vv. 135. et 136. vero certe Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 3.; quare Wak. vv. 137. et 138. statim post v. 133. collocavit. Eichst. tamen, haud dubie ob meliorem sententiarum ordinem vulgarem rationem servavit, quem nos sequuti sumus.

137. *facere*] sic Wak. cum Lugd. 2. edidit, quae lectio recepta simul aliam mutationem reddidit necessariam, ut nimirum *concrescere in quom crescere* disiungeretur. Vulgo *facile — concrescere*, ut sane omnes libri, praeter unum illum Codicem, sed sensu minus probo.

138. *speciem*] Brit. 2. *specimen*, quam lectionem Wak. „impense probat“, me non assentiente. (Vide supra ad v. 77.)

139. *motu: nam*] sic diserte Lugd. 1. 2., nec multum differt Iunt. *motum: nam*. Vind. *motum in*, Brit. 2. *motu in*, Cant. *motu vi*, Ven. *in motum*, Brit. 3. *motu persaepe*, Poor. Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. *magnorum*, Brix. *magnorum in*.

141. *magnei montes*] Ven. Ald. 1. et Bon. *montes magnos*; „aeque bene,“ ut Wak. censet.

142. *propter* Wak. recepit e Brit. 2. locumque sic explicat: „hae montosae nubes nunc praecedunt solem, nunc iuxta subsequuntur.“ Ceteri libri *praeter*, ut vulgo editur.

144. *gerantur*] sic omnes libri, quos Wak. recte sequutus est. Vulgo *genantur* e solita Lambini correctione.

148. *sed ubi* Wak. restituit ex omnibus Codd. et editt. vett.; „nam *pervenire saxa* non minus recte dicitur, quam *pervenire in saxa*: (vid. Burmann. ad Ovid. Met. III, 462.) et probabile est, varietatem lectionis ibid. X, 718. non alio de fonte manavisse.“ *Wak.* Vulgo in loco nostro editur *sed in*, contra libros.

149. *materiem*] sic Brit. 1. 2. 3. Ven. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quod cum vulg. editt. retinui. Cant. *naturam*, ceteri libri *materiam*, quod Wak. et Eichst. receperunt. Ut autem, quod vulgo post *materiem* insertum legitur, cum his editoribus omisi, utpote ab omnibus Codd. et vett. editt. alienum.

152. *accidit*] sic Lugd. 1. 2. Bodl. Iunt. et Ald. 2.; reliqui libri *occidit*.

153. *possunt* Wak. edidit cum plurimis libris; Bodl. Vind. et Brit. 3. *possit*, ut vulgares editiones. — *ante*] Lugd. 1. 2. *autem*, mendose.

155. *redundent* lectio est plurimorum librorum, a Wak. in contextum revocata; Brit. 2. Ven. Ald. 1. et Bon. *geruntur*, unde in vulg. editt. *genuntur* legitur, vox illa, quam Lamb. in deliciis habuisse videtur.

156. *quamvis subito*] Brit. 2. *subito quamvis*, quod Wak. magis placet; me non assentiente.

161. *celer his*] Ven. Ald. 1. Bon. et Iunt. *celeris*, quia editores non cogitarunt, terminationem adiectivorum 3. decl. in *er* apud antiquiores fuisse generis communis, qua de re conf. Priscian. V, 3. (p. 647.) et VII, 11. (p. 760. P.) atque Rudim. Inst. Gr. I. p. 165. not. 93., nostri loci non immemor.

167. *quoquomque valet in quamcunque partem. — oris*] „i. e. lineamentis corporum et figuris; conf. v. 138.“ *Wak.* Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnes editt. vett. *illud*, Cod. Vat. Lambini *illuc*, in Lugd. 1. vox prorsus deest. Lamb. excudendum curavit *quiscunque obv. oris*, et praeterea duas coniecturas proposuit: *quoicunque obv. orae*, vel *quamcunque obv. oram*; Turnebus Advv. XIII, 20. con. *quoicunque obv. aeris*, i. e. cuicunque speculi parti obvertimus, quum constet, antiquorum specula aerea fuisse; Gronov. Obs. III, 19. veritati proxime con. *quacunque* (scil. parte) *obv. oris* (i. e. extremitatibus); anonymus apud Creëch. *quocunque obv.*, *omnis Res* etc. Hav. eandem, quam nos cum Wak.; recepit lectionem, sed minus bene coniungit *oris res* (ut *Veneris res* II, 173. 437. V, 846.) i. e. „quae ad speciem et similitudinem pertinent.“

168. *ibi*] Lugd. 2. Cant. et Ven. *sibi*, Poor. *tibi*, quod utrumque ferri posset. Sed plurimorum et optimorum Codd. ratio habenda. (Conf. supra ad v. 76.)

171. *Acherunta*] Cant. et omnes editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. *Acherunte*. — *rearis*] Iunt. et Ald. 2. *reamur*, Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ven. Ald. 1. Bon. *relecto*, mira varietate, quae non mediocrem prae se fert veritatis speciem, ut parum absit, quin hic versum aliquem excidisse suspicemur.

Vss. 175. et 176. iam adfuerunt supra v. 128. et 129.

179. *spatio ut*] sic Wak. cum omnibus libris praeter Vind., si collator non negligentem se praebuit, cum vulg. editt. *ut spatio* exhibentem. — *hora*] Poor. Cant. (non Bon., quam Wak. affert) *ora*. — *teratur* editores receperunt e Iunt. et Ald. 2.; ceteri libri omnes *feratur*, ut vulgo editur (nam *ferantur* apud Wak. error tantum aut ipsius editoris, aut tythothetae videtur.) Wak. denique utpote coniecturam suam proposuit *aura feratur*, quod iam Pius in vett. Codd. invenerat.

180. *quem quaeque*] sic Wak., plurimis libris obtemperans; Vind. Poor. Brit. 2. Ven. Ald. 1. Bon. *quemcunque*, ut vulgo. — *tendit* omnes fere libri exhibent, quos Wak. sequutus est, ut nimirum Lucretium aliud quoddam substanti-

vum eiusdem cum *simulacris* significationis, *imaginem* vel *speciem*, respexisse sumamus; vulgo *tendunt*, ut in Brit. 1. legitur. De vocabulo *numen* conf. ad II, 633.

Vss. 181 — 183. infra redeunt v. 907 — 909.

185. *stanteis* Wak. edidit e Bon., quae sequitur modo Brix. Ven. et Ald. 1.; nec valde differt Brit. 2., *stans* exhibens. Ceteri libri omnes *factas*, ut vulgo. „*Stantes* autem, inquit Wak., pro constantes vel consistentes, ad morem Lucretii, simplicia verba de significato compositorum frequentantis. Valet igitur *οὔσας*, *ὑπαρχούσας*, vel *τυγχανούσας*, cuius exquisitoris vocabuli vulgatam lectionem pro glossemate marginali haud egomet arguere dubitaverim.“

191. *fulgure fulgur*] Ald. 1. et Bon. *folgure folgur*, quam scripturam Wak. probat.

193. *Immemorable*] Retinui cum Eichst. vulgarem lectionem, quam Wak. e Pii Codd. in *Innumerabile* mutavit, sine causa idonea. Utraque enim lectio quum bene se habeat, plurium et meliorum librorum auctoritati parendum duco. Vide etiam VI, 488., ubi Wak. eandem fecit mutationem.

200. *Ex altoque foras*] iidem Pii Codd., quos modo solos Wak. sequutus erat, hic exhibent *Ex alto in terras*, „odiosissime et putidissime,“ ut ipse dicit.

202. *diffundere*] „Lugd. 2. *defundere*; minus ad rem: nam non hic agitur de loci altitudine, sed de sparsione lata radorum.“ *Wak.*

204. *saper*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Poor. Cant. et omnibus vett. editt. (quarum Brix. Ver. Ven. hunc versum inserunt post v. 195.); ceteri libri *supera*, ut vulgo editur. — Verbis *volucris levitate* vulgo interponitur *haec*, quod Wak. cum Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. et Ald. 1. omisit; Bon. *hac*, Iunt. et Ald. 2. *haec*, ut vulgo. — *feruntur*] Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. *ferantur*.

205. *prima fronte*] sic Wak. cum omnibus libris; vulgo *prima in fronte*, quod Lamb. dicit in aliquot libris vett. inveniri.

207. *Quone*] Brit. 2. Ver. Ven. *Quove*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *Nonne*, quod vulgares editt. arripuerunt. Wak. meliorum librorum lectionem restituit.

208. *Multiplex*] Ven. Ald. 1. Bon. *Multiplicis*; „quae male feriatum est hominis immutatio, de syllabae secundae quantitate stulte solliciti.“ *Wak.* Conf. II, 162., ubi hic versus cum sequente iam adfuit.

211. *motu*] Lugd. 1. 2. *motum*, quare Wak. coni. *Quam motu in celeri*, sine ulla causa legitima, ut ipse sentire videtur.

212. *sub diu*] sic Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 2. 3., quos iure sequitur Wak., e Nonio II, 230. et Festo s. v. *Dium* probans, antiquissimos Romanos *dius* dixisse pro *dies*.

214. *sidera radiata*] sic V, 699. *radiatum insigne diei*, V, 463. *radiati lumina solis*, et in Ennii fragm. apud Cic. Orat. III, 40. (vid. Ennii Medea ed. Planck. p. 123.) *lumen radiatum*.

217. *mira*] ita Wak. restituit e plurimis libris. *Qua re mira* autem valet: de qua re *mira*, ob quam rem miram. Pii Codd., quos Iunt. et Ald. 2. sequuntur, *minima haec*; vulgo *mitti haec* e Lamb. coniectura. Wak. coni. *ciri*, sed praeter necessitatem.

219. *fluant*] sic omnes libri, quibus Wak. obtemperavit; vulgo *fluunt*. — *obortu* lectio est unius edit. Iunt., sed tam verisimilis, ut iure a Lamb. receptam et a Wak. restitutam censeam; vulgo enim cum reliquis libris legitur *odores*; haud dubie ob locum parallelum libri VI., ubi inde a v. 924. omnis locus noster (v. 218 — 230.) iteratur, ita tamen, ut v. 222. quoque nonnulla varientur. Sed Pius iam in Comment. dicit, esse, qui *abortu* legi velint, cui tamen *obortu*, licet ἄναξ λεγόμενον sit, praefendum.

220. *ab sole*] sic Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et Nonius, hunc versum cum prima sequentis voce his afferebat, ad IV, 40. (ubi apud Gothofr. certe falso *pluviis* legitur) et IV, 207., quos sequitur Wak.; vulgo *a sole*.

221. *Aequoris*] Brix. Ver. Ven. *Aequorum*. — *moerorum*] sic Lamb. invenit in Codd. Paris., nec aliter Bon., a quibus reliqui parum differunt. Vatic. *moeororum*, Lugd. 1. 2. et Brix. *meorum*, Ald. 1. *maeororum*, Iunt. *merorum*, Vind. Brit. 2. Ver. Ven. *meorum*, unus Lambini et Poor. Brit. 1. Cant. *maurorum*, Ald. 2. *murorum*, Bodl. *incororum*, Brit. 3. *nemeorum*. *Moerorum* autem pro *murorum* dictum, ut I, 30. et 33. *moenera* pro *munera*, Plaut. Bacch. IV, 9, 2. *moenitum* pro *munitum* et similia. Wak. praeterea laudat Priscian. I, 9. (p. 563. P.) Virg. Aen. XI, 382. ibique Heinium, et Servium ad Virg. Aen. X, 24. Adde Schneid. Gr. Lat. I. p. 77 ss., inprimis p. 83.

222. *auras*] Turnebus coni. *aureis*, perperam. Conf. locus parallelus VI, 923., porro IV, 534. VI, 170. etc. Ceterum hic versus in Iunt. male ponitur post v. 230.

225. Hunc locum respexerunt Gellius I, 21. (ubi tamen ipsa Lucretii verba ab editoribus adscripta videntur,) atque Servius, ad Virg. Geo. II, 247. annotans: „*amaror* et Lucretii sermo.“

226. *res*] Lugd. 1. 2. *re*. — *fluenter*] Lugd. 2. *fluentum*, Brit. 2. *fluentur*. Poor. et Brit. 1. autem, delicatulis auribus gratificantes, ut Wak. dicit, verba hoc ordine exhibent: *Omnibus usque adeo* etc.

228. *fluundi*] Brit. 2. *fluenti*, quod Wakefieldo non deterius videtur.

230. *sonare* Wak. restituit ex omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2., quae iam vulgarem habent *sonorem*.

237. *Accidere*] Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *Accedere*. (Conf. ad II, 1025. 1077. et alibi.)

241. *didita*] Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 3. Cant. et Brix. Ver. Ven. *dedita*, (quam varietatem iam habuimus ad III, 476.) Brit. 2. *debita*.

242. *oculis*] Vind. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *oculos*. — *solis*] Brit. 2. *coelum*; quare Wak. coni. *oculo quia solum*, etsi vere censet, nihil mutandum esse.

245. *ab nobis*] sic Wak. cum omnibus libris, Iunt. et Ald. 2. exceptis, in quibus *a nobis* legitur, ut in vulgatis editt. Redi ad v. 220.

247. *procurit* Wak. edidit e Bodl. Vind. Cant. et Bon., quibuscum conspirant Brix. Ald. 1. 2. et Iunt.; Poor. Brit. 1. *procurit*, literis transpositis, Lugd. 2. *prodit*; sed tres Lambini Codd. et Lugd. 1. *protrudit*, ut vulgares editt.; Brit. 3. Ver. Ven. *protudit*, Brit. 2. *protulit*. Eadem varietas statim redit v. 281., ubi verba *procurit agitque* — *oculosque locatus* repetuntur.

249. *per*] Wak. magis placuisset *sub*, ut sensus esset: „Isque ita aër omnis, cuius ope ferit oculos imago, per omne intervallum labitur usque ad nostras acies.“

250. *pertergit*] ita Wak. edidit e Bodl., a quo non dissentire videntur Lugd. 1. 2., *pertegit* praebentes; Ver. Ald. 1. et Bon. *praeterget* vel *preterget*; reliqui omnes *perterget*, ut vulgo editur.

251 ss. Ordinem versuum, quem cum Hav. et Wak. servavimus, tuentur Ald. 1. 2. Bon. Iunt. In Vind. Poor. Cant. vss. 252. et 253 praecedunt versum 251., in Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 1. 2. 3. (Brix.?) Ver. Ven. soli vss. 251. et 252. transponuntur.

253. *perterget*] Lugd. 2. *perteget*. „Credibile est, Lucretium in hoc etiam loco [ut v. 250.] scripsisse *pertergit*; sed sine libris non auctor essem, ut illa lectio reponeretur, quum probe consciam, neminem Lucretio diligentius sectatum esse qualescunque sermonis varietates.“ *Wak.*

V. 261. *deest* in Brit. 1. 2., et in omnibus libris praeter Vind. Ald. 1. 2. Bon. et Iunt. male ponitur post sequentem.



*Acre fluit*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2., a quibus parum vel nihil discrepant Poor. Brit. 3. Cant. Brix., *Ac refluit*, Ver. Ven., *At refluit*, et Vind., *Acre fluet* praebentes; Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *Acre ferit*, ut communes editt. — *primam* lectio est omnium librorum, a Wak. restituta; vulgo *privam*, quod Gifan. in vetere Cod. inveniri perhibet, dubito an vere. (Conf. ad III, 390.)

263. *unvorsum*] Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. *unorsum*, Ver. Ven. *morsum*, Ald. 1. Bon. *invorsum*, Iunt. *introrsum*, Brit. 2. *inmersum*, Ald. 2. *unversum*, ut vulgo scribitur. Eiusmodi autem syncopes exempla in antiquissima Romanorum poësi haud rara. Sic apud Ennium Med. II, 1, 18. *optumates τρισυλλάβως* (vid. Planck. p. 85.) Ann. I. (p. 32. Hessel.) et alibi semper *virgines διςσυλλάβως* invenitur (vid. Planck. p. 117.), ut in alio eius fragmento (p. 135.) *captibūs pro capitibus* positum etc. Similis, etsi non prorsus eiusdem generis sunt notissima illa *pariete, ariete, tenuia* etc., de quibus in Lucretio quoque passim a nobis dictum.

271. *remota*] Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *semota*; vulgo *remota*, praeter necessitatem et libris repugnantibus.

275. *Is quoque enim*] Ald. 1. Bon. *Ipse etenim*, quod Gifan. defendit, Bodl. Brix. Ver. Ven. *Ipsa enim*, Brit. 1. 3. *Ipsaque enim*, Brit. 2. *Ipsaque enim*, mendose.

276. *Voculam est*, quae vulgo post *enim* ponitur, Wak. omnibus libris suadentibus delevit. — *concernitur* (i. e. una cernitur, cum postibus et aëre externo) Wak. restituit e Brit. 2. Ald. 1. et Bon., a quibus non dissentire videntur Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., *qum* vel *cum cernitur*, et Lugd. 2., *post aestum* (i. e. *postes cum*) *cernitur* exhibentes; vulgo *qui cernitur*, ut in Iunt. Ald. 2. et, si Hav. silentio ubique fides habenda esset, in Lugd. 1.

278. *pertinget*] sic Wak. cum plurimis libris; Brit. 2. *pertingit*, Lugd. 2. *pereteget*, unde arbitrium editorum *perterget* fecit. Falsus igitur est Ruddim. Inst. Gr. II. p. 153. not. 30., pronuncians, meliores libros habere *perterget*, verbum *pertingere* autem exemplo prorsus certo destitui, quod alii etiam, v. c. Gronov. ad Liv. XXV, 24. §. 6. Burmann. ad Quinct. Inst. Or. II, 4. (p. 143.) Oudend. ad Caes. B. C. III, 69. Scheller. in Lexico etc., cupidius quam verius contendere videntur.

281. *procutit*] sic Wak. cum Vind. Brit. 2. et omnibus editt. vett.; Bodl. *percutit*, Brit. 1. *producit*, Lugd. 1. Brit. 3. *protudit*, vulgo *protrudit*. Redi ad v. 247.

284. *in speculum*] „in particulam, quam libri summo consensu praebent, excepto Cod. Vind., qui dormitantem collatorem nactus est, [et Iunt. cum Ald. 2.] timui loco de-

turbare: nam fortassis vetus verbum fuerit *insentio*, eodem simplici significato, vel *sentire in speculum* legitimo fuerit regimine, quamvis exemplum consimile nunc dierum non facile erui aliunde poterit. “*Wak.*”

285. *in eum, quae*] sic *Wak.* cum omnibus libris, praeter *Brit. 3.*, *in cum, quae* et *Brit. 2.*, *in eum, cum* praehentes; vulgo *in id haec, quae*, e *Lamb.* coniectura. *Eum* autem *Wak.* ἀρχαῖκός positum censet neutro genere pro *id*, ut *cae* pro *ei*, *eabus* pro *eis* etc., quae suspicio non improbabilis videtur.

286. *et nostros*] *Wak.* ex uno *Bodl. ac nostros.*

289. *semota* *Wak.* ex omnibus libris restituit; vulgo *remota*, haud dubie ob v. 271., qui tamen nihil probat.

290. *mirarier est par*] sic *Pii Codd. Lugd. 1. Cant.*, et vix differt *Lugd. 2. mirarier es par*; *Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3.* et omnes editt. vett. *mirari par est*, *Brit. 2. mirari minime est par.* „Nempe postquam rarior forma *mirarier* [de qua vid. ad I, 208.] abierat in *mirari*, librarii voces *est par* ocius transponerent ob hiatum. — Et hic est ordo constructionis: Qua re etiam atque etiam minime est par illis *mirarier* (ea), quae reddunt visum ex aequore speculorum binis aëribus: i. e. Illi, qui phaenomenon imaginis in speculo per medium duplicis aëris explicant, minime *mirari* debent rationes nostras, quae simili prorsus argumento subnituntur. “*Wak.*” *Lamb.*, cui *Crœch.* assentitur, hunc versum cum duobus seqq. delendos censet sine causa idonea.

292. *Aëribus*] *Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. Aciebus*, ob insolentiosem pluralis usum, de quo conf. *Ruddim. Inst. Gr. I. p. 144. not. 27.* et *Schneid Gr. Lat. II. p. 391.* Non minus librarii ad V, 644. turbas excitarunt: — *utraque*, scil. via; sic *Wak.* cum *Lugd. 2. Bodl. et Brix. Ver. Ven.*; *Lugd. 1. Poor. Brit. 3. Cant. utraeque*, *Ald. 1. et Bon. utrinque*, *Brit. 1. 2. Iunt. et Ald. 2. utroque*, ut vulgo. *Wak.* affert *Nonium II, 882.*: „*Utraque* pro *utrinque*, vel *utroque* etc.”

294. *uti laeva*] sic *Wak.* edidit e conii, iam a *Mureto* proposita; vulgo *ut in laeva*. Sed praepositio *in* non comparet in uno *Cod. Lamb. Bodl. et Brit. 2.*, et praeterea, altero *in* statim praegresso, haud parum offendit.

296. *incolumis*] *Wak. incolomis* cum vett. editt. praeter *Brix. Iunt. et Ald. 2.*

298. *Cretea*] *Cant. Ald. 1. Bon. Iunt. Cretae*, *Vind. et Ald. 2. Cerea*, *Brix. Caerea*, *Bodl. Ver. Ven. Caetera*, *Lugd. 2. Cretta*, *Poor. Brit. 1. 2. Certa.* — *persona*] *Cant. Bon. Iunt. personam.* — *allidat*] *Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. ad ludum.*

299. *fronte*] Brit. 2. *forte*, quam lectionem Wak. meliorem putat. In sequentibus Codd. versus mire transponunt, ut in Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. singuli versus hoc ordine procedant: 299. 325 — 348. 300 — 324., in Ald. 1. vero et Bon. sic: 299 — 302. 325 — 348. 303 — 324., in Iunt. denique et Ald. 2. hoc modo: 299. — 302. 325 — 353. 303 — 318. 354 — 364. 319 — 324. 365. etc.

301. *oculos*] sic Wak. recte restituit e Bodl. Cant. et Ver. Ven. Ald. 1. Bon., vulgo *oculus*. Ceterum vero retinui cum Eichst. vulgarem lectionem, quam Wak. e coni. sic mutavit: *Fiet, et ante oculos f. q. d., ut idem*, quia in omnibus libris praeter Brit. 2. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. altera vice ut legitur pro *hic*.

304. *sex, ut*] sic plurimi libri, quos Wak. sequutus est. Brit. 2. *ut sex*, Vind. *sexu ut*; Brit. 1. Iunt. Ald. 2. *sexve ut*, quemadmodum vulgo editur.

305. *latebit* Wak. restituit e plurimis libris, „quia Lucretius generaliore vocem, *imago* nempe, respiciat;“ vulgo *latebunt*, quae correctio apparet in Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

306. *torte*] Ver. Ven. *tortae*; quare Wak. coni. *tortae penitusque remotae*, cupidius sane, quam probabilius.

309. Praepositio *e* deest Lugd. 2. Bodl. Poor. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. Integer versus vero cum sequente non comparat in Brit. 2., et in Vind. uterque erasus est.

311. *Inde retro rursus*] sic Wak. edidit e Lugd. 1., et quod pleonasmum attinet *retro redire*, comparat I, 785. II, 283. 516. V, 270. etc. Quatuor Codd. Lamb. Lugd. 2. Vind. Brit. 1. 2. Cant. Brix. Ver. Ven. *Inde retrorsum*, pede deficiente, quem supplere studuerunt Bodl. Poor. Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., scribes *Indeque retrorsum*, tres vero Codd. Lamb. et Cant. *Inde retrorsum etiam*. Lamb. edidit e coni. *Inde retrorsum reddit se*, quem Gifan. sequitur, omisso tantum *se*, sed metro pessumdato; Voss. coni. *Inde retroversum*, quod recepissem, nisi adesset illa Lugd. 1. lectio; Gronov. Obs. II, 7. p. 261., quem Hav. sequutus est, defendit plurimorum librorum *Inde retrorsum*, quum ob sequens literam *r* praecedens syllaba produci possit, quod falsum esse, post alios rectissime docuit Schneid. Gr. Lat. I. p. 664. et 754.

322. *nequeunt*] sic vulgares editt. et Eichst. cum libris melioribus, quibus obsequutus sum; Wak. e Lugd. 1. Vind. Brit. 2. 3. Cant. et vett. editt. *nequeant*, qui coniunctivus non suo loco esse videtur.

329. *composituras*] vox rarior, quam e Sinnio Capitone

affert Gell. V, 20., et in *compostura contractam* habet Varro R. R. 22. §. 3.

331. *semina ignis*] conf. V, 659. Wak. comparat Hom. Od. V, 490. Virg. Ecl. VI, 32. Aen. VI, 6. (quem locum cum Homeri versu allato comparat Macrob. V, 12.)

332. *gignunt*] Bodl. Ver. Ven. *gignitur*, quare Wak. coni. *dolos oculis quâ gignitur*, nimis audacter.

337. *pingunt*] Poor. *pingant*, Brit. 2. *tingant*.

339. *proprior*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 3. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *propior*, Ver. Ven. *proprier*.

346. *patefecit*] secundam syllabam, quam alias Lucretius corripit, producit etiam Calpurn. ecl. I, 35., quem Wak. laudat. (Conf. ad III, 503.)

347. *simulacra adaptata*] sic editores cum Pii Codd. Poor. Cant. Iunt. et Ald. 2., rectissime. Ceteri libri *adaptata* omittunt.

349. *e luce*] sic Wak. cum plurimis libris; Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *in luce*, Bodl. Ald. 1. et Bon. (*e tenebris*) *in luce*, Iunt. Ald. 2. *a luce*, ut vulgo editur.

353. *conectâ*] sic Wak. edidit cum omnibus libris praeter Ald. 1. 2. Bon. Iunt., *coniecta* exhibentes, quod communes editt. receperunt. Recte autem iam Lamb. vidit, *conectâ* respondere verbo *adaptata* v. 347. Sensum Wak. sic exponit: „Ne simulacra, quorum calles caliginosus aër ambit contegitque, ita moveri in oculis et excitari possint, ut res, unde emittantur, discerni queant.“ — *moveri*] „lege *movere*: vide v. 348.“ *Bentl.* „Voluit, opinor, *movere* (nos). Sed nihil muta.“ *Wak.*

358. *perlabitur*] „Nimirum hanc vocem viri docti probe evolverunt de scriptura Codd. Lugd. 1. 2. *deriabitur*.“ *Wak.* Ceteri libri fere omnes *derivabitur*, nisi quod Ald. 1. et Bon. *delabitur*, Iunt. et Ald. 2. *illabibur* exhibent.

360. *eum*] Bodl. Brit. 1. 2. et vett. editt. praeter Iunt. et Ald. 2. *cum*, quod Wak. non deterius existimat.

361. *Hoc scil. modo*. Sic autem Wak. cum Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant.; Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Haec* (vel *Hec*), Iunt. et Ald. 2. *Hinc*, ut vulgo editur.

362. Edidi hunc versum, ut Wak., cum Codd. Poor. Cant. et editt. Brix. Iunt. et Ald. 2., a quibus Lugd. 1. 2. Bodl., *turnum* modo scribentes pro *tornum*, proprie non discedunt. Ver. Ven. *turrum*, Vind. *turnam*; Ald. 1. Bon. *turrim*, Brit. 2. *turium*, Brit. 3. *curvum*, Brit. 1. *acervum*. Vulgo ex audaci Lamb. coni. edi solet *quasi tornata ut*; receptam vero lectionem iam Turnebus Advv. XIII, 20. defendere studuit.

367. *credis*] sic Wak. cum omnibus libris. Vulgarem lectionem *credas* una modo habet Ald. 2.; et, si Altero fides haberi posset, Cod. Vind.

368. *gestum*] Ald. 1. Bon. *gressum*; Brit. 1. 2. 3. *gestus*, ut vulgares editt., haud dubie, ut ambiguitas loci evitetur. Sed meliorum et plurium librorum auctoritas spectanda.

372. *quaquomque*] Bodl. et omnes editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. *quaecunque*.

373. *liquimus*] Brit. 2. Cant. *linquimus*, Wak. non improbante.

377. *in ignem* iam Lamb. edidit e duobus Codd., nec aliter in antiquissimis Codd. Lugd. 1. 2. Mire autem libri Mss. haec verba corruerunt: Bodl. Vind. Cant. Brix. Ver. Ven. *imaginem*, Poor. Brit. 1. 2. 3. *imagine*, quidam Pii Codd. *in agmine*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *marginē*, Brit. 1. *imagine luna*, quod Wak. in nota subiecta tanquam coniecturam suam proponit, „ut locus truncatus sit, et, quae sequuntur, ad eclipsin solarem, qua tellus inumbratur, referri debeant;“ parum probabiliter.

378. *et spoliatur*] Ver. Ven. *ut spoliatur*, Ald. 1. Bon. *expoliatur*, Bodl. *ut ut dispoliatur*, Poor. et Iunt. *spoliatur* simpliciter.

380. *hic*] Bodl. Vind. Brit. 3. et omnes editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. *hoc*, quod non deterius; sed meliores Codd. respiciendi.

383. *Umbraque, quae*] Brix. Ver. Ven. atque haud dubie etiam Lugd. 1. 2. et Vind. (licet de omisso *que* nihil prodant collatores) *Umbra quaeque*. — *nunc*] „sic Lugd. 1. Bodl. Poor. Brit. 2. 3. Cant. Ver. [Brix. Ven.], repetito *ne ἀπό κοινού*, quod perfacile est et doctius; reliqui *num*, [ut vulgo editur]: abest omnino vocula a Lugd. 2.“ *Wak.*

387. *affingere*] Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *effingere*. Poor. *adfigere*, quod Wak. unice sinceram lectionem putat, me non assentiente. *Affingere* valet *falso attribuere*, *iniungere*, ut apud Cic. Or. 22. Manil. 4. et saepius.

389. *Quae*] Bodl. Brit. 2. et cunctae vett. editt. praeter Iunt. et Ald. 2. *Haec*. — *praeter*] Bodl. *propter*.

391. *navem*] ita Wak. cum Lugd. 1. 2. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; Bodl. *navis*, i. e. naveis; ceteri libri *navim*, ut vulgo; Wak. laudat Heinsium ad Virg. Aen. I, 120.

393. *et assiduo* lectio est omnium fere librorum, a Wak. restituta; vulgo *at assiduo*, e Lamb. correctione, cui favent soli Brit. 2. 3. — Wak. etiam recte omisit *in*, quod vulg. editt. cum Lamb. post *assiduo* inserunt contra omnes libros.

396. „De hac re consulas M. Tull. Acad. II, 26. et doctissimum Davisium, Lucretii non immemorem.“ *Wak.*

400. Post hunc versum, cuius vox ultima propterea in *idem* mutatur, in vulgatis editt. omnibus hicce versus legitur:

*Apparent, et longe divolsi licet, ingens,*  
quem ex omnibus libris vett. solae Iunt. et Ald. 2. agnoscunt, ut e Marulli officina prodiisse et optimo iure a Wak. deletus esse videatur. Offendit nimirum hunc vel alium interpolatorem nominativus ille *exstantes montes* absolute positus verbo praedicati omisso, de quo vide Hogeveen. ad Viger. de idiot. III, 1. (p. 40. Herm.) Ruddim. Inst. Gr. II. p. 385. not 56. et Wak. ad h. l. et v. 525., ubi eadem constructio redit.

406. *tremulis ignibus* dictum est ad Ennii exemplum in Melanippa, p. 279 Hess., ubi vid. Columnae annot. Ceterum observandum, Lucretium hic et V, 696. vocem *iubar* neutro genere usurpare, ut seriores omnes, non masculino, quem admodum Ennius p. 119. Hess. (et Sever. in Aetna 330.) Conf. Priscian. V, 8. §. 44. (p. 658. P.) Ruddim. Inst. Gr. I. p. 18. not. 1. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 133.

408. *tibi*] sic Lugd. 1. 2. (si Hav. silentio fides habenda) et Ald. 2.; Iunt. *ibi*, ceteri omnes *ubi*. — *tum*] ita Brit. 2. Brix. Iunt. et Ald. 2., reliqui omnes *quum* vel *cum*.

409. *missus*] Brit. 1. *missis*, Brit. 2. *visus*, Brit. 3. *missae*.

414. *retinent* pro simplici *tenent* accipiendum esse, docet Wak., laudans nostrum I, 469. II, 25. Catull. LXIV, 8. et Arntzen. ad Aurel. Vict. de Caes. I, 5. Adde Cic. Verr. IV, 34. et Propert. II, 29, (22,) 5. Miratur etiam Wak., Lucretium non scripsisse *Quas variae retinent gentes*, ut ambiguitatem evitaret.

415. *coniectus*] sic Wak. cum antiquo Pii Cod. Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 2. 3. Brix. Iunt. et Ald. 2. (Conf. etiam I, 1029. II, 961. 1074. III, 199. IV, 960. 1061. V, 417. 599. etc.) Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *commictus*, Brit. 2. *collectus*, quod vulgares editt. receperunt.

417. Lamb. iam comparat Virg. Aen. VI, 578.

419. 420. Locus paullo difficilior, quare v. 420. a Lambino et Vossio spurius declaratur, ab aliis variis coniecturis sollicitatur. Quod varias lectt. attinet, ut comparet modo in Vind. Ald. 1. Bon. et Iunt., copula *et* vero abest a Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus editt. vett. — *mirande*, quod cum Hav. et Wak. edidi, exhibent Lambini quidam Codd. et Lugd. 1., nec valde discrepat aliorum Lamb. Codd. et Lugd. 2. *mirandae*; Bodl. *munda*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *mirando*, reliqui libri *miranda*; vulgo *mirando*, contra libros Mss. Lamb., offendens in adverbio „inaudito et insolenti“ *mirande*, con-

*mirari*, vel *mirandi* — *coeli*; Bentl. *mirandum!* \*) (pro interiectione insertum) — *retro* (pro *coelo*). Gifan. Hav. et Wak. adverbium *mirande* hic et v. 463. defendunt, et Wak. quidem locum sic vult intellectum: „Coniectus aquae praebet despectum sub terras ad penitissimam usque altitudinem; nempe (per epexegesin utique, Lucretio valde familiarem) despiciere nubila et coelum: ut videare videre sub terras mirando more corpora, coelo abdita.“

421. *in medio* — — *obhaesit*] sic editores cum Lugd. 1. 2., si Hav. silentium non fallit; ceteri libri omnes *medio*, omisso *in*, et *adhaesit*.

422. *despeximus*] Vulgatam retinui, quam Wak. (et Eichst.) e Lugd. 1. 2. et Vind. in *dispeximus* mutavit „ob v. 425., et quia spectator, equo sic demerso, magis *in latus* prospiciat, quam *deorsum*;“ quod mihi argutius quam verius videtur.

426. *assimili*] sic Lugd. 1. 2., si verus est Hav., et Iunt. cum Ald. 2.; Poor. Ald. 1. Bon. *hac simili*; reliqui omnes *ac simili*.

432. *Donec* Wak. restituit ex omnibus libris; vulgo *Donicum*, ex arbitrio editorum. (Conf. ad II, 1130. etc.) — *conduxit*] Brit 2. *cum duxit*, Poor. *quom duxit*, Brit. 1. *tum duxit*, Brit. 3. *duxit* simpliciter.

433. *ex undis ortus*] Brit. 2. *undis exortus*, idemque velle videntur Ver. Ven., *ex undis et ortus* exhibentes.

434. *condere*] sic Iunt. et Ald. 2.; Poor. Brit. 2. Brix. Ald. 1. Bon. *tendere*, Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 1. 3. Cant. Ver. Ven. *contendere*, Lugd. 2. *non condere*.

437. „Legendum *in ponto*. Quid enim navigia *in portu* obnitantur undis?“ *Creech*. Recte autem Hav.: „Quid? *ignari maris* an non priusquam iam in pontum provecti sint, etiam talia effecta *in portu* vident?“ Conf. etiam Burmann. ad Lucan. IX, 121., lectionem *in portu* pariter defendens.

438. *fractas* — *undas*] sic Wak. cum plurimis libris; vulgo *fractis* — *undis*. Codd. sic variant: Lugd. 1. 2. Bodl. *fractas*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *fractis*, ceteri omnes *factas*. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *undas*, Lugd. 1. 2. Bodl. *unda*, reliqui omnes *undis*. De voce *aplustra* dictum est ad II, 556.

440. *guberna*, i. q. gubernacula. Lamb. iam laudat Nonium VIII, 59., hunc Lucilii versum afferentem: *Proras de-*

\*) Falsus est Wak., hanc lectionem iam edit. Bon. tribuens.

*spoliare et detondete gubernas, et veteris Glossarii Graeco-Lat. auctorem, „ Gubernum, κυβέρονιον,“ scribentem.*

445. *Raraque*] Ver. Ven. *Nam quae, quare* Wak. temere coni. *Iam quae per coelum quoque v. n. p. — quom*] sic Wak. e Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; vulgo *tum*, ut e meis libris Brix. Iunt. Ald. 2.

446. *nimbos*] sic Hav. et Wak. cum omnibus libris; vulgo *nubeis* e temeraria Lambini mutatione. *Nimbi* enim et *nubes* nostro promiscue usurpantur. (Conf. I, 806. IV, 173. V, 290. VI, 482. 521. etc.)

447. *quam quo*] Haec vulgaris est lectio, inde ab Ald. 1. per omnes editt. usque ad Wak. propagata, quam cum Eichst. retinui. Wak. autem, Codd. auctoritatem unice respiciens, quum Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *aquae*, Lugd. 1. Bodl. Brit. 2. *aque*, Lugd. 2. *atque*, Poor. Cant. *quam aque* suppeditent, e coni. dedit *ac qua*, quod quomodo cum praecipis metricis conciliari possit, non perspicio.

449. *eum*] sic Lugd. 1. 2. Brit. 1. 3. Cant. Iunt. Ald. 2.; ceteri libri *cum*. Sed II, 804. *quodam sensu fit* pariter sine praepositione legitur. — *uti* Iunt. et Ald. 2. exhibent, reliqua exemplaria *ut*, mendose.

450. *florentia*] Poor. Brit. 2. Iunt. et Ald. 2. *flagrantia*, ex interpretamento, etsi hunc versum non aliter affert Cruquianus commentator ad Hor. Sat. II, 1, 25., quem Wak. laudat. Conf. Lucretius ipse I, 899. et quae ibi annotavimus. Bentl. et Wak. hic comparant Tertull. Apol. c. 11. cum Herald, annot. Stat. Theb. I, 210. II, 276. Claud. de Magnete (n. 48.) v. 7. aliosque.

452. *geminare*, pro quo Cant. male *germinare*, more Lucretii absolute est positum, quemadmodum apud Virg. Geo. I, 333., quem Wak. laudat, *ingeminare*. (Conf. ad I, 398.)

457. *videntur*] sic Wak. cum Bodl. Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., a quibus scriptura Lugd. 1. 2. *videatur* non differre videtur; ceteri libri *videmur*, ut vulgo. — *et*] Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *ut*, perperam.

460. *mutare*, i. e. per seriem peragrare, ut Wak. interpretatur, ad imitationem Graecorum, *αμείβειν* eodem modo usurpantium, quod Faber. ad h. l. recte observavit.

463. *mirande*] sic Hav. et Wak. cum Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant.; Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *mirando*, Bodl. Brit. 2. Brix. Ver. Ven. *miranda*. (Vid. supra ad v. 420.)

468. *aegrius est*, i. e. difficilior. Sic Wak. restituit e Lugd. 1. 2., rectissime; plurimi libri *egregius est*, praeter Poor. Brit. 1. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., *est* omittentes, ut vulgares editt. *Aegre* autem pro *difficile* Lucretius ipse dixit



II, 198. IV, 1243. etc., et comparativum sic usurpatum Wak. laudat e Plin. H. N. XXVI, 19. Plaut. Asin. I, 1, 106. Amphit. III, 2, 29. Cic. Tusc. IV, 37., quibus non opus est ut alia exempla addamus. — *secernere*] Ver. Ven. *cernere*, Ald. 1. Bon. *est cernere*.

469. *Ab dubiis*] sic Wak. cum omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2., *A dubiis* praebentes, ut vulgares editt. — *abdit*, i. e. repellit, reicit, Wak. ex optimis libris restituit; Hav. et vulg. editt. *addit*, ut Lugd. 1. Vind. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. et Ald. 2.

471. *quo se nil* Eichst. edidit, vett. librorum vestigia pressius sequutus; sic enim diserte Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., nec valde discrepant Ver. Ven., *que se nihil*, Poor. *quo nil se*, Brit. 2. 3., *quo nihil se*, Lugd. 1. Brit. 2. Cant., *quo nihil* exhibentes. Unus Lugd. 2. et tres Codd. Lambini *quoniam nil*, quod Hav. et Wak. receperunt; Lamb. coni. *quod se nil*, vel *quom se nil*, Wak. *quia nihil se* vel *quom nihil se*, et vulgo editur *qui se nil*, contra libros.

472. *mittam*] Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *mutuam*, Lugd. 1. 2. Bodl. *mituam*. Wak. miratur, Lucretium non scripsisse *cursum* pro *causam*, ut cursus pro ipso homine currente dictum sit. Mirarer potius Lucretium, hoc si posuisset. Ceterum Lamb., qui in Codd. *mittnam*, *causa* et *cusem* invenit, coni. etiam *H. i. c. quidnam c. curem*.

473. *in statuit*] sic Hav. et Wak. cum Lugd. 1. 2. Bodl. Cant. Brix. Ver. Ven., qui iunctim modo scribunt *instatuit*; vulgo *instituit*. — *vestigia sese*] hoc nimirum sibi vult lectio Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 2. Brix. Ver. Ven. *vestigia rese*, quae in utroque Lugdd. ab eadem manu in *sese* correctata est; nec valde recedunt Brit. 1. *vestigiare se*, et Vind. *vestigare se*. Recte igitur Hav. et Wak. hos libros sequutos esse censeo, Gronovio praeunte Obs. III, 19. p. 601., cuius longam et doctam de hoc loco disputationem Hav. Commentario suo inseruit. Vulgo editur *vestigia retro* cum Ald. 1. 2. Bon. et Iunt.

474. „Brit. 2. inserit *se* post hoc. An voluit: *Et tamen hocce quoque ut concedam scire* — ?“ *Wak.*

480. *sensus*] sic Lugd. 1. 2. Iunt. et Ald. 2., quos editores recte sunt sequuti; ceteri libri *sensu*, „quae lectio, inquit Wak., primum quidem intuitum feret, sed sequentia pensitantibus haud probabitur, et potissimum, si progrediamur ad v. 499. (i. e. 498. nostrae edit.).“

487. *poterunt*] sic Poor. Brit. 1. 2. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quibus editores recte obtemperant; Ver. Ven. *poterint*, Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. et Brix. *poterit*, quod ex *poterit* ortum videtur.

489. *oculeive revincent*] Bodl. Ver. Ven. *oculi quoque vincent*, Cant. *oculi vere vincent*, Ald. 1. Bon. *oculi atque revincent*, Brit. 2. *oculique revincent*, quod Wak. fortasse verum censet.

492. Ut hunc versum cum Wak. exhibui, legitur in omnibus libris, praeterquam quod in Poor. *Id pro Et*, in Lugd. 2. *mollescit*, in Brit. 2. vero *molescit pro molle sit*, et in Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *egelimum pro et gelidum* apparet. Vulgo hic locus, a Lambino integro versu locupletatus, quem ne Hav. quidem reiecit, sic legitur:

*Quod molle, aut durum est, gelidum, fervensve, seorsum  
Id molle, aut durum, gelidum, fervensve videri.*

Bentleius, licet Lambini versum iure exulare iubeat, librorum tamen lectionem sic vult mutari: *Quid molle, aut durum, gelidum, fervensque, seorsum*. Wak. vero, Codd. auctoritatem defendens, omnem locum sic capiendum esse docet: „Ideoque necesse est, et quod molle sit, et gelidum, fervensve, videri: i. e. ita, ut est, videri, molle, gelidum, vel fervens.“

495. *seorsus*] Lugd. 1. 2. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *seorsum*; „ad quos legendum foret: *Seorsum etiam* etc., sed vulgatis equidem malim stare.“ *Wak.*

496. *Nascuntur*] Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et Brix. *Nascantur*, ob quorum exemplarium fidem venerabilem Wak. locum sic ordinandum censet: „— — seorsus odores: *Nascantur seorsum sonitus, adeoque*, necesse est, Non possint etc.;“ nihilominus vero receptam constructionem faciliorem et explicatiorem praedicat.

498. *reprehendere*] „sic omnes libri [Iunt. et Ald. 2. exceptis], non-reprehendere, [ut vulgo editur,] praeter Lugd. 1. 2., de quibus an vera retulerit Hav., alii dicant.“ *Wak.*

502. *iuxtim*] Nonius, quem Wak. laudat, II, 451. „*Iuxtim pro iuxta*.“ Conf. infra v. 1209. Sueton. Tiber. 33. Apulei. Met. II. p. 121. ibique Oudend.

504. *causas*] Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *causam*.

505. *quoquam*, i. e. in quamcunque partem. Sic autem Wak. edidit cum Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., afferens veteris Glossatoris verba: „*Quoquam, ὅλος ποῦ, ποῖ*.“ Vulgo *quaequam*; Iunt. *quenquam*. Conf. etiam ad I, 429.

V. 511. abest a Lugd. 1. 2. Bodl. Ver. Ven., et in Cant. post v. 519. ponitur, unde Wak. suspicatur „fetus esse glossatoris adulterinum, atque adeo eliminandum;“ quod non

statim crediderim. Facile enim ob ὁμοιοτέλευτον hic versus omitti potuit.

V. 513. desideratur in Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. et (quamvis Gerardus taceat) Brix. (?) Ver. Ven. Ald. 1. Bon., atque ob sensum quoque et orationem valde suspectus est. (Conf. Diss. mea de Lucr. p. 98 s.)

• 516. *parti*] Vind. Brit. 3. Cant. Ald. 1. Bon. *parte*. (Vide ad I, 977. 1104. etc.)

V. 517. a Festo s. v. *obstitum*, quod pluribus exemplis probat, affertur in haec verba desinens *atque obstita necesse est*; omnes vero Lucretii Codd. et vet. editt. *obstipa necessum est*, ut sane ambigi possit, ultra lectio sit praeferenda. Omnium tamen Codd. auctoritas potior esse debet.

518. *Prava*] Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *Parva*, mendose. (Conf. v. 514. et 521., ubi Bodl. et Brit. 2. similiter *parva* exhibent.) De significatione vero et etymologia huius vocis praeter Vossium in Etymol. conf. Gronov. ad Liv. IV, 26. §. 6. — *absona*] Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *obsona*, quae tamen dictio, ut Wak. ait, dubiae est auctoritatis et alieniore sensu. *Absonus* ille est, qui *discrepat*; *obsonus*, qui cuilibet *obstrepit*.

523. De elliptica huius loci ratione conf. quae ad v. 399. et supra ad I, 488. III, 767. aliosque similes locos annotavimus.

524. „*Scruposa*: translatio est a via lapillis inaequali. Vide Festum in *scrupi*, Donatum ad Ter. Andr. V, 4, 37. cum Servio ad Aen. VI, 238. Glossator vetus: *Scruposus*, τραχύς. Prudent. perist. V, 447. notioni luxuriosius inhaeret; qui videndus. “ *Wak.*

• 529. *Propterea*] „sic Codd. emendatissimi et antiquissimi omnium, Lugd. 1. 2., optime; *propterea*, scil. ob corpoream naturam somni: nihil aptius et sequacius. Apud Gellium X, 26. [qui vv. 529. et 530. laudat] Brit. 1. 2. et Bon. [quibus adde Ald. 1.] scribitur *Praeterea*; probante Bentleio, sed Codd. illos castissimos ignorante: qui monet etiam Nonium non aliter legisse; sed grammatici locum equidem non quivi reperire. “ *Wak.* Locus Nonii invenitur VI, 27. (p. 739. Goth.), ubi iidem versus citantur, prior vero corruptissime, hoc modo: *Praeterea pavit, voxque, facitque*. Vind. Cant. Brix. Ver. Ven. *Praeter radit vox*, Poor. Brit. 3. Brix. et Ald. 2. *Praeter radit enim vox* (ut vulgares editt.), Iunt. *Praeter enim radit vox*.

531. *coorta*] Brix. *cohorta*, quod idem est; Bodl. Ver. Ven. *coarta*, et Ald. 1. Bon. *coarcta*. Si locus emendatione egeat, potius *coacta* rescribi posse, Wak. dicit.

533. *redditur*] sic Wak. cum Bodl. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus editt. vett., a quibus lectio Lugd. 1. (haud dubie et 2.) ac Vind. *reditur* non differt. Vulgo tamen *raditur* ex arbitrio editorum, quod ad *rauca* prorsus superfluum est.

V. 534. abest a Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3: Cant. Brix. Ver. Ven.; sed ad sensum omnino est necessarius, et quoad singula verba prorsus Lucretianus. Ceterum in Ald. 1. et Bon. *suis* pro *viis* et *reddit* pro *laedit* legitur e solita literarum similibus confusione.

535. *dubium est*] sic plurimi libri, quos cum vulg. editt. et Eichst. sequutus sum. Wak. *est* omisit cum Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon.

543. Post hunc versum in vulg. editt., a quibus Hav. non recedit, ex Lambini arbitrio, librisque omnibus reclamantibus, inseruntur vv. 553. et 554., quos Wak. primus in iustum ordinem reduxit. In Brit. 2. hoc distichon omnino deest.

545. *sub murmure*] Lugd. 1. Vind. Brit. 2. Cant. Ver. Ven. *sub murmura*, Lugd. 2. *su murmura*; quare Wak. coni. *Q. t. depressom gr. sub murmura m.*, i. e. „quum tuba submugit murmura, graviter depressum aliquid;“ quod, ex mea quidem sententia, mire expressum foret. Imo tam levis et solennis literarum permutatio non statim ad coniecturas excitare debet.

546. Versus a librariis et criticis pariter vexatus. Lectionem, quam nos cum Hav. et Wak. exhibuimus, utpote optimorum Codd. auctoritate probe munitam, Wak. sic explicat: „Et barbara tuba, retro cita (i. e. reflexa) revocat (ob curvaturas numerosas scilicet) raucum bombum.“ Codd. autem sic variant: *Et*] unus Lambini et Vind. *Aut. — revo-* *cat*] Lugd. 2. Vind. Cant. *revorat*, Brit. 1. *reboat*, Brit. 2. *revera*, Bodl. Ver. Ven. *reversa*, Ald. 1. Bon. *reflexa*, — *raucum*] Ver. Ven. *tantum*, Bodl. Brit. 2. *tamen. — retro cita*] Ver. Ven. *retro citra*, Vind. *reco cita*. Voss. coni. *Berecynthia*, quam audacissimam divinationem a Bentleio comprobata miror. Ald. 1. et Bon. autem exhibent *Et reflexa retro dant cornua barbara bombum*, in quibus *reflexa retro* nihil nisi verae lectionis *retro cita* interpretamentum esse patet. — *barbara*] Pius monet, esse, qui *barbita* legant, fulti vett. exemplarium fide. Unus Lambini Cod. *Aut reboant raucum retrocita cornua bombum*, quod in omnes vulgares editt. receptum, alius vero eiusdem liber Ms. levissima varietate *Et reboant r. r. c. b.*, quam lectionem Hemsterh. quoque ad Lucian. Dial Deor. XII. T. I. p. 234. (T. II. p. 281. Bip.) et Ou-

dend. ad Apuleii Met. l. III. p. 183. defendunt. Sed plurimum et meliorum librorum auctoritas spectanda. Ceterum e loco nostro fluxisse Catullianum illum LXIV, 264., alii iam observarunt.

547. Versus non minus impeditus, de quo Wak. sic fere refert: „Lugd. 2. [cui adde Brix. Ver. et Ven.] ita nobis exaratum praestat versiculum: *Et validis nece tortis ex Heliconis*, atque similiter prorsus Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant., nisi quod Lugd. 1. det *nect* pro *nece*, Brit. 1. *nec e tortis*, Brit. 3. *nece torctis*. In Cant. manus recentior supra scripsit *bovibus* inter *validis* et *nece*; quasi de vivis animalibus, quae Bassarides bacchatae dilacerarent, loqui Lucretium intelligeret; sed, opinor, temere. Numeri deficientes in Poor. sic explentur: *Et validi surgunt nece* etc. Pius [cum Ald. 1.] edidit *Vallibus et cycni nece detorti ex Heliconis*, ut, vocula *nece* excepta, quae prorsus desideratur, in Codd. emendatis scriptum invenit.“ — In Iunt. et Ald. 2. versus e conii. sic exhibetur: *Et gelida cycni nece torti ex antro heliconis*; vulgo autem editur *Vallibus et cycni gelidis orti ex Heliconis*, e Lamb. coniectura, quam, quod verbum *orti* attinet, nuper etiam defendit Knebelii Censor Halensis. Faber. conii. *Vallibus et gelidis cycni cōrti ex Hel.*, Hav. vero *Vallibus et cycni mēlicis forte ex Hel.* Wak. sic exarari iussit: *Et valli cycnis, nece tortis, ex Heliconis*, quod nemo facile intelliget. Nos, Eichst. sequuti, plurimorum librorum scripturam mutilam cum Ald. 1. et Bon. lectione coniungere studuimus; eandemque rationem et Knebelius ingressus est, sic vertens:

*Oder wann, nahe dem Tod', in des Helikons schattigen  
Thälern,*

*Trauertönend der Schwan anstimmt sein schmelzendes  
Klaglied.*

550. *emittimus*] „Lugd. 2. *mittimus*; unde tentare possis: *foras quom mittimus ore*: sed obstat Hor. Epist. I, 18, 71.“ *Wak.*

551. *verborum*] ita soli Codd. Lugd. 1. 2. Cant.; reliqui libri omnes *nervorum*, perperam. — *Articulare* legitur etiam apud Arnob. VII. p. 217. Apulei. Florid. XII. [T. II. p. 44. Oud.] Ammian. Marc. XXX, 1. (quos laudat Wak.) et Solin. c. 52. De voce *daedalus* conf. quae annotavimus ad I, 7. et Columna ad Ennium p. 502. (p. 328. Hess.)

552. *Formatura*] „Voce usus est Arnobius II. p. 59.“ *Wak.* Redit statim v. 558., et II, 819. adfuit forma non minus rara *formamentum*, quam et ipsam ab Arnobio assumtam vidimus.

554. *levor*] Lugd. 1. 2. Brit. 1. Cant. Brix. Ver. Ven.

*levo*, Poor. *laeto*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *levis*. — *levore*] Bodl. Brix. Ver. Ven. *leture*, Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 3. Cant. *letiore*, Brit. 1. *vox leta*. Ceterum v. 553. et 554. in vulgatis editt. contra libros inseri post v. 543., supra iam vidimus.

555. *Hoc*, i. e. hoc modo, ut supra v. 361. et saepius. Sic autem pro vulgari *Atque* ex omnibus libris, praeter Iunt. et Ald. 2., *Ac* praebentes, recte Wak. restituit, qui consuli iubet Valcken. ad Eurip. Phoen. 157. — *una* Bentleyi est divinatio, quam Wak. recepit, quum sic diserte exhibeat Brit. 2., et voces *una*, *ima*, *ulla*, *illa* a librariis saepissime commiseri soleant. Ipse tamen Wak. versus 562. aliquatenus ob stare censet, quod equidem non putaverim, siquidem ibi non *quaeque* additur, ut in nostro loco.

562. *sentire*] Lugd. 2. *servare*, Brit. 1. 2. 3. *audire*, ut vulgo editur. Wak., qui plurimorum librorum lectionem revocavit, simul coni. *haurire*, ut apud Virg. Aen. IV, 359. et VI, 559. — *illam*] Ald. 1. Bon. Iunt. *illa*; „quod correctoris est, inquit Wak., non percipientis constructionem: neque internoscere illam sententiam, quae sit.“ Vulgo *hilum* ex editorum arbitrio.

V. 563. affertur a Nonio II, 800. (p. 582. Goth.)

565. *verbum*] ita Wak. edidit cum Lugd. 1. 2., quod optime respondet v. 555 s. et v. 567. Mirum tamen est, reliquos libros Mss. omnes praebere *peditum*, unde in Ald. 1. 2. Bon. Iunt. et omnibus editt. vulgatis factum est *edictum*.

566. *missum*] sic omnes libri, quos Wak. sequutus est. Vulgo *emissum*, quod Alterus, haud dubie per socordiam, Cod. Vind. tribuit.

568. *privas*] Poor. Brit. 1. *primas*. (Conf. ad III, 373. 390. 723.)

570. *incidit*] ita Wak. cum omnibus libris praeter Brit. 3., qui solus favet vulgatae lectioni *accidit*, a Lamb. profectae.

572. *lapis* Wak. edidit e Vind. Brit. 2. 3., a quibus paululum modo differunt Lugd. 1. 2. Cant., *lopis* praebentes; unde factum videtur *locis* in Bodl. Poor. Brit. 1. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quod omnes editt. vulgares servarunt; Ver. Ven. *lapsis*. Fortasse etiam vox *lapis* genere femin. usurpata offendit librarios; de qua re conf. Nonius III, 123. et XI, 52., (ubi *lapis dura* legendum), quem Wak. laudat, atque Schneid. Gr. Lat. II. p. 101., nostri tamen loci oblitus.

574. *bonæ*] sic Wak. cum Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon.; ceteri libri *bene* (ut vulgo editur), praeter Lugd. 2., *vene* exhibentem. Wak. comparat nostri III, 207. Horat. Epist. II, 2, 37. eiusdemque Epist. II, 2, 37.

579. *vidi reddere*] Lugd. 1. 2. *videre odore*; in Brit. 1. versus sic corrumpitur: *Sex etiam aut septem voces loca odore loca.*

581. *repulsantes*] Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. *propulsantes*. — *referri*] sic Wak. cum omnibus fere libris; Vind. Iunt. et Ald. 2. *referre*, ut vulgo legitur. „Ordo est: Ita colles, repulsantes dicta verba, interabant referri (i. e. ὄσσε referri, ita ut referrentur) collibus.“ *Wak.* Ceterum Wak. pro *iterabant* coni. *curabant*, Bentl. vero, si Wak. recte intelligo, *collibus icta V. r. i. ipsi* (vel *ipsa*) *r.*, utrumque praeter necessitatem.

586. *sonus*] ita Wak. edidit e Lugd. 2., quum veteres vocem *sonus* etiam ad quartam declinationem flexisse doceat Nonius VIII, 67. Equidem tamen omnium reliquorum librorum lectionem *sonos* propterea non statim reiecissem.

587. *fundit*] Brix. Ver. Ven. *findit*, Bodl. *fungit*, Brit. 2. *fondit*, quam „poëtae genuinam scripturam“ arbitratur Wak. Conf. V, 1384., ubi idem versus recurrit.

589. *vallamina*] „Hoc Vossius effinxit ex scriptura Codd. Lugd. 1. 2. pro vulgato *velamina*: et idem placuit Heinsio ad Val. Flacc. III, 50. Hanc emendationem tribus de causis admittendam arbitratus sum: quod doctiorem efficiat et exquisitiorem lectionem; quod Lucretius se passim ostendat varietate phraseos delectari, et vulgarem locutionem iam adhibuerit ad I, 929. IV, 5.; quod denique voces *vallo* et *velo* saepiuscule commutatae sint librariis: adeas varr. lectt. ad Ovid. ex P. I, 2, 23. IV, 14, 55. Claud. prim. cons. Stil. II, 189. sext. cons. Hon. 647. rapt. Pros. II, 325. III, 320. idyll. IV, 23. Certe fatendum est. τὸ *vallare* saepius adhiberi de capitum tegumentis terrorem incutientibus, ut e. g. apud Senec. Herc. Oet. 1935.“ *Wak.* Brix. quoque lectio *volamina* receptae lectioni magis favere videtur, quam vulgatae.

591. *ne cesset* Wak. positum habet pro: „adeo, ut revera nunquam cessat, ut Graecorum *ἴνα μὴ παύηται*;“ quare coni. suam *nec cessat*, licet Brit. 2., in quo *nec* legitur, aliquatenus firmatam, in contextum recipere non audet.

592. *Cetera de*] sic Poor. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quos reliquae editt. sequutae sunt; Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. *Petere de*, Ver. Ven. *Potere de*, Brit. 2. *Fetere de*, Brit. 1. 3. Brix. *Praeterea*, quare Wak. coni. *Praeterea in*, sed in contextu nihil novare tutius habet. Versus simillimus legitur V, 843.

596. *auricularum*] Brit. 2. *amicularem*, Bodl. *amicula ramis*, Brix. Ver. Ven. *amicula ramus*. Bentl. coni. *miraclo-rum*; sed librorum lectio longe praefenda, quod summus

criticus ipse etiam sensisse videtur. Sensus aperte hic est: Omnes homines res novas, inprimis miraculosas et portentosas, audire cupiunt et gaudent.

598. *Per loca, quae*] sic Wak. cum Lugd. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Iunt. et Ald., idemque sibi velle videntur Ver. Ven. Ald. 1. et Bon., *Per loca, quas* praebentes. Vulgo *Quae loca per*; „perquam inficete, ut rectissime Wak. iudicat, ob consimilem ordinem similium vocabulorum in sequente versu.“

600. *Colloquium*] sic, vel potius *Conloquium*, plurimi libri, quos Wak. sequutus est; Vind. *Conloquimini*, Pii Codd. Iunt. et Ald. 2. *Cum loquimur*, quod in omnes editt. vulgares receptum. Lamb., qui *Conloquimur* edendum curavit, et alii quidam versum spurium censent, sine causa idonea. Imo Wak. receptam lectionem recte sic explicare videtur: „*Conloquium fieri vel esse, saepe clausis foribus, videmus.*“

602. *renutant*] sic Poor. Cant. Iunt., nec aliter iam Pius legendum esse suaserat; Brit. 1. et Ald. 2. *remutant*, Lugd. 1. *renuntant*, Lugd. 2. *reruntant*, ceteri libri *remittant*. De rariori vocabulo *renutare*, quod legitur etiam apud Prudent. Hamart. 774., et Gifanius loco Afranii apud Nonium I, 70. restituendum putat (conf. Wak.), vide Ruddim. Inst. Gr. I. p. 226. not. 37.

606. *ubi nam* Wak. recepit e Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., a quibus non discedunt Lugd. 1. 2., *ubina*, i. e. *ubi nā*, praebentes; Ald. 1. 2. Bon. Iunt *ubi iam*; vulgo *ubi una*, ex Lambini correctione.

607. *Dissiluit*] Ver. Ven. *Dissolvit*. — *multas*] Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *multis*. — *exorta*] Wak. coni. *extrita*, ob locum V, 1097., sed tamen praeter necessitatem. Ceterum vulgo sic interpungitur: *D. semel in multas exorta, quasi* etc.; Wak. vero verba *in multas* duobus commatibus inclusit, quorum prius delevimus.

610.  *fuerunt*] sic Wak. cum plurimis libris; vulgo *fuerint*, ut Lugd. 2. Brit. 3. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

611. *de rectis*] sic Brit. 1. et Brix., a quibus non dissentiunt Lugd. 1. 2. Cant., *derectis* iunctim exhibentes, quare Wak. recepit, per „ad, secundum vias rectas“ explicatum; Poor. *deiectis*, ceteri libri omnes *directis*, ut vulgo editur.

613. *Saepta supra* Wak. edidit e coniectura, quum in libris tantum non omnibus legatur *Saepe supra*; vulgo *Se supra*, ut in Vind., si collator accuratum se praebuit, Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

614. *clusa*] Brit. 2. *onusa*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *claustra*; sed reliqui libri omnes *clausa*, ut in vulg. editt. vox scribi-



tur. — *viarum*] vox prorsus abest a Vind. Brit. 1. 2. Brix. Ver. Ven., in Brit. 3. suppletur *per aedes*, et in Brit. 1. versus hunc habet exitum: *dum haec clausa transit*. Sed conf. I, 355. *clusa domorum*, et vid. quae ad I, 87. 1040. 1068. etc. annotavimus.

617. *Hoc, qui* (ἀρχαϊκῶς pro quo) *sentimus*, i. e. Haec res, quā sentimus, ut Wak. interpretatur, qui hanc librorum lectionem restituit. Vulgo *Haec queis*, ut Ald. 1. et Bon.; *Nec quis* Iunt. et Ald. 2., quod Bentl. probat. — *succum*] ita Brit. 1. Brix. Ver. Ven.; vulgo *succum*. (Conf. ad II, 684.)

618. *plus operaeque*] sic edidi cum Bodl. Poor. Brit. 3. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon.; Cant. *operae quod*, Brit. 1. *plus operarum*, ceteri libri omnes *plus operae*, unde Wak. fecit *plus operai*, quem Eichst. sequitur. Sed quum probabilius sit, copulam *que* in fine versus omissam esse, inprimis alteri demum voci sententiae adiectam (quod tamen iam ad III, 585. et alibi vidimus), quam vulgarem genitivi formam *ai* in omnibus libris mutatam esse, illud *operaeque* restituendum duxi. Vulgo *plusque operai* contra librorum auctoritatem.

621. *ac siccare coëpit* Wak. scripsit ex omnibus libris praeter Ald. 1. Bon., in quibus *exsiccareque* (ut vulgo), et Iunt. Ald. 2., in quibus *ac siccare recepit* legitur; editoribus nimirum in diaeresi paullo inusitatiori offendentibus, quae tamen a Lucretii consuetudine non abhorret. (Conf. e. g. ad I, 55. 224. IV, 1153. V, 54. 910. VI, 954. etc.)

624. *Hoc* i. e. hoc modo, ut supra v. 361. 555. et alibi. Sic autem Wak. reposuit e melioribus libris; Brix. *Hac*, Ver. *Hec*, Vind. Poor. Brit. 2. 3. Ven. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *Haec*, quod in vulg. editt. receptum. — *manantis*] Retinui vulgarem lectionem, licet tantum a Vind. Poor. Brit. 1. 3. Iunt. et Ald. 2. suppeditatam. Ceteri libri *manantes*, quod Wak. recepit quidem ut exquisitius, sed non explicavit, Eichst. vero retinuit, more suo *mananteis* scriptum.

626. *linguae sudantia templa*] Conf. ad I, 121. Ennius contra apud Cic. N. D. II, 18. fin. (p. 327. Hess.) *palatum coeli* commemorat, ad quem locum Columna Lucretii non oblitus est. Wak. comparat Sidon. Apoll. IX, 7., ubi *came-ram palati* legimus, et Isidorum Orig. XI, 1. sic scribentem: „*Palatum nostrum, sicut coelum, sursum est positum: et inde palatum a polo, per derivationem: sed et Graeci similiter palatum ὀψρανὸν appellant, eo quod pro sui concavitate coeli similitudinem habeat.*“

629. *fine*] sic Hav. et Wak. cum plurimis libris; nec

aliter Bentl. scribendum censet ad Horat. Od. II, 18, 30. Vulgo *in fine*, ut Vind. Brit. 1. 2.; Bodl. Ver. Ven. *sine*.

630. *vero*] Bodl. Vind. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *vere*; quod Wak. sic explicat: „non modo ad finem palati sucus venerit, sed *re vera* deorsum per fauces descenderit;“ sed antiquissimis membranis vulgatam lectionem defendentibus nihil mutandum censet.

632. *quidquam*] Ver. Ven. *quiquam*, quare Wak. suspicatur *quoiquam*.

633. *concoctum*] Brit. 3. *concretum*. — *possis*] Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brix. *posses*.

634. *humectum* editores receperunt e solis Ald. 1. 2. Bon. Iunt., sed hæud dubie rectissime. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. *humidum*, Ver. Ven. *umidum*, quod ex interpretamento ortum videtur; Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 2. *vividum*, iisdem literarum ductibus.

635. *quæ*, i. e. quomodo, Wak. ex omnibus libris restituit. Vulgo *cur* ex arbitrio editorum.

V. 638. Nonius citat II, 207., vocemque rariorem *diferitatem* per *differentiam* interpretatur; de qua conf. etiam Ruddim. Inst. Gr. I. p. 121. fin. Assumpsit eam Arnobius VII. p. 228. et alibi.

639. *fuat*] Lugd. 2. Vind. Brit. 1. 3. Brix. *fuit*. De forma *fuat* conf. Nonius II, 330.

640. Sequutus sum Wak., librorum lectiones recte defendentem et hoc modo explicantem: „Est itaque, ut (ubi, vel quando) serpens, quæ tacta est salivis hominis, disperit.“ Vulgo tamen *Est utique, ut serpens hominis contacta salivis*, cui lectioni favent modo Vind. et Brit. 1. *utique*, idemque Vind. et Brit. 2., *contacta* praebentes. Ceterum Wak., quum pluralis *salivis* de uno homine dictus suspicionem moveat, quod mihi secus videtur, coni. *saliva est*; quod per compendium scriptum *salivast*, facile in *salivas*, inde vero in *salivis* mutari potuerit.

642. *veratrum*] Bodl. Ver. Ven. *veretrum*. Lamb. et Wak. ad h. l. laudant Arnobium I. p. 8. „Veratrum venenum est hominibus“ Diog. Laërt. IX, 9. §. 80. „καὶ τὸ κώνειον ὄρνυμι μὲν τροφίμον, ἀνδρώπῳ δὲ θανάσιμον,“ et Plin. H. N. X, 23. „Coturnicibus veratri semen gratissimus cibus.“

643. De plurali *adipes* conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 145. et Schneid. Gramm. Lat. II. p. 387.

644. *Id quibus ut fiat*] sic omnia antiqua exemplaria, quibus iure Wak. obtemperavit; vulgo *Ut, quibus id fiat*.

649. *circumcaesura*] idem volunt Vind. Poor. Brit. 1.

2. 3. Brix., *circumcessura*, et Ver. Ven., *circumcesura* exhibentes; Ald. 1. et Bon. vero *circum textura*. Conf. ad III, 220.

650. *constant* Wak. revocavit ex omnibus libris, locum sic interpretatus: „eadem est ratio constitutionis in seminibus, ac in extimis figuris animantium: dissimilitudo scilicet.“ Vulgo *distant*, quod Gifan. e veteribus libris se restituisse praedicat, qua de re nobis liceat dubitare. — *figura*] Lugd.

1. *figuris*, Brit. 2. *figuram*.

652. *perhibemus*] Brit. 2. *perhibendum*, mendose.

654. *maioraque*] idem Brit. 2. non minus perverse *minoraque*.

655. *triquetra*] Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *triquatria*, Poor. Cant. *triquatra*, Brit. 1. *triquetria*. (Conf. ad I, 718.) — *aliis* semel modo apparet in Brit. 1. 2. 3. et Ven.

657. *ratio ut*] sic Wak. cum plurimis libris; vulgo *ut ratio* cum Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

660. *Hoc*, scil. modo, Wak. ex omnibus libris restituit pro vulgari *Ergo*, quod editorum audaciae debetur. Conf. supra ad v. 555. et 624.

661. *Illi, quoi* Wak. in contextum revocavit loco vulgatae lectionis *Illis, queis*, quam ne unum quidem vetus exemplum nec scriptum nec impressum agnoscit; Bon. modo dat *qui*, et Poor. Cant. *cū* pro *quoi* seu *cui*. — *corpore*] sic idem Wak. cum libris fere omnibus; vulgo *corpora*, ut Vind. Brit. 2. Iunt. et Ald. 2.

662. *Contractabiliter*] sic Wak. scripsit cum plurimis libris; vulgo *Contrectabiliter*, ut in Iunt. et Ald. 2.; Brit. 2. *Contabiliter*. Wak. hoc adverbium explicat „mollem per tractionem,“ melius Eichst. in indice: „*ut contrectari innoxie queat*.“

664. *Aspera nimirum*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 2. 3. Ver. Ven. *Asper animorum*, Brit. 1. *Aspera minorum*. — *penetrant*] Brit. 1. *penetratur*, Brit. 2. *penetranat*, Brit. 3. *penetras*.

665. *facile est ex his*] Hunc ordinem verborum e Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 3. Cant. et omnibus editt. vett., praeter Iunt. et Ald. 2., Wak. restituit; vulgo *facile est ex his est*. — *Est omnino non comparet* in Brit. 2.; *facilis autem* in Lugd. 2. ortum est e scriptura compendiaría *facilest*.

666. *bili*] Brit. 2. *bile*, quare Wak. suspicatur *bile exsuperante*.

667. *aliqua est*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *aliqua*, Brix. *aliquas*, Brit. 2. *aliquatius*, Brit. 3. *aliqua si*.

668. *Perturbatur*] Brit. 2. *Perturbat*. — *iam totum* Wak. edidit cum libris tantum non omnibus; Iunt. et Ald. 2. *totum iam*, ut vulgo legitur.

criticus ipse etiam sensisse videtur. Sensus aperte hic est: Omnes homines res novas, imprimis miraculosas et portentosas, audire cupiunt et gaudent.

598. *Per loca, quae*] sic Wak. cum Lugd. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Iunt. et Ald., idemque sibi velle videntur Ver. Ven. Ald. 1. et Bon., *Per loca, quas* praebentes. Vulgo *Quae loca per*; „perquam inficete, ut rectissime Wak. iudicat, ob consimilem ordinem similium vocabulorum in sequente versu.“

600. *Colloquium*] sic, vel potius *Conloquium*, plurimi libri, quos Wak. sequutus est; Vind. *Conloquimini*, Pii Codd. Iunt. et Ald. 2. *Cum loquimur*, quod in omnes edit. vulgares receptum. Lamb., qui *Conloquimur* edendum curavit, et alii quidam versum spurium censent, sine causa idonea. Imo Wak. receptam lectionem recte sic explicare videtur: „*Conloquium fieri vel esse, saepe clausis foribus, videmus.*“

602. *renutant*] sic Poor. Cant. Iunt., nec aliter iam Pius legendum esse suaserat; Brit. 1. et Ald. 2. *remutant*, Lugd. 1. *renuntant*, Lugd. 2. *reruntant*, ceteri libri *remittant*. De rariori vocabulo *renutare*, quod legitur etiam apud Prudent. Hamart. 774., et Gifanius loco Afranii apud Nonium I, 70. restituendum putat (conf. Wak.), vide Ruddim. Inst. Gr. I. p. 226. not. 37.

606. *ubi nam* Wak. recepit e Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., a quibus non discedunt Lugd. 1. 2., *ubina*, i. e. *ubi nā*, praebentes; Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *ubi iam*; vulgo *ubi una*, ex Lambini correctione.

607. *Dissiluit*] Ver. Ven. *Dissolvit*. — *multas*] Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *multis*. — *exorta*] Wak. coni. *extrita*, ob locum V, 1097., sed tamen praeter necessitatem. Ceterum vulgo sic interpungitur: *D. semel in multas exorta, quasi* etc.; Wak. vero verba *in multas* duobus commatibus inclusit, quorum prius delevimus.

610.  *fuerunt*] sic Wak. cum plurimis libris; vulgo *fuerint*, ut Lugd. 2. Brit. 3. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

611. *de rectis*] sic Brit. 1. et Brix., a quibus non dissentiunt Lugd. 1. 2. Cant., *derectis* iunctim exhibentes, quare Wak. recepit, per „ad, secundum vias rectas“ explicatum; Poor. *deiectis*, ceteri libri omnes *directis*, ut vulgo editur.

613. *Saepta supra* Wak. edidit e coniectura, quum in libris tantum non omnibus legatur *Saepe supra*; vulgo *Se supra*, ut in Vind., si collator accuratum se praebuit, Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

614. *clusa*] Brit. 2. *onusa*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *claustra*; sed reliqui libri omnes *clausa*, ut in vulg. edit. vox scribi-

tur. — *viarum*] vox prorsus abest a Vind. Brit. 1. 2. Brix. Ver. Ven., in Brit. 3. suppletur *per aedes*, et in Brit. 1. versus hunc habet exitum: *dum haec clausa transit*. Sed conf. I, 355. *clusa domorum*, et vid. quae ad I, 87. 1040. 1068. etc. annotavimus.

617. *Hoc, qui* (*ἀρχαῖκῶς* pro *quo*) *sentimus*, i. e. Haec res, quā sentimus, ut Wak. interpretatur, qui hanc librorum lectionem restituit. Vulgo *Haec quis*, ut Ald. 1. et Bon.; *Nec quis* Iunt. et Ald. 2., quod Bentl. probat. — *succum*] ita Brit. 1. Brix. Ver. Ven.; vulgo *succum*. (Conf. ad II, 684.)

618. *plus operaeque*] sic edidi cum Bodl. Poor. Brit. 3. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon.; Cant. *operae quod*, Brit. 1. *plus operarum*, ceteri libri omnes *plus operae*, unde Wak. fecit *plus operai*, quem Eichst. sequitur. Sed quum probabilius sit, copulam *que* in fine versus omissam esse, inprimis alteri demum voci sententiae adiectam (quod tamen iam ad III, 585. et alibi vidimus), quam vulgarem genitivi formam *ai* in omnibus libris mutatam esse, illud *operaeque* restituendum duxi. Vulgo *plusque operai* contra librorum auctoritatem.

621. *ac siccare coëpit* Wak. scripsit ex omnibus libris praeter Ald. 1. Bon., in quibus *exsiccareque* (ut vulgo), et Iunt. Ald. 2., in quibus *ac siccare recepit* legitur; editoribus nimirum in diaeresi paullo inusitatiori offendentibus, quae tamen a Lucretii consuetudine non abhorret. (Conf. e. g. ad I, 55. 224. IV, 1153. V, 54. 910. VI, 954. etc.)

624. *Hoc* i. e. hoc modo, ut supra v. 361. 555. et alibi. Sic autem Wak. reposuit e melioribus libris; Brix. *Hac*, Ver. *Hec*, Vind. Poor. Brit. 2. 3. Ven. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *Haec*, quod in vulg. editt. receptum. — *manantis*] Retinui vulgarem lectionem, licet tantum a Vind. Poor. Brit. 1. 3. Iunt. et Ald. 2. suppeditatam. Ceteri libri *manantes*, quod Wak. recepit quidem ut exquisitius, sed non explicavit, Eichst. vero retinuit, more suo *mananteis* scriptum.

626. *linguae sudantia templa*] Conf. ad I, 121. Ennius contra apud Cic. N. D. II, 18. fin. (p. 327. Hess.) *palatum coeli* commemorat, ad quem locum Columna Lucretii non oblitus est. Wak. comparat Sidon. Apoll. IX, 7., ubi *came-ram palati* legimus, et Isidorum Origg. XI, 1. sic scribentem: „*Palatum nostrum, sicut coelum, sursum est positum: et inde palatum a polo, per derivationem: sed et Graeci similiter palatum οὐρανόν* appellant, eo quod pro sui *concauitate* coeli similitudinem habeat.“

629. *fine*] sic Hav. et Wak. cum plurimis libris; nec

aliter Bentl. scribendum censet ad Horat. Od. II, 18, 30. Vulgo *in fine*, ut Vind. Brit. 1. 2.; Bodl. Ver. Ven. *sine*.

630. *vero*] Bodl. Vind. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *vere*; quod Wak. sic explicat: „non modo ad finem palati sucus venerit, sed *re vera* deorsum per fauces descenderit;“ sed antiquissimis membranis vulgatam lectionem defendentibus nihil mutandum censet.

632. *quidquam*] Ver. Ven. *quiquam*, quare Wak. suspicatur *quoiquam*.

633. *concoctum*] Brit. 3. *concretum*. — *possis*] Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brix. *posses*.

634. *humectum* editores receperunt e solis Ald. 1. 2. Bon. Iunt., sed haud dubie rectissime. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. *humidum*, Ver. Ven. *umidum*, quod ex interpretamento ortum videtur; Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 2. *vividum*, iisdem literarum ductibus.

635. *quī*, i. e. quomodo, Wak. ex omnibus libris restituit. Vulgo *cur* ex arbitrio editorum.

V. 638. Nonius citat II, 207., vocemque rariorem *differentiam* per *differentiam* interpretatur; de qua conf. etiam Ruddim. Inst. Gr. I. p. 121. fin. Assumsit eam Arnobius VII. p. 228. et alibi.

639. *fuat*] Lugd. 2. Vind. Brit. 1. 3. Brix. *fuit*. De forma *fuat* conf. Nonius II, 330.

640. Sequutus sum Wak., librorum lectiones recte defendentem et hoc modo explicantem: „Est itaque, ut (ubi, vel quando) serpens, quae tacta est salivis hominis, disperit.“ Vulgo tamen *Est utique, ut serpens hominis contacta salivis*, cui lectioni favent modo Vind. et Brit. 1. *utique*, idemque Vind. et Brit. 2., *contacta* praebentes. Ceterum Wak., quum pluralis *salivis* de uno homine dictus suspicionem moveat, quod mihi secus videtur, coni. *saliva est*, quod per compendium scriptum *salivast*, facile in *salivas*, inde vero in *salivis* mutari potuerit.

642. *veratrum*] Bodl. Ver. Ven. *veretrum*. Lamb. et Wak. ad h. l. laudant Arnobium I. p. 8. „Veratrum venenum est hominibus“ Diog. Laërt. IX, 9. §. 80. „καὶ τὸ κάπνιον ὄρνυι μὲν τροφίμου, ἀνθρώπων δὲ θανάσιμου,“ et Plin. H. N. X, 23. „Coturnicibus veratri semen gratissimus cibus.“

643. De plurali *adipes* conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 145. et Schneid. Gramm. Lat. II. p. 337.

644. *Id quibus ut fiat*] sic omnia antiqua exemplaria, quibus iure Wak. obtemperavit; vulgo *Ut, quibus id fiat*.

649. *circumcaesura*] idem volunt Vind. Poor. Brit. 1.

2. 3. Brix., *circumcessura*, et Ver. Ven., *circumcesura* exhibentes; Ald. 1. et Bon. vero *circum textura*. Conf. ad III, 220.

650. *constant* Wak. revocavit ex omnibus libris, locum sic interpretatus: „ eadem est ratio constitutionis in seminibus, ac in extimis figuris animantium: dissimilitudo scilicet.“ Vulgo *distant*, quod Gifan. e veteribus libris se restituisse praedicat, qua de re nobis liceat dubitare. — *figura*] Lugd. 1. *figuris*, Brit. 2. *figuram*.

652. *perhibemus*] Brit. 2. *perhibendum*, mendose.

654. *maioraque*] idem Brit. 2. non minus perverse *minoraque*.

655. *triquetra*] Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *triquatria*, Poor. Cant. *triquatra*, Brit. 1. *triquetria*. (Conf. ad I, 718.) — *aliis* semel modo apparet in Brit. 1. 2. 3. et Ven.

657. *ratio ut*] sic Wak. cum plurimis libris; vulgo *ut ratio* cum Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

660. *Hoc*, scil. modo, Wak. ex omnibus libris restituit pro vulgari *Ergo*, quod editorum audaciae debetur. Conf. supra ad v. 555. et 624.

661. *Illi, quoi* Wak. in contextum revocavit loco vulgatae lectionis *Illis, queis*, quam ne unum quidem vetus exemplum nec scriptum nec impressum agnoscit; Bon. modo dat *qui*, et Poor. Cant. *cū* pro *quoi* seu *cui*. — *corpore*] sic idem Wak. cum libris fere omnibus; vulgo *corpora*, ut Vind. Brit. 2. Iunt. et Ald. 2.

662. *Contractabiliter*] sic Wak. scripsit cum plurimis libris; vulgo *Contrectabiliter*, ut in Iunt. et Ald. 2.; Brit. 2. *Contabiliter*. Wak. hoc adverbium explicat „ mollem per tractationem,“ melius Eichst. in indice: „ *ut contrectari innoxie queat*.“

664. *Aspera nimirum*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 2. 3. Ver. Ven. *Asper animorum*, Brit. 1. *Aspera minorum*. — *penetrant*] Brit. 1. *penetratur*, Brit. 2. *penetranat*, Brit. 3. *penetras*.

665. *facile est ex his*] Hunc ordinem verborum e Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 3. Cant. et omnibus editt. vett., praeter Iunt. et Ald. 2., Wak. restituit; vulgo *facile ex his est*. — *Est omnino non comparet* in Brit. 2.; *facilis* autem in Lugd. 2. ortum est e scriptura compendiaria *facilest*.

666. *bili*] Brit. 2. *bile*, quare Wak. suspicatur *bile exsuperante*.

667. *aliqua est*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *aliqua*, Brix. *aliquas*, Brit. 2. *aliquatius*, Brit. 3. *aliqua si*.

668. *Perturbatur*] Brit. 2. *Perturbat*. — *iam totum* Wak. edidit cum libris tantum non omnibus; Iunt. et Ald. 2. *totum iam*, ut vulgo legitur.

669. *Commutantur*] Bodl. Ver. Ven. *Commutentur*, Brix. *Commutetur*. „His ergo libris sponsoribus rescribendum foret ad hunc modum non inepte: — — *ut omnes Commutentur*: sed levibus de causis novare infructuosum esset, atque, obstante maiore Codd. numero, etiam temerarium.“ *Wak.*

674. *supera* Wak. sumit pro *supera via* positum; quod non prorsus intelligo. Mihi nihil nisi antiquior forma adverbii *supra* esse videtur, de qua vid. ad III, 386. et V, 1406. Ceterum hic versus paullulum mutatus iam adfuit I, 430.

675. *adiectus*] Iunt. *obiectus*. — *odoris*] Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *odore*, Cant. *odores*.

677. *volvat*] Lugd. 2. in margine *solvat*, quod Wakefieldo pervenustum videtur, qui tamen recte monet, aliquantulum obstare Virgilium Aen. XII, 591. Magis etiam obstat omnium librorum auctoritas, ut illud *solvat* coniectura potius librarii vel grammatici alicuius haberi debeat.

678. *Et* Wak. revocavit ex omnibus libris, cui Iunt. et Ald. 2., quas editt. vulgares sequuntur, *Nam* substituunt.

683. *permissa*] sic unus Lugd. 2., cui obtemperarunt Hav. et Wak., qui longus est ad h. l.; Brit. 2. *provisa*, ceteri libri omnes *promissa*, ut vulgo editur.

695. *facileis*] sic scripsi cum Wak., qui locis Martial. spect. XXVI, 2. Ovid. Epist. XVIII, 45. aliisque comparatis docet, *facileis* esse quartum casum, cum *auras* coniungendum. Vulgo *facilis* casu recto singularis.

697. *atque recedere*] Lugd. 1. Bodl. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *atque praecedere*, Poor. Brit. 1. Ald. 1. Bon. *ac praecedere*, Cant. Iunt. Ald. 2. *ac procedere*. Sed vide II, 1128.

699. *collabefacta*] Ald. 1. Bon. *non labefacta*; Pius coni. *concalesfacta*, quod Iunt. recepit. Sed omnium fere librorum lectio praestat. Conf. nostri locus simillimus I, 493. et Virg. Aen. VIII, 390, quos comparare Wak. non neglexit.

700. *creatum*, scil. odorem. Sic tamen pauca modo exemplaria; Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *creatam*, quod non apparet quo referri possit.

701. *quam vox*] sic omnes libri (nam Bodl. *quam vox* varia lectio haberi nequit); quos Wak. sequutus est. Vulgo *voci* e superflua Lambini coniectura, non intelligentis, locum per ellipsin satis notam esse explicandum: *quam quibus vox creata est*. — *quoniam*] Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *quamquam*, Brit. 2. *cum*, i. e. *quum*, seu *quoniam* per compendium scriptum.

702. *qua*] Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *quo*, non deterior. Sed plures et meliores libri audiendi.



706. *calida*] Brit. 2. *calidi*. — *sensum*] Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *sensus*.

712. *Quin*] servavi cum Eichst. vulgarem lectionem, quam Wak. ob unius Lugd. 2. corruptam lectionem *Qur* in *Quur* mutavit. — *explodentibus*] sic antiquiori modo scriptum Wak. invenit in margine Brit. 1., cui scripturae favet Diomedes I. p. 378. P., quem Wak. laudat. (Conf. etiam Schneid. Gr. Lat. I. p. 58 ss.) Vulgo *explaudentibus*; Brit. 2. Ver. Ven. *explandentibus*, Lugd. 2. *explendentibus*, Cant. *expandentibus*.

713. *voce vocare*] Conf. Virg. Aen. IV, 680. VI, 506. et saepius. Vid. etiam supra ad III, 568.

714. *Nenu queunt*] Sic duo Lamb. Codd. et, si vere tacuit Hav., Lugd. 1.; Lugd. 2. Bodl. *Noenu queunt*, Cant. *Nocnu queunt*; veritati proxime, Bodl. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *Nec nequeunt*, Ald. 1. Bon. *Quem nequeunt*, Poor. *Hoc nequeunt*, Brit. 1. *Hos nequeunt*, Iunt. Ald. 2. *Hunc nequeunt*, Brit. 2. *Non queunt*, Vind. *queunt*, vacuo spatio relicto. Quas turbas omnes excitavit vox obsoleta *nenu* pro *non*, quae iam adfuit III, 200., ubi vide annotationem. — *rapidei*] „Malle *rabidei*“ *Wak.*; cui assentiri non possum.

722. *in remorando*] sic Wak. edidit e Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant., quibus e meis libris consentiunt Brix. et Iunt. Ceteri libri *in remeando*, ut vulgo editur.

723. *ne*] Lugd. 2. Brit. 1. 2. *non*; quare Wak. coni. *ut remorando Laedere non possint*.

725. *percipe*] Brit. 1. 2. *accipe*, quod ex praecedente versu irrepsit.

726. Conf. Virg. Aen. VII, 89., aperte Lucretium sequutus.

732. *per rara*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *per aëra*.

735. *fauces*] sic Wak. cum Pii Codd. Bodl. et Iunt. rectissime edidit, comparans v. c. Ovid. Met. XIV, 65. Ceteri libri omnes *facies*, ut vulgo.

V. 736., prioribus verbis transpositis, iam adfuit I, 136. De formula *morte obita* passive capienda conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 300. not. 8.

737. *Omne genus*] Lugd. 1. 2. Brit. 1. *Omnigenus*, Bodl. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. et omnes editt. vet. praeter Iunt., veram lectionem praebentem, *Omnigenum*. De formula illa *omne genus*, alibi etiam a Lucretio absolute posita, iam dictum ad I, 164. Wak. hic quidem comparat Sueton. Tit. 7. Domit. 4. Catull. CXI, 3. Gellium XIX, 4. Anson. Mos. 310. Solinum c. 15. Catonem R. R. c. 8. Varronem R. R. I, 14. §. 3. Similiter *Quod, hoc, id genus* sexcenties apud Lucretium ab-

solute usurpantur (v. c. *quod g.* III, 222. 267. 277. 328. 432. 596. *hoc g.* VI, 918. *id g.* VI, 113. etc.)

738. *fiunt*] Lugd. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *fluunt*; quare Wak. coni. *fluvunt*, (ut II, 464. et 466. *fluidus* pro *fluidus* legitur) coll. Vossio de art. gramm. II, 13. fin.

740. *quae*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *quo. — conficiunt*] sic Wak. edidit e Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus edit. vet.; Lugd. 1. 2. *confiunt*; vulgo *consistunt* e Lambini coniectura, a Codd. vestigiis nimium recedente. Ordinem et constructionem Wak. sic exponit: „Et quas imagines simulacra, ex horum duorum figuris facta, confingunt.“

742. *animai*] i. e. vitae; sic autem Wak. cum Poor. Brit. 1. 2. 3. et cunctis edit. vet.; Pii Codd. quidam *animantum*, Lugd. 1. 2. *anima*, Vind. *animal*; vulgo *animalis*.

744. *Haerescit*] Ver. Ven. *Hacrescit*, Brix. *Haerescit*, Brit. 3. *Hoc crescit*, Vind. Brit. 1. *Acrescit*, Poor. *Acrescit*.

752. *simile est illi*] sic Wak. restituit ex omnibus fere libris, loco sic constructo et explicato: „Quatenus hoc simile est illi, (nempe imago in mente imagini, quae lacessit oculos) necesse est id, quod mente videmus, atque id, quod oculis videmus, simili fieri ratione utrobique.“ Vulgo *oculis*, e Lambini coniectura, cui favet ex omnibus libris unus modo Brit. 3.

754. *docui quoniam*] sic Wak. cum omnibus libris; vulgo *quoniam docui*. — *leonum* idem Wak. e plurimis libris revocavit pro vulgari *leones*, quod comparet in Vind. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. Constructio aperte sic procedit: *quoniam docui*, me forte per simulacra leonum cernere *leones*. Sensum totius loci autem, cui hyperbaton inesse dicit, Wak. sic exponit: „Leo, quem mens concipit, idem est prorsus leoni, quem oculi cernunt: ne dubites igitur, utramque imaginem per simulacra incidentia generari. Sequitur ergo *per simulacra leonum* (i. e. ex his leonum simulacris, pro exemplo adhibitis) quae tam oculos, quam mentem, feriunt consimili quodam modo, caetera etiam omnia, quae mens cernit, aequè atquè oculi, non alio pacto cerni, quam quo leones cernuntur.“ Simplicius mihi videtur, si per notissimam ellipsin copulae *et* ante *ceteri*, *reliqui*, *omnes*, *alii* etc. (de qua conf. praeter alios Ramshorn. Gr. Lat. §. 179.) locum sic expediamus: scire licet, mentem simili ratione (atque oculi) moveri per simulacra leonum *et cetera simulacra* (i. e. aliarum rerum simulacra), quae videt aequè atque oculi etc.; quare comma a Wak. post *moveri* insertum rursus delevi.

Nec tamen silentio praetermittendum, illud *et*, quod sup-  
plendum esse dixi, vere legi in Ald. 1. 2. Bon. Iunt., sed li-  
bris Mss. reclamantibus. Vulgo coniungunt *per simulacra*  
*leonum cetera*, in quibus *cetera* pro *alia* positum esse volunt,  
minus probabiliter.

760. *nisi qua*] sic Wak., Brit. 1. sequutus, cum quo Ver.  
Ven. consentire videntur, *que* praebentes. Ceteri libri *nisi*  
*quod*, ut vulgo, quod fortasse e v. 758. huc translatum est.

763. *Reddita vita*] sic Hav. et Wak. cum plurimis li-  
bris, ut *reddere* quartae coniug. per archaismum positum sit  
pro *redderè*; de quo conf. Nonius VII, 75. et Plaut. Cas. I,  
1, 41. Men. V, 7, 59., ubi *reddibo* pro *reddam*, eiusdemque  
Epid. I, 1. 22., ubi *reddibitur* pro *reddetur* legimus. — Poor.  
Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. et vulgares edit. praebent *Reddita*  
*vitaï*. Faber. coni. *Reddita vitaï iam pausa*, Gronov. ad Sen.  
Oed. 271. *Reddita vitaï iam sors*. Wak. autem, Codd. lectio-  
nem defendens, *reddere* pro simplici *dare*, *mortem* autem pro  
*interitu* capiendum esse dicit, hoc sensu: „Ut videamur cer-  
nere eum, quem mors vitae, iam data, vel illata, et terra,  
potita est;“ quod fateor me non intelligere. Quidni locum  
simplicissima ratione ita intelligamus: Ut eum cernere videa-  
mur, qui, vitâ, quam a natura acceperat, huic ipsi naturae  
redditâ, iam diu mortuus et humatus est? *Potiri* enim cum  
quarto casu constructum vidimus iam ad II, 653. et III, 1051.

765. *effectei* lectio est optimorum librorum, Lambino  
iam non improbata, a Hav. et Wak. recepta; Bodl. Brit. 3.  
Brix. Ver. Ven. *effecti*, Brit. 2. Ald. 1. Bon. *effoeti* vel *effeti*,  
Ald. 2. *affectedi*. *Effecti* Lamb. recte interpretatur „obstructi  
et somno, quasi obice quodam, impediti.“ Similiter V, 774.  
legimus *effectum lumen*, quem utrumque locum confudit  
Ruddim. Inst. Gr. II. p. 224. not. 30., plura exempla afferens  
verborum neutrorum, quorum participia passive usurpentur.  
Praeterea conf. I, 338. II, 784. V, 887. etc.

767. *meminisse*] Ald. 1. Bon. Iunt. *mens ipsa*; editori-  
bus nimirum non intelligentibus, infinitivum hic substantivi  
munere fungi et sententiae subiectum esse, qua de re iam  
saepius dictum. Conf. etiam infra v. 837 s. 844 ss. etc.

768. *dissentit*] Brit. 2. *discernit*, ut Creech. coniecerat;  
Brit. 3. *discendit*. — *mortis letique potitum*] De verbo *potiri*  
cum genitivo constructum conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 288.  
not. 14. et Ramsh. Gr. Lat. §. 111. extr. Wak. laudat Plaut.  
Capt. I, 1, 24. et Ter. Phorm. III, 1, 5.

770 ss. Locus admodum lubricus, ex quo apparet, quan-  
tae turbae iam ante omnium Codd. nostrorum aetatem in  
Lucretio motae sint; quod quum longius foret hic exponere,

remittam lectores ad ea, quae in Diss. mea de Lucretio p. 65 ss. super eo disputata sunt.

772. *Nam*] Bodl. Ver. Ven. *Iam*. Vid. supra v. 606.

773. *Hoc*] sic Wak. cum Brit. 2. 3. (Conf. v. 624. huius libri.) Ceteri libri, quos vulgares editt. sequuntur, *Quippe*, quod Wak. glossam habet e margine importatam.

774. *Inde*, i. e. postea, *ἐνθα*, ut Wak. recte interpretatur, qui primus ex omnibus libris restituit. Vulgo *Endo* ex Lambini coniectura prorsus superflua. — *hic*] sic (vel potius *heic*) Wak. ex omnibus libris edidit; vulgo *haec* ex editorum arbitrio.

Vss. 776 — 778., qui vulgo omittuntur, Wak. ex omnibus libris praeter Vind., qui tamen non accurate collatus est, restituit, sed numerorum serie exclusos, ita tamen, ut v. 777. pro *quovis* legi malit *quoivis*. *Suppeditare* neutra significatione iam adfuit I, 1039., ubi vide, quae annotavimus. De voce *sensibilis*, alias Lucretio incognita, ut de omnibus his versibus, conf. Diss. mea l. c.

779. *quaeruntur*] Ald. 1. Bon. Iunt. *quaerendum*.

781. *libido*] sic omnes libri, quos cum vulgatis editt. non deserui. Wak. *lubido*, Velio Longo p. 2216. P. obsequutus. Ordo verborum secundum Wak. est hic: „Qua remens cogitet id ipsum, *secundum*, vel *κατὰ*, quod libido cuique venerit.“ Lambinus bene comparat Ciceronis locum simillimum de N. D. I, 15. Wakefieldo etiam laudatum.

789. *omneis*] sic Wak. scripsit pro vulgari *omnis*, „quum multo convenientius loco sit *omneis res*, quam *omnis animus*.“

790 ss. Wak. comparat Virg. Ecl. VI, 28. et Aen. VIII, 452.

794. *madent*] sic Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. Cant., quos editores recte sequuti sunt, Turnebo etiam Adverss. XIII, 20. suasore; ceteri omnes *valent* (Brix. *valens*), minus bene. Wak. laudat Cic. de fin. III, 2. (*artibus infici*) Martial. I, 40, 3. (*madidus artibus*) Horat. Od. III, 21, 9. (*madet sermonibus*) Propert. IV, 4, 74. (*madent fercula deliciis*) Prudent. perist. X, 463. (*aurae madentes aromatum*) Auson. Ephem. n. 156. v. 3. (*madeant obsonia gustu*) eundemque comm. profess. XV. (n. 205.) v. 2. (*mens melle madens*.) Heinsius parum feliciter coni. *Scilicet artem eadem simulacra edocta vagantur*.

796. *uno*] Pii Codd., quos, ut solet, sequitur Iunt., *illo*.

797. Versus, quomodocunque legatur vel explicetur, durissimus, quem propterea Lamb. Faber. Creech. alique spurium censuerunt, Wak. vero, quum ab omnibus libris suppeditetur, defendit, locum sic interpretatus: „An ob hanc causam varios motus simulacrorum tuimur, quia tem-

porum diversorum motus unum tempus complectitur? quemadmodum, quoties una vox emittitur, quamvis uno tempore dicatur mitti, plura tempora gradatim absolvuntur, unicuique scilicet literae gradatim exprimendae impensa. “ *Consentimus id* (scil. ita esse) Wak. praebet cum omnibus libris; vulgo *Cum sentimus. — ut*] sic Iunt. et Ald. 2., quas editores sequuntur; ceteri libri *est*, quasi voluissent: *Consentimus: id est* etc., ut haec verba contineant explicationem vocis *consentire*.

800. *sint*] Lugd. 2. *sin*, Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *in. — locos*] sic Wak. cum omnibus libris praeter Poor. Brit. 3., cum vulg. editt. *locis* praebentes. — *quosque* praebent Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., e quibus Wak. recepit; ceteri libri *quisque*, unde vulg. editt. fecerunt *queisque*.

801. *Tanta est mobilitas et rerum*] Brix. *Tantaque mob. rerum stet*, Lugd. 1. Vind. Brit. 1. 2. 3. Ver. Ven. *Tanta mob. stet rerum*, Lugd. 2. *Tanta mobilitas et rerum*, Ald. 1. *Tanta mob. et rerum*, Bon. *Tanta his mob. et rerum*. Vulgo eorum pro *rerum* contra omnes libros, quibus Wak. demum ius suum tribuit.

Vss. 802. et 803. vulgares editt. omiserunt, quum iam ad v. 774 s. paullulum mutati legerentur, Wak. vero ex omnibus libris restituit, quem ob Codd. auctoritatem sequutus sum, licet omnem locum varie interpolatum et corruptum censem, quod iam supra indicavi.

804. *quae*] sic Wak. cum omnibus libris; vulgo *se*.

806. *sic sese* Lamb. in Codd. suis invenisse videtur, quem cum Eichst. sequutus sum, fortasse non optimo iure. Nam Poor. Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *quae ex sese*, quod Wak. recepit, Ver. *quae ex se*, ut Hav. edidit, hiatu admissio; ceteri *quae se*.

807. *futurum*] Retinui vulgarem lectionem, quam tuentur Lugd. 1. Brit. 1. 2. et Iunt.; reliqui libri *futuram*, quod Wak. recepit, (Eichst. non recedente) ellipsi satis dura *rem* subintelligens.

809. *sunt*] sic omnes libri, quibus Wak. obtemperavit; vulgo *sint* ex editorum arbitrio. Post hunc versum in Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. male iteratur v. 804.

814. *semotum fuerit — remotum*] Vulgo *semotae fuerint — remotae* e Lamb. mutatione, quod Wak. ex omnibus libris correxit, ut edidimus. Ad *semotum* vero et *remotum* suppleas *id*, i. e. *ea res*, quae spectatur.

818. *induimus*] Brit. 1. *indimur. — frustraminis ipsei*] sic Wak. restituit pro vulgari *frustramur et ipsi*, quae Lambini est correctio (falso a Wak. editioni Bon. tributa). Nam

Lugd. 1. *frustram inis ipsi* (literis tantum male divisis), Bodl. Vind. Boor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Iunt. Ald. 2. *frustra nimis ipsi*, iisdem literarum ductibus, Ver. Ven. *frustra minus ipsi*, Lugd. 2. et Lamb. quidam Codd. *frustraminipsis*, Ald. 1. et Bon. *frustramur id ipsi*. Nimirum vox illa ἀπαξ λεγούμενη *frustramen* (quae tamen optime defendi potest vocalis *clinamen*, *vocamen* et similibus, prorsus eodem modo formati, et ipsis in solo Lucretio obviis, vel ex eo depromptis, de quibus ad II, 292. II, 657. etc. dictum,) omnes has turbas excitasse videtur. Wak. nos docet, Heinsium ad Ovid. Epist. XIII, 135. de hoc loco dudum eandem, atque ipsum, sententiam tulisse.

819. *non*] Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 1. Ver. Ven. *nos*, Cant. *in nos*; quod aperte vitiosum.

820. „Amovimus distinctionem ab *ante* ad *manibus*; nec plausores non habebimus universos, quibus arrisit Venus et sexus amabilissimus. Hinc longe vividior fit sensus: nam qualis est demum περιπέτεια, formosissimam in manibus puellam subito in hispidum barbigerum vanescere! — Dii! talem terris avertite pestem.“ *Wak.*

821. *vir uti*] sic Lugd. 1. 2. Cant. et Iunt., quos cum Wak. sequutus sum. Vind. Brix. Ald. 1. Bon. *vir tunc*, Ver. Ven. *vir tun*, Poor. *uti nunc*, Bodl. Brit. 1. 2. 3. Ald. 2. *virtum*, ut vulgares editiones.

V. 823. in Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. post v. 827. insertus legitur, omnino male. De formula *curare, ut*, Lucretio satis usitata, conf. III, 128. IV, 246. V, 1014. VI, 231.

824. 825. *Illud*] sic Wak. cum Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus edit. vett.; vulgo *Istud*. — *inesse* Wak. edidit ex omnibus libris, praeter Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *inesto* praebentes; vulgo *et istum*, e Lamb. correctione. Versum 825. vero, ut nos cum Hav. et Wak. scripsimus, sic duo Codd. Lamb. et Lugd. 2. diserte exhibent, nec multum differunt reliquae lectiones: *errorem*] Bodl. (Brix.?) Ver. Ven. *errore*. — *vitareque*] Cod. Vat. Lambini, Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 1. 2. Brix. Ver. Ven. *multareque* (vel *multare quae*); duo Mss. Lamb. Poor. Cant. *multasque*. — *praemetuenter*] duo Codd. Lamb. et Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. Ver. Ven. *praemetuentur*, Brix. *premetuemur*, Vat. Lambini *praemetuentor*, Poor. *praemerentur*, Cant. *praemeditenter*, Ald. 1. Bon. *praemeditemur*; in Iunt. et Ald. 2. legitur: *Eff. errorem illorum, qui haec praemeditantur*; vulgo exhibent *Eff. errorem, vitareque praemeditator*, ut Lamb. coniecerat. Gifan. con.: — *vitium vehem. inesto Eff. illorumque err. praemedi-*

temur, Sim. Bosius: — *vit. vehem. vise Effugere* (i. e. vide ut effugias) *err. vitareque praemetuenter*, Faber.: — *vit. vitare memento*, *Eff. illorumque err. praemetuenter*, Vossius vel: — *vit. vehem. inesto Eff. err. vitareque praemetuenti, ut*, vel: — *vit. vehem. nosse Et fugere err. vitareque praemetuenter*, Gronov.: — *vit. vehem. inesto Eff. err. vitareque praemetuenter*. Wak. censet: „Nihil erit difficultatis loco, dissimilitudinibus lectionum et male feriatorum criticorum licentia vexatissimo, si statuamus, Lucretium *tò inesse pro interesse vel utile esse* adhibuisse: quod melius putem, quam Codd. sincerissimos proculcare. De hoc modi infinitivi [quem Hav. quoque more Graecorum pro imperativo positum habet,] usu in praeceptis enunciandis, nos affatim disputavimus ad Silv. Crit. III. p. 37. IV. p. 136.“ Fateor tamen, haec omnia mihi parum satisfacere, sed ulcus, cui sanando me imparem sentio, mihi videri altius sedere. Sensus haud dubie hic esse debet: Illud vitium vehementer effugere, hunc errorem vitare oportet, ne facias etc., quem si quis coniectura non nimis audaci restituere valeat, hunc de Lucretio optime meritum praedicem.

826. *ne*] Bodl. Brit. 2. *non*, ut editt. quaedam vulgares.

828. *fastigia*] sic Pii Codd. Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. \*) 3. Cant. Iunt. Ald. 2.; Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *vestigia*, Poor. Brit. 2. \*\*) *suffragia*, quod Wak. unice verum putat, et vetustissimis adhibitum pro *suffragines*, i. e. quae *subfringuntur* vel *subflectuntur*, ut accurate respondeat Graecorum *νάμπαις*.

830. *tum*] Pii Codd. *nec*, Wak. probante; Bodl. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *cum*, Brit. 1. 2. *quum*. — *apta*] Poor. Brit. 1. 2. Cant. *acta*.

831. Praepositio *a* deest omnibus libris praeter Vind. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. Wak. suspicatur *e parte*.

832. *possemus* Wak. restituit e plurimis libris; vulgo *possimus*, ut Vind. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

833. *pretantur*] Poor. *petantur*, Lugd. 2. Bodl. Brit. 1. 2. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *precantur*. De tmesi autem, in Lucretio haud rara, dictum est ad I, 652. et alibi. Wak. hic quidem comparat Ennii fragm. apud Nonium III, 33. (*de me hortatur*, unde Columna fecit *dehortatur*, omisso *me*) et Varronem R. R. III, 4. §. 1. *excande me fecerunt*.

835. *Nil ideo* (sive *Nihil ideo*, ut Wak. scripsit) prae-

---

\*) \*\*) Si recte auguror. Wak. enim Brit. 2. duplicem tribuit lectionem, et Brit. 1. prorsus omittit.

bent Lugd. 2. Bodl. Vind. Poor. Cant. et cunctae editt. vett.; vulgo *Nil adeo. — quoniam*] Bodl. Brit. 2. Brix. Ver. Ven. cum, Brit. 1. *quando*, solito errore, de quo saepius dictum.

836. *procreat usum*] Ver. Ven. *proceatum*, Bodl. Brit. 1. Brix. *procreatum sit*, Brit. 2. 3. *sit procreatum*; et *id* abest a Brit. 1. 2. 3.

837. De infinitivis *videre* et *orare* conf. quae supra ad v. 767. et alibi annotata sunt.

844. Wak. *suspiciatur*, Lucretium scripsisse *conferre manum certamine pugnae*, quia *conferre manu* nusquam alias inveniatur; recte tamen contra libros nihil novandum censet.

850. *mollia strata*] Eodem modo productio ante tres consonas *str* negligitur VI, 195. *pendentibu' structas*, similiterque apud Hor. Sat. I, 5, 35. *praemia scribae* etc. Conf. Priscian. II, 2. §. 13. (p. 572. P.) et doctissima Schneideri hac de re disput. in Gramm. Lat. I. p. 694 ss.

852. *possunt*] sic Wak. cum omnibus libris; vulgo *possent* ex editorum arbitrio.

861. *atque*] Brit. 2. *ac*, quare Wak. *coni. ac decedere*, praeter omnem necessitatem.

863. *haec* Wak. edidit e coniectura, nam in Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Cant. Ver. Ven. vox omnino deest, metro claudicante; Poor. Brit. 1. Brix. *et*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *his*; vulgo *iis*, contra libros. — *quia*] sic Wak. restituit ex omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2., quae exhibentes, ut vulgo editur.

869. *interdatus*] Brit. 2. *in tardatus*. De voce *interdare* aliisque verbi *dare* compositis, ad primam coniugationem flexis, conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 210. not. 20.

870. *obturet edundi*] Lugd. 1. Poor. (a secunda manu) Brit. 1. 3. Cant. Brix. Iunt. Ald. 2. *obduret edendi*, Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *ob divertendi*; Brit. 2. *incitandum*, miro errore. Ceterum Wak. comparat Virg. Aen. VIII, 184., hunc locum imitantem.

871. *discedit*] Poor. *descendit*, Brit. 2. *descendat*, Cant. *dissedit*. Ne quis credat, Lucretium scripsisse *decedit*, Wak. annotat: „*Humor decēdit* foret: humor ab ore in omne corpus divertitur; sed *humor discedit* potest: humor dispartitus a se per membra passim spargitur.“

874. *restringuit*] Cant. et Brix. (si Gerardo fides habenda, qui certe Ald. 1. et Bip. falsas lectiones hic tribuit) *restringit*, Ver. *restringat*, Ven. *restringat*, Bodl. Brit. 2. *restringit*.

879. *vareque datum*] sic bene Wak. restituit e Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 3. Cant.; Poor. *nare* quae ratio, Brit. 1. nam



quae ratio, Brit. 2. nam quae datio; ceteri libri omnes varieque datum, ut vulgo. *Vare movere* autem, i. e. in obliquum movere, Wak. putat respondere verbo *proferre* in versu priori, quod valeat „porro, vel in directum ferre;“ laudatque Heins. ad Ovid. Amor. I, 3, 24.

880. *Et quae*] Bodl. Ver. Ven. *Aequae*, quare Wak. suspicatur *Ac quae*. — *tantum*] Brit. 2. *tamen*. — *protrudere* \*] Brit. 1. *protrudo*, Cant. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *protendere*, quod minus bene congruere voci *oneris*, recte Wak. censet.

883. *Accidere*] Lugd. 1. a *secunda manu*, Bodl. Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *Accedere*. Sed conf. II, 1025. IV, 216. et 237. Wak. laudat Terent. Mauri de carn. niuro [p. 2425. P.] verba: „*Auribus acciderit* novitas incipina;“ quibus melius substituisset Cic. ad Att. III, 20. Verr. IV, 1. Plaut. Stich. 1, 2, 31. Liv. VIII, 24. Plin. Paneg. 92. et multos alios locos, quos Lexica suppeditant.

885. *quam*] Ald. 1. Bon. *nisi*, in Lugd. 1. et Brit. 2. vox plane desideratur, a librariis ob praecedens *quisquam* ommissa.

886. *Id*, i. e. secundum *id*, ut sexcenties apud nostrum neutra pronominum *hoc, id, illud, quod* absolute usurpantur. (Conf. ad I, 222. 624. 656. etc.) Sic autem Wak. restituit ex omnibus fere libris; vulgo *At*, quemadmodum in Brit. 1. et 3., qui inserit *quoque* post *at*, et transponit verba *illius rei*. — *constat*] ita Bodl. Brit. 3. Ald. 1. (cui Gerard. falsam lectionem tribuit) Bon. Iunt. et Ald. 2.; ceteri libri omnes *constare*, mendose. Ceterum *rei μονοσυλλάβως* pronuntiandum esse patet, qua de re diximus ad III, 931., quibuscum conf. quae ad II, 951. III, 390. IV, 1268. et alibi annotavimus. (Vid. etiam Schneid. Gr. Lat. II. p. 355. et 360.)

890. *factum*] sic Wak. cum Lugd. 1. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven.; reliqui libri, quos communes editt. sequuntur, *factu*, i. e. *factū*.

891. *ferit*] sic Ald. 1. 2. Bon. et Iunt., quorum lectionem cum vulg. editt. et Eichst. retinui; ceteri libri *perit*, unde Wak. fecit *petit*. At quum corrupta Codd. lectio non minus facile e *ferit*, quam e *petit* orta esse queat, illud vero verbum ad omnem locum magis quadret (conf. v. 888.), quorundam certe librorum lectionem soli coniecturae praefendam duxi.

893. *tum*] Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *cum* vel *qum*. — *aër*] Cant. *uvor*, mira varietate.

\*) Sic enim corrige in contextu, ubi per vitium typographicum *protudere* excusum legitur.

896. *dispargitur* hic quidem cum Wak. edendum putavi, quum haec scriptura nitatur Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 2. 3. et, si Iunt. et Ald. 2. exceperis, omnium vett. editt. auctoritate; vulgo *dispargitur*. — *quasque*] sic omnes quocumque libri praeter duos, quare dubitavi tam probam et munitam lectionem e solis Lugd. 1. 2. cum Wak. (et Eichst.) in *quisque* mutare. Nolo tamen, lectores Wakefieldi annotatione carere, quae sic se habet: „*quisque*: sic Lugd. 1. 2. optime! venustissime! exquisitissime! ac longe longeque supra captum librariorum. — — Iam vero *quisque aër*, quasi *multi fuerint aëres*, multa foramina penetrantes. Nihil rectius. Omnem dubitationem, si quae supersit, tibi tollet v. 292. huiusce libri. (?) Vitruv. I, 1.: „— — et *aëres* locorum, qui sunt salubres, aut pestilentes.“ Graeci similiter: uti *geop. scriptt.* V, 17, 7. IX, 5, 7. et alii.“

897. *hic* Wak. restituit ex omnibus Codd. et editt. vetterimis; vulgo *hinc*, ut Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

898. *Corpus*] sic Wak. cum Bodl. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. pro vulgari *Corporis*. — *ut ac* lectio est omnium librorum, praeter Brix. Ver. Ven., quae levi varietate *ut hac* praebent, et Cant., ubi *ac* desideratur; quare Wak. vulgarem lectionem *ui*, *ut*, nullo libro firmatam, iure correxit. Gifan. coni. *ut haec*, parum feliciter. — *velis ventoque* Wak. per *ἔν δὲ διὰ δύοῖν* pro *velis ventosis*, vel vento inflatis, vult acceptum, et tamen coniecturam proponit *undis ventoque*, non minus superfluum, quam Gassendi *remis ventoque*.

903. *Trudit agens*] Brit. 2. *Trudita res*. — *molimine*] Bodl. Ver. Ven. *volumine*. — *navem*] sic Wak. ex omnibus fere libris; Brit. 2. Iunt. Ald. 2. et vulgares editt. *navim*. (Conf. supra ad v. 391.)

905. *gubernaclum*] Bodl. Brix. Ver. Ven. *gubernandum*; quod nimirum librarii veram scripturam falso legerunt *gubernādum*.

907. *sustollit*] Wak. e more suo *subtollit* cum Brit. 2. — *nixu*] Poor. Brix. Ver. Ven. *visu*, Bodl. *nisi*; vulgo *nisu*.

908. *quietem*] Ver. *quieteē*, Lugd. 1. Brit. 2. 3. *quiete*, vulgari errore. Tamen Wak. suspicatur, Lucretium *quiete* posuisse, ut locus per *imesin* sic explicandus sit: „Somnus perinriget membra quiete;“ quemadmodum apud Tertull. Scorp. sect. 13. *perindigere*, apud Varronem R. R. II, 11, 7. *perinungere*, apud Alcimum Avitum I, 267. *perinundare* legatur. Sed vel unus Virgilii locus Aen. I, 691., a Wakefieldo ipso allatus, prima germina huius coniecturae reprimere debuisset. Accedit vero etiam Codd. auctoritas et Macrobi, qui Sat. VI, 1. (p. 159. Bip.) hunc versum cum prima vo-

cula sequentis prorsus, ut vulgo legitur, cum illo Virgilii comparatum affert.

909. *curas e*] Cant. *cura se*, Brix. *curas se*, Ver. Ven. *curai se*. Sic corruptio processit; quare non opus est Wak. coniectura: *curae se pectore solvant*.

915. *discedas*] Pii Codd. quidam, Brit. 1. Iunt. et Ald. 2. *discedant*, Brix. *discedans*. Sensum loci, ne structura verborum impeditior videatur, Wak. sic exponit: „Et te segreges a me, retrorsum cedens, cum pectore veritatem meorum dictorum aversato.“

916. *neque*] ita Wak. cum Lugd. 1. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. et Brix.; Cant. *neq;* reliqui *ne*, ut vulgo. „Quasi dixerit: „Ne tuae meritis ἀβλεψία unice sit affinis culpae, qui ad verum obstinatissime caliges.“ *Wak.*

918. *foris eiecta*] Conf. infra v. 924. et 961.

927. De voce *cinis* genere femin. usurpata conf. Rudim. Inst. Gr. I. p. 26. not. 37.

929. *et ex igni*] sic Cant., quem Wak. sequutus est; vulgo *ut*, cum ceteris libris. — *caeco*] Bodl. Brix. Ver. Ven. *tacito*, quod ortum puto e glossemate *tecto* in Ald. 1. 2. Bon. Iunt. Wak. tamen coni.: *igni tacito*.

930. *conflatur*] Vulgarem lectionem, etsi libris omnibus reclamantibus, ob rationes grammaticas et coniunctivum *possit* in sequenti versu retinendam duxi; quare hic quidem probare non possum, Wakefieldum omnium librorum scripturam *conflatur* in contextum recepisse, quam Eichst. quoque respuit.

934. *Aëriis — auris*] Conf. ad I, 771.

937. *etiam conchis, aut*] sic Hav. et Wak. cum Lugd. 1. 2. rectissime; Vind. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *etiam conclusa ut*, Ald. 1. Bon. *etiam conclusae ut*, quae lectiones a recepta paullulum modo differunt; Poor. Cant. Iunt. Ald. 2. *cute conclusae, aut*; Brit. 1. *seta, aut conchis, aut*; et sic evulgari solet. — *callo*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 2. Brix. Ver. Ven. *gallo*. — *tectae*] Ver. Ven. *tactae*, Brit. 2. *rectae*. Ceterum vv. 936. et 937., qui non solum huius loci argumento, sed alii etiam Lucretii loco (nimirum v. 824 ss.) clare adversantur, mihi quidem admodum suspectos videri, in Diss. mea de Lucr. p. 68. demonstravi.

940. „*utrinque secus*, i. e. ex utraque parte, interna scilicet, externaque. Conf. Cato R. R. XXI. et Apulei. Met. II. p. 92., ubi doctissima Oudendorpii nota, Lucretium quoque nostrum non oblitum, omnia complexa est, et nobis permittit otiari.“ *Wak.*

945. *sic ut*] ita vett. editt., praeter Brix., omnes, quas editores recte sequuntur; Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 3. Brix. *sic uti*, Lugd. 2. Poor. Cant. *fit uti*, Brit. 2. *sic*, omisso *ut*. De Brit. 1. silet Wak., qui simul proponit coniecturam: *Corporis; atque homini fit uti pars* etc., cui eo magis se confidere dicit, quia nulla fiat *animi* mentio per totam hanc de somno disputationem.

946. *Eliciat*] sic omnes libri, quorum lectionem Wak. revocavit; vulgo enim *Eiiciatur*, ex Lambini arbitrio. Conf. III, 58. et 469.

948. *neque*] ita Wak. cum plurimis libris; Vind. Brit. 1. Iunt. et Ald. 2. *nec*, ut vulgo editur.

949. *saepit*] Brix. Ver. Ven. *saepe et*, Ald. 1. Bon. *sepit et*, Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. *sepe*, Cant. *sepsit*. — *coetus*: „i. e. coïtus, vel coniunctionem partium modo memoratarum,“ ut Wak. interpretatur, hanc plurimorum librorum lectionem restituens; Ver. Ven. *coctus*, Iunt. Ald. 2. *septus*. Vulgo *aditus*, e Lambini correctione prorsus superflua.

952. *languescuntque* Wak. edidit e Lugd. 1. 2. „quum tardior et ponderosior hinc versus fiat, atque adeo cum re depicta longe convenientior;“ vulgo *languescunt*, ut reliqui libri.

953. *cubanti*] ita Hav. et Wak. cum omnibus libris et Nonio, hunc versum III, 164. afferente; vulgo tamen *procumbunt*, quod Lamb. fecit e lectione duorum Codd. *procubanti*. Gifan. vult *procubant*; Turnebus coni. *cubant pro* (i. e. *procubant*.)

De v. 954., quem servavi, ut apud Hav. et Wak. legitur, in Comm. mea de Lucr. not. 56. p. 91 s. his fere verbis disputavi: „Hic versus, qui in Vind. et Brit. 1. 2. 3. omnino desideratur, in ceteris autem libris omnibus sic legitur: *Saepe tamen submittuntur* etc. (a quibus Iunt. et Ald. 2. in eo tantum differunt, quod particulae *tamen* substituunt *etiam*) quum Lambino, Gifanio, Fabro, Creechio aliisque iam suspectus fuerit, ab Hav. tamen et Wak. denuo restitutus est, Vossii quadam coniectura recepta, qua vitium eius sanaretur. Voss. enim e Festi loco p. 461. Goth.: „*Tama* dicitur, cum labore viae sanguis in crura descendit et tumorem facit. Lucilius: Inguen ne existat, papulae, tama, ne boa noxat,“ hic etiam legendum putat: *Saepe tamã submittuntur* etc., tamamque cubantem dici arbitratur, quod deorsum ad pedes tendat (ut supra v. 518. *cubantia tecta*). At quid ab hoc loco, ubi vulgares et quotidianae somni causae referuntur, magis alienum esse potest incognito illo morbi alicuius nomine, qui, ut ex ipso Lucilii loco et Festi interpretatione apparet,

in tumore pedum et varicibus haeret? Hoc autem verbo Lucretium metonymice pro lassitudine pedum usum fuisse, admodum audax est opinio. Quare potius hunc versum, qui a pluribus libris abest, adscriptum puto ab interpolatore quodam, qui praecedentis sententiam participio *cubanti* non apte finitam omnemque versum non satis clarum et liquidum haberet. “ *Cubanti* vero ita accipiendum dixerim, ut effectus hoc ipso temporis momento futurus tanquam res iam praesens commemoretur, ideoque sensus sit: Brachia, palpebrae poplitesque cadunt, ut homo iam sopitus procumbat et in lecto cubet.

959. *contusa*] Cod. Vat. Lambini *concusa*, quare Muretus coni. *concussa*; Gifan. vero *concusa* probat. Omnes tamen Codd. Hav. et Wak., sicut cunctae edit. vett., vulgatam tumentur. Vid. etiam supra v. 935. et 939 ss. De voce *contundere* Wak. iubet conferre Cortium ad Sallust. Iug. 43. fin.

960. *parte*, i. e. ex parte, Wak. restituit ex omnibus libris, exceptis modo Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quae favent vulgari lectioni *porro*.

962. De forma *divisior* aliisque rarioribus comparativis participiorum conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 177. not. 48.

963. *Et*] Lugd. 2. *At*, Brix. *Est*. — *quo*] sic Wak. cum omnibus libris praeter Lugd. 2., *quod* praebentem; vulgo *quoi*, quod solis editoribus debetur. — *defunctus* Wak. recepit e Bodl. Vind. Brit. 2. 3. et cunctis vett. edit., locum sic interpretatus: „quoties aliquis negotium perfecerit, nec tamen ab illo mentem adhuc abalienaverit;“ vulgo *devinctus*, quod, verbo *adhaerere* adiectum, languidum est.

966. *videmur*] Brit. 2. *videtur*, Brit. 3. Cant. *videntur*.

967. *componere leges*] Creech. esse ait, qui malint *componere lites*; idque multo elegantius censet Preig. Recte tamen Wak. vulgatam defendit hac explicatione: „eas leges definire, quibus lites dirimantur et fiat reconciliatio litigantium;“ laudatque Virg. Aen. XII, 315.

968. *Induperatores*] sic etiam V, 1226. Conf. ad I, 83.

969. *degere*] sic omnes Codd. et vett. edit. (nam *degerere* in Lugd. 2. varia lectio haberi nequit,) quibus Wak. recte obsequutus est; vulgo *cernere*, e temeraria Lamb. coniectura. — *bellum*] Bodl. *duellum*, Brix. Ver. Ven. *vellum*, Lugd. 2. *velum*.

970. Brit. 2. verba sic ordinat: *Nos autem hoc agere, et naturam quaerere rerum*.

974. *dies*] Brit. 2. *homines*; (scilicet *dies* in *oēs*, atque hoc spiritu assumpto in *hoēs* transit.) — *multos*] Bodl. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *multas*.

975. *dederint*] sic Wak. cum omnibus fere libris; Poor. Brit. 2. *dederit*; vulgo *dederunt*, contra libros.

976. *destiterunt*] sic Lugd. 1. 2., quos sequitur Wak.; vulgo, cum reliquis libris, *destiterint*.

977. *Reliquas*] Brix. *Reliquias*, Poor. Cant. Ald. 1. Bon. *Relliquias*, Brit. 2. *Relliquas*, Ver. Ven. *Reliquas*, Ald. 2. *At reliquas*, Iunt. *Deliquiis*. De scribendi ratione *relicuus* vid. ad I, 561.

978. *possint*] Lugd. 1. *possunt*. — *rerum*] Retinui omnium fere librorum lectionem, quam Wak. (et Eichst.) e solis Ver. et Ven. in *rebus* mutavit, ut *eadem rebus* dictum sit, quemadmodum III, 1050. *eadem aliis*, hoc sensu: „*eadem cum virtute et efficacia, ac si res ipsae coram obversentur.*“ Tutius tamen mihi videbatur, Codd. auctoritati obtemperare.

979. *Per multos*] Hic etiam vulgarem lectionem servavi; Wak. cum Poor. Brit. 1. Cant. et vet. editt. divisim scripsit *Per multos*. — *obvorsantur*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. (Brix.?) Ver. Ven. Ald. 1. (de quibus omnibus tacet Gerard.) non vero Bon., quam Wak. falso affert, *observantur*.

983. *consessum*] sic Brit. 2. Iunt. et Ald. 2.; Pii Codd. quidam *concentum*; ceteri libri omnes *consensum*.

984. *Scenaique*] Ver. Ven. *Scenentque*, Brit. 3. *In scena atque*, Cant. *Nunc scenam atque*, quare Wak. suspicatur *In scenaque*.

985. *refert*] Poor. Brit. 1. 2. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *referunt*. — *atque*] Brit. 2. *que*.

987. *sed vero*] sic etiam Cicero in Verr. act. II. l. V. c. 6., nec aliter Sciopp. Suspectt. lectt. II. ep. 7. scribi voluit in Plauti Poen. (non Pseud., ut ibi legitur) I, 2, 17. pro vulgari *Si vero*. Similiter Lucretius dicit *at contra* (vid. ad II, 713.), *etiam quoque* (vid. ad III, 293.) etc. — *cuncta*] Brit. 2. *solum*.

989. *sudare*] Ver. Ven. *suadere*. — *semper*] sic Wak. cum plurimis libris; Brit. 2. 3. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *saepe*, ut vulgo editur. Ceterum in Ald. 2. verba *sudare* et *spirare* transponuntur.

990. *palma*] Vulgarem lectionem Wak. (quem cum Eichst. sequutus sum) retinuit, etsi in omnibus fere libris *pal-mis* legitur, „quum numerus multitudinis minus aptus videatur, et potissimum ob Lugd. 2., qui habet *palmas* (i. e. *palma* arrepta sequentis vocis litera), et Lugd. 1., in quo *palmis* reliquorum omnium (praeter Brit. 1. qui *plumis* praebet) secunda tantum manu scriptum est.“ — *contendere*] Brit. 2. *concedere*.

991. Versus, ad quem non solus Bentleius offendit, ut Wak. putat, sed quem Lamb. Gifan. Faber. Creech. et alii

fortasse iam spurium iudicarunt. Non tamen cum Wak. uncinis inclusi, quia mihi quidem in ultimis tantum verbis, librarii oculis ad exitum sequentis versus aberrantibus, corruptus, sed non omnino nothus videtur. Lamb. legendum censuit *Tum q. c. p. tempore puncto*, ut II, 263., ubi locus similis invenitur, Sim. Bosius coni. *Tum q. c. p. exequitet quis*, Hav. denique versibus transpositis locum sic constituere suavit: *In somnis — — saepe; Haud; q. c. p. stare quiete, Et quasi de palma etc.* „Sed apprimè inutile est, inquit Wak., et puerile, coniecturis arbitrariis, ad acuminis tantummodo ostentationem facientibus, lascivire;“ cui assentientes Codd. lectionem intactam reliquimus. Hav., qui integrum versum a Lugd. 1. 2. et Ver. abesse dicit, de Ver. certe falso refert, quare etiam de Codd. illis eo magis dubitare licet, quum in Mss. hic omnia luxata et perturbata esse Hav. ipse perhibeat. (Similis ratio fuit loci II, 1169 s.)

992. *Venantum*, i. e. venatorum, ut I, 935. *medentes* pro medici, quem locum iam Faber. cum nostro comparavit.

993. *Iactant*] sic omnes libri, quos cum editt. vulg. sequutus sum. Wak. (a quo Eichst. non discedit,) e Ver. et Ven. recepit *Lactant*, quod quem iustum sensum praebat non video, quum Wak. ipse, Nonio I, 54. allatò, per *mulcere, vellere, palpare* explicet. Loci V, 1067. autem, ubi et ipse *lactant* recepi, prorsus alia est ratio. Accedit, quod editt. illae non minus vulgarem quoque lectionem tuentur, in quibus hic versus bis apparet, primum a voce *Lactant*, post a verbo *Iactant* incipiens. In istis editt. nimirum singuli versus sic se excipiunt: v. 991. 993 — 1000. 992., iam 993 — 996. repetiti, 1001. etc.

994. *crebro*] ita Wak. cum plurimis libris, quod iam Hav. „forsan melius“ censuit; Vind. Brit. 1. 2. 3. Iunt. et Ald. 2. *crebras*, ut vulgo edi solet.

995. *Ut*] sic Brit. 2. Cant. et editt. vett., quos editores recte sequuntur; ceteri libri *Et*.

997. *simulacra*] Brix. Ver. Ven. *simulata*. — *fugae*] Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *fuga*. — *quasi dedita*] sic Vind. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quibus editores obtemperant; Lugd. 1. 2. Bodl. Ver. Ven. *quas iddita*, Brix. *quas addita*, Poor. *quasi addita*, Brit. 2. *quasi subdita*, Brit. 3. *quasi abdita*, Brit. 1. *quae dedita*. Wak. locum in morbo cubare censet, et licet se medelae non esse compotem fateatur, coni. tamen *quasi si data* (ut v. 1011.).

998. *erroribus* iam Lamb. edidit e Turnebi coni., quam Wak. comprobata vidit Brit. 1.; alii libri omnes *terroribus*, adhaerente vocis praecedentis extrema litera.

999. *consueta domu* (i. e. domui) Wak. est coniectura pro omnium librorum *domi*, quod quomodo intelligendum et cum ceteris construendum sit, non apparet, facile autem ex insolentiori dativi forma (de qua vid. Priscian. VII, 18. §. 88. (p. 778. P.) Gellius IV, 16. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 103. not. 47. Schneid. Gr. Lat. II. p. 332 s. et qui hic laudantur) oriri potuit. „Hinc etiam satis constat, inquit Wak., unde malum pedem intulerit ille versus, qui solet libros vulgares [Hav. quoque editionem] conspurcare [inter v. 999. et 1000. insertus], quamvis ab omnibus Mss. exemplis et omnibus antiquis editt. exsulet:

*Degere, saepe levem ex oculis volucrumque soporem.* — — Sic vibiam vara sequitur. “ Iste autem versus a Lambino est confictus.

1000. *de terra*] Bendl. coni. *de somno*, ut III, 164. „Nempe e *soño*, inquit, factum est *solo*; inde *terra* venit ex glossa;“ quod ingeniosius dixerim, quam probabilius.

1002. *quo*] sic omnes libri, quos iure sequitur Wak. Vulgo *quam*, „uti sane legitur in Vind.; sed collatori somnuculofo cave credas.“ *Wak.* Non semper autem *tam* — *quam*, *tanto* — *quanto* etc. necessario sibi respondere, docent loci IV, 79. 80. 252 ss. 1085. 1086. V, 453. 454. 484 ss. VI, 460. alique. — *seminiorum* Hav. et Wak. ediderunt cum plurimis libris; Brit. 2. 3. *seminorum*, Ver. Ven. *semiviorum*, Brit. 1. et Ald. 2. *semina eorum*, ut pleraeque editt. vulgares; Creech. *semina rerum*. Sed vide III, 742. 746. et 764.

1003. *eadem*] Brit. 2. *eodem*. — *saevire*] Vind. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. (non vero Ald. 1., quam Gerard. addit) *se uire*. — *necessum est*] Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *necesse est*, Vind. *recessus est*.

1004. *pinnis* Wak. scripsit cum plurimis libris. Vulgo *pennis*, ut Poor. Brit. 2. 3. Iunt. et Ald. 2.

1006. *De accipitre*, hoc uno Latinorum scriptorum loco genere femin. usurpato, conf. Nonius III, 14, hunc et sequentem versum propterea laudans, Ruddim. Inst. Gr. I. p. 19. not. 6. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 91. — *leni*] Lugd. 1. Poor. Brit. 1. 2. Ver. Ven. *levi*. — *si*] Nonius, Iunt. et Ald. 2. *sic*, Vind. Brit. 2. *se*. — *pugnasque*] sic editores cum Bodl. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. et Nonio; reliqui libri *pugnas*. Non mirum autem, illud *que*, quod metrum excedere videbatur, a librariis omissum esse. (Alii versus hypermetri in Lucretio sunt II, 117., ubi prorsus eodem modo *pugnasque Edere* legimus, nec minus *que* in pluribus libris omittitur, IV, 77. et alii fortasse, qui me fugerunt.) Wak. tamen praeter necessitatem coni. *proelia pugnis*.



1007. *visaeque*] Ver. Ven. *vis aequae*, literis male dispositis; Brix. *vis aquae*; Ald. 1. Bon. *visae atque*, quod Wak. dicit se accepturum fuisse, si liber alius bonae notae consensisset.

1009. *itidem*] sic Hav. et Wak. cum omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2., ut vulgares editt., *etenim* praebentes.

1011. *clamorem* lectio est Brit. 3. Cant. Ald. 1. et Bon., idemque velle videntur Vind. Ver. Ven., *clamore* (i. e. *clamorē*) exhibentes; ceteri libri *clamores*, ut vulgo. (Havercampi tamen silentio de Lugd. 1. 2. et Bodl. non multum tribuendum, quum etiam Veron. varietatem intactam reliquerit.)

1014. *Mandantur*] Ver. Ven. *Mandant*, Brit. 3. *Manduntur*, Brit. 2. *Inundantur*.

„V. 1015. deest [Ald. 1. et] Bon., et in Brit. 1. per errorem, e versu sequente natum, sic constitutus legitur: *M. de magnis rebus persaepe loquuntur*.

1018. *Ut quei* Wak. recepit e Lugd. 1.; Bodl. *Et quasi*, Ald. 1. 2. et Bon. *Se quasi*, ut vulgo editur; reliqui omnes *Ut quasi*. Ceterum Wak. recte post *terram* comma posuit, ne quis coniungat *praecipitent corpore toto*, ut vulgo factum vituperat.

1019. *Exterrentur*] Consultius habui, cum pluribus et melioribus libris vulgatam retinere, quam cum Wak. et Eichst. e Bodl. Cant. Brix. Ver. Ven. (cum quibus Poor. *Externuntur* conspirat) dubiam formam *Exterruntur* recipere. (Conf. etiam annotata ad III, 22.)

1020. *promotei*, utpote elegantius atque significantius e vet. editt. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. recepi, ut sensus sit: interno aestu, ex angore orto, e somno emoti, erecti et excitati. Ceteri libri et editt. omnes *permoti*.

1021. *sitiens*] Brit. 2. *saliens*, quod (cum *flumen* constructum) Wak. felicem errorem dicit, et cum Virg. Ecl. V, 47. comparat; fortasse tamen e Vind. *satiens* ortum est. — *propter*] Conf. II, 30. 353. IV, 1023. V, 622. VI, 549. etc., et quod praepositionem postpositam attinet, vid. ad I, 841. II, 731. 791. III, 851. etc.

1023. *Purei* (vel *Puri*) praebent Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 2. Brix. Ver. Ven., quos Hav. et Wak. sequuntur; Bodl. Cant. Ald. 2. *Pueri*, Brit. 3. *Puris*; sed Poor. Brit. 1. *Plures*, Ald. 1. Bon. Iunt. *Multi*. Vulgo editur *Pusi*. — *se ac*] sic omnes omnino libri, quos cum vulg. editt. et Eichst. sequutus sum; Wak. *seu*, ex coniectura, — *dolia curta*] i. e. amphorae, quae per anguportus et ad angulos platearum collocatae, fortasse etiam parietibus insertae erant, ut praetereuntes vesicam in eas exonerare possent, eadem haud dubie, quae apud Petron. 70. et 79. *gastra* (vel *gastrae*) vocantur. Conf. Macrob. II,

12. et Casaub. ad Suet. Vesp. c. 23. (p. 305 s.), quos iam Faber. et Hav. laudant.

1024. Hoc etiam in versu cum Eichst. vulgares editt. non deserui. In libris autem omnibus praeter Iunt. et Ald. 2. post *credunt* iterum *se* insertum legitur, quod Wak. servavit, altero *se* in priori versu per con. in *seu* mutato; nos vero hic potius omisimus, et cum Ald. 2. edidimus *credunt extollere*; Iunt. *credunt attollere*. In Brix. uterque versus in hunc unum contractus est: *Puri saepe lacum propter se extollere vestem*, librarii oculis ab altero *se* ad alterum aberrantibus. Non tamen dissimulatum velim, fortasse rectius hic quidem retineri, priori autem versu prorsus omitti; ut sumamus Lucretium v. 1023. per licentiam alibi iam observatam (vid. ad I, 11.) scripsisse *propt̄r ac — — credunt se extollere*, in qua offendentes, librarii illud *se* interpolaverint. Alii iudicent. — Ceterum pro *devinctei* in Poor. Brit. 2. et Bon. *devicti* legitur; ad finem vero versus Wak. et excidisse suspicatur.

1025. *saccatum*] sic Turnebus (Advv. XIII, 14. XVII, 18. XXVII, 35.) rectissime restituit; Brix. Ver. Ven. *sacratum*, Ald. 1. Bon. *ut sacratum*, Pii Codd. Poor. Brit. 2. Cant. Iunt. Ald. 2. *siccatum*. Wak. comparat Serenum Samon. de med. v. 77. et Arnobium II. p. 69.

1027. *aetatis freta*] Sic Florus I, 26., quem Wak. laudat, *fretum adolescentiae*. Alia exempla Lexica suppeditant.

1029. *e*] Ald. 1. Bon. *de. — quoque*] Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 2. *quaeque*.

1031. *Qui*] sic editores cum Lugd. 1. et Vind.; reliqui libri omnes *Quae*. Ceterum in editt. Ald. 1. Bon. et Iunt. hi versus sic transponuntur: 1027. 28. 31. 29. 30. 36. 37. 32. 33. 34. 35. 38., quod fortasse ansam dedit, ut Hav. et Gerard. falso perhiberent, v. 1031. in Ald. 1. et Bon. prorsus desiderari.

1032. *Ut*] ita Lugd. 2. Vind. et Ald. 2.; ceteri libri omnes *Quae*.

1033. *cruentent*] Lugd. 1. 2. Vind. et editt. vett. praeter Ald. 2. omnes *cruentet*.

1034. *id in*] Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *idem*, Iunt. *enim*; atque in Brit. 2. et Vind. *in deest*.

1035. *adulta*] sic Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quas recte editores sequuntur; Lugd. 1. (manu secunda) Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *et vita*, Poor. *e vita*, Lugd. 2. *adivita*, Brit. 1. *et ulta*.

1039. *decedit*] „nempe de loco, in quo fuit, migrat per totum corpus; sed aptius tamen putavissem egomet iam nunc *discedit*. Virgilius autem Aen. V, 683. (*toto descendit*

*corpore pestis*) favet porro suspicioni, Lucretium scripsisse descendit. "Wak. Imo de mutanda vulgari lectione ne cogitandum quidem.

1043. *Eicere*] sic cum omnibus fere libris et edit. vulgaribus edendum duxi; Wak. vero e Lugd. 1. 2. recepit *Eicere*, quod nescio an *Eicere* lectum velit (ut II, 951.), an *Eicere*, tribus syllabis (ut III, 890. IV, 1268.) et hiatu admisso. Ceterum post hunc versum in Lugd. 2. Vind. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. Iunt. male iteratur v. 1031. sic mutatus: *Incitat irritans* etc.

1045. *omnes*] prisca Pii exemplaria *homines*, minus bene.

1046. *icimur*] Poor. Brit. 1. *utimur*, Cant. *tuimur*.

1047. *comminus*] Brix. *comminis*, Ver. Ven. *communis*. — *ruber*] Cant. *rubor*. — *hostem*] Ver. Ven. *ostem*, e solita consuetudine aspirationem omittendi, quare non erat, ut Wak. coniceret *os tum*.

1048. *ictus*] sic Wak. cum Vind. Poor. Brit. 1. Brix. Ald. 1. et Bon., a quibus non recedere videntur Lugd. 1. Brit. 2. 3. Ver. et Ven., *icis* praebentes; ceteri libri *ictum*, ut vulgo.

1050. *e corpore*] Brit. 2. *de pectore*, quae verba saepius confunduntur. (Conf. Wak. ad I, 39. V, 904. 937. VI, 645.)

1052. *de*] Bodl. (Brix.?) Ver. Ven. (quas Gerard. tacet) *e*. — *ductum*] Vind. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *eductum*.

1053. *voluptatem*] Bodl. *voluntatem*, Brit. 1. *cupiditatem*. — *multa*] Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *muta*.

1054. *ductum*, quod in margine Brit. 2. pro varia lectione adscriptum reperit, Wak. recepit; Poor. *vitae*, duo Lamb. Codd. *mite*; ceteri libri, ut vulg. edit., *autem*, quod sane admodum languere videtur.

1055. *olla et*] sic (vel potius *illa et*) Wak. cum Poor. Vind. Brit. 1. Cant.; sed Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon. *illata*, Brit. 2. *illate*, Lugd. 2. *illa a*, Brit. 3. *illa ut*, Lugd. 1. *illa ex*, Iunt. *illa haec*, quatuor Lamb. Codd. *illa* vel *illam* simpliciter, unde vulgaris *illae* originem duxit. — *primum*] Ald. 1. Bon. *prius*.

1057. *Nam, si abest*] Ver. Ven. *Namst abest*, Ald. 1. Bon. *Namque si abest*, Bodl. *Nam si est*, Iunt. *Nam si et abest*, Brit. 2. *Nam est ut abest*, Brit. 3. *Nam est obest*.

1058. *obvorsatur*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. (quamputo non temere a me additam, quum Gerard. hanc varietatem omnino neglexerit) Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *observatur*, Bodl. *servatur*, Lugd. 2. *oberratur*. Formulam *obversari ad aures* e loco nostro laudat Ruddim. Inst. Gr. II. p. 145.

1060. *Absterrere*] Brix. *Absterere*, Ver. Ven. *Abstertere*, Brit. 1. *Abstinere*. Lamb. con. *Abstergere*, quod Gifan. in veteribus libris se dicit invenisse, nescio an vere. Wak. paulo insolentiores dictionem sic explicat: „Sed decet fugitare et absterrere sibi simulacra, quae sunt amoris pabula.“ Mihi tamen non necessarium videtur sumere, *pabula amoris* tantum in appositione addita esse ad *simulacra*, quare commata, quibus Wak. verba illa inclusit, cum Eichst. rursus omisi. *Absterrere* simpliciter est *a se arcere*, ideoque *fugere*, *vitare*. (Conf. etiam IV, 1230. et V, 344., ubi hoc verbum simillima significatione legitur.)

1061. *coniectum* Wak. restituit ex omnibus fere libris; Pii Godd. *collectum*, quod vulgares editt. cum Iunt. arripuerunt, sed perperam. *Coniicere* enim saepius Lucretio dicitur pro conferre, comportare in unum locum, ideoque pro colligere. (Conf. ad IV, 415.); in verbis *iacere coniectum* nemo offendet, memor locorum III, 568. IV, 713. et similia.

1062. *semel*] Brit. 2. *semen*. — *convorsum*] Iunt. et unus Cod. Lambini *conceptum*, qui liber Ms. simul in margine habuit coniecturas *congestum* et *concertum* (i. e. fortasse *consertum*), quae omnes sunt superfluae. Wak. enim vulgatam recte interpretatur: „Nec decet *hominem*, semel *convorsum* unius amore, retinere *coniectum* humorem.“ — *amore*] Ald. 1. Bon. *amorem*; quare Faber. praefert *conceptum* — *amorem*.

1064. *vivescit*] Brit. 2. *virescit*, minus bene et contra metrum. (Conf. infra v. 1134.)

1065. *gliscit*] Ver. Ven. *gescit*, Bodl. Brix. *gestit*.

1071. *certe* Wak. restituit ex optimis libris; Bodl. Vind. Brix. Ver. Ven. *certa*, Brit. 2. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *certa et*, ut vulgo editur. — *voluptas*] Brit. 2. *voluntas*, solita confusione.

1072. *potiundi*] Brit. 2. *pereundi*; haud illepidam, ut Wak. censet, aberratione.

1075. *arcte*] Wak. cum Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Cant. Ver. Ven. scripsit *arte*. Ald. 1. habet *autem*.

1077. *affligunt*] sic Wak. edidit e Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Cant. Ver. et Bon., a quibus Brix. Ven. et Ald. 1. non discedunt; ceteri libri *affigunt*, ut in vulg. editt. Wak. receptam lectionem explicat: „oscula cum collisione quadam violenter imprimunt et impingunt.“ — *pura*] Brit. 1. *vera*.

1079. *Quodquomque*] Ver. Ven. *Quocunque*. — *rabies*] De hac obsoleta genitivi quintae declin. forma pro *rabiei* conf. Gellius IV, 14. Sosip. Charisius p. 18. extr. et p. 52. sub fin. Diomed. p. 281. P. (cum quibus comparetur Priscian. VII, 19.

§. 93. (p. 781. P.) Lambin. ad nostri III, 931. Gifan. in Indice sub v. *res*. Columna ad Ennium p. 187. (p. 110. Hess.) Ruddim. Inst. Gr. I. p. 106. not. 52. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 355 s. — *ollae*] Retinui vulgarem lectionem, quam 5 Codd. Lambini, Vind. et Brit. 3. tuentur, nec multum differt Lugd. 2., *ille* praebens. Wak., ut iam amicus quidam Lambini suaserat, edidit *illaec*, quia Lugd. 1. (a secunda manu) Bodl. Poor. Brit. 2. Cant. Iunt. et Ald. 2. *illa haec*, Brit. 1. *illa hic*, Ver. Ven. *ille haec*, Ald. 1. et Bon. *illi haec* suppeditant; quare etiam Gifan. coni. *illae haec*. Sed insolentior forma genitivi *illae* pro *illius* (de qua vid. Vossium de Anal. II, 19. p. 338., Havercampo iam laudatus, Ruddim. Inst. Gr. I. p. 53. not. 50. aliique) omnes has correctiones provocasse videtur; quum satis clarum sit, pronomen illud aptius voci *rabies*, quam verbo *germina* addi. — *germina*] Brit. 2. 3. *gramina*; in Iunt. et Ald. 2. legimus *germinat urgens*.

1081. *refrenat*] Lugd. 1. 2. *frenat*. *Refrenare* autem vox est Lucretio inprimis adamata. (Vid. I, 850. II, 276, 283. 1121. V, 115. VI, 531. 568.)

1084. *totum*] sic Hav. et Wak. cum libris fere omnibus; vulgaris *coram* tantum Iunt. et Ald. 2. niti videtur; nam colatori Vind., utique *coram* edenti, parum fidei tribuendum.

1085. *quouis quo* Wak. recepit ex edit. Bon., quibus addere possum Ald. 1. et Iunt.; ceteri libri *quam*, ut vulgo; haud dubie, quia pronomen *quo* sequenti *tam* minus respondere censebant. Sed vide supra ad v. 1002. — *plurima*] Ald. 1. Bon. Iunt. *pluria*.

1086. *cupedine*] Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *cupidine*.

1087. *membris — intus*] Sic Virg. Aen. VII, 192. *intus templo*, quem locum Ruddim. Inst. Gr. II. p. 333. cum nostro comparat. Vid. etiam ad III, 563.

1092. *rapta est*] sic Wak. cum Poor. et Brit. 1., a quibus non longe recedunt Ver. Ven., *raptas* exhibentes, i. e. haud dubie *raptast*; ceteri libri et vulg. editt. *raptat*. Amicus quidam Lambini coni. *in ventos raptat*, Lamb. ipse, qui omnem versum non Lucretianum censet, *ventus spes raptat* (i. e. ventus spei, sive levis et incerta spes!), Gifan. *vento spes captat*, admodum infeliciter, Faber. *Tenuia, quae venti suavit raptare procella*, nimis audacter; Bentl. denique *quae mentem spe lactant saepe misella*. Sed his coniecturis omnibus non opus est, modo vulgarem recte interpretemur; quam Hav. quidem rectius sic distinguendam censet: *Tenuia, quae vento spes rapta est saepe, misella*, Wak. vero melius sic

construit: „praeter tenuia simulacra; quae spes misella (i. e. spes; hoc tantum, et nihil aliud!) saepe vento rapta est.“

1093. *quom*] Ald. 1. Bon. *qui*. — *et*] Ver. Ven. *ut*.

1094. *qui membris edidi cum* Wak., omnes omnino libros sequutus; Hav. cum vulgatis editt. *in membris qui*, ex editorum arbitrio. — *stinguere*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *tinguere* vel *tingere*.

1102. *iam quom*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1.; paullum modo differunt Brit. 3. Cant. Brix. Ald. 1. Bon., *iam tum* praebentes; Brit. 2. *iam tunc*, Iunt. Ald. 2. *iam dum*, Ver. Ven. *iam sunt*; vulgo *quom iam*, contra libros.

1105. *pressantes*] Poor. *prensantes*, quod ortum puto e corrupta lectione Brix. Ver. Ven. *presantes*.

1109. *in*] Vulgares editt. praepositionem omittunt, quam Wak. e Lugd. 1. 2. et Cant. restituit.

1110. *liquescant*] Ald. 1. Bon. *liquescant*, Brit. 2. *quiescant*.

1111. *erupit*] Vind. Brit. 2. *rupit*, Brit. 1. *eripuit*. — *nervis*] quidam Pii Codd. *venis*, non deterius; sed plurimorum Codd. auctoritati parendum. — *coniecta*] Ver. Ven. *coiecta*, quod idem est; Ald. 1. Bon. *coniuncta*, Lugd. 1. 2. *collecta*. (Vid. supra ad v. 1061.)

1115. *machina*\*)] Brit. 2. *inguina*. — *vincat*] Brit. 3. Cant. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *vincant*.

1116. *coeco*] Bodl. Ver. Ven. *toto*. „Forsitan, Wak. inquit, ob similitudinem literarum *c* et *t*, mox *ceco* in *teto*, tum in *toto* abierit. Poteram tentare *tecto*; sed omnem emendandi pruriginem Virg. Aen. IV, 2. reprimit.“

1117. *absumunt*] Bodl. Ald. 1. Bon. *adsumunt*, Vind. Brit. 2. Cant. *assumunt*, Brix. Ver. Ven. *adsummunt*. — *nervos*] sic Ald. 1. et Bon., quas cum Wak. sequutus sum; nam Bodl. Brix. Ver. Ven. *nervis*, in Brit. 2. vero vox prorsus desideratur, quod locum corruptum indicare videtur; et in Cant. alia manus *nervis* et *artus* pro varr. lectt. margini adscripsit. Vind. Brit. 3. Cant. *utris*, quam Wak. depravationem vulgatae lectionis *vires* censet. — *pereunt*] Ver. Ven. *perunt*, Brit. 1. *perimunt*, Brit. 2. *perimit*, Vind. *premit*; quare Wak. suspicatur: *quod absumunt nervos, perimuntque, labores*: ut sit labores in casu recto; cui non assentior. Ceterum quod anaphoram attinet in verbis *Adde quod*, vid. lo-

\*) Sic enim in contextu legendum esse pro vitioso *machin*, quisque videt.

cos, iam a Preigero comparatos, III, 840. 1049. et IV, 1169., et conf. quae ad III, 815. annotavimus.

1119. *vadimonia*] sic Pii quidam Codd., quos cum Iunt. et Ald. 2. omnes editt. recte sequuntur; ceteri libri universi *babilonia* vel *babylonia*, sine sensu.

1122. *smaragdei*] Lugd. 2. *zmaragdi*. (Vid. ad II, 805.)

1125. Verba *Et bene parta patrum* affert Isidorus Origg. IX, 5. (p. 1053. Goth.), pro *parta* vero male *patra* exhibens, quod a verbo *patrare* deducere videtur. — *fiunt*] Poor. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *fluunt*, Brit. 2. *flunt*, Brit. 3. in margine *fluitant*, Brit. 1. *flores*. Non tamen de vulgari lectione dubitandum; etsi Wak. dicit, „de Brit. 1. varietate locum eleganter sic constitui posse: *Et b. p. p. flores, d. m., Interdum* etc., ut *flores* sint *corollae*, *mitrae* vero casus patrius ab *anademata* pendens, atque constructio huiusmodi: *Et bene parta patrum* vertunt *in flores*, accersita praepositione *in* praecedens (?) substantivum;“ quod mihi certe admodum durum et obscurum videtur. — *anademata*] Ver. Ven. *anademate*, Cant. *anadematha*, Brit. 1. *viademata*, Brit. 3. *dya-demata*.

1126. *atque Alidensia Chiaque* Wak. edidit; nam sic habent duo Mss. Lambini, Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 2. Cant., (nisi quod in duobus Codd. postremis literae finales prioris vocis *ia* sequenti coniunguntur,) neque diversa est scriptura trium Codd. Lambini, Bodl. Vind. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. *atque allidens Iachia*; Brit. 3. *atque allidentes iachia*, Pii Codd. quidam *in stlitas et ianthia*, alii eiusdem libri, Iunt. et Ald. 2. *et qualos et iachia*; vulgo ac *Melitensia Ceaque*, e Turnebi vel alius cuiusdam coniectura. Ceterum vix opus est, ut commemorem Pii divinationem infelicissimam *aclides* et *iatria*, (i. e., si Diis placet, brevia iacula et pretiosissima medicamenta.) Wak. autem *Alidensia* metri causa pro *Alindensia* scriptum censet, i. e. pretiosae vestes Alindae, civitate Cariae, confectae; (coll. Plinio H. N. V, 29. fin. cum Harduini annot. et Stephano Byz. sub hoc verbo). *Chia* autem non de insula huius nominis, sed itidem de Cariae urbe (coll. Plinio XVI, 6. et Steph. Byz. voce *Χία*) intelligendum putat, „ita ut altera vox alteram roboret et invicem lumen praebeat.“ Gratulor Wakefieldo, quod Codd. lectiones tam speciose explicare ipsi contigerit; nihil tamen in re obscurissima pro certo contendens. — De neutrali vocis *vertere* usu conf. quae Stallbaum. ad Ruddim. Inst. Gr. II. p. 156. not. 4. et nos ad I, 398. II, 243. III, 501. et alibi annotavimus.

1130. *angat*] Brit. 3. Ver. Ven. *augat*; quare Wak. quae-

rit: „ num scribendum *pungat*, i. e. *pūgat*?“ quod negandum puto.

1131. *quom* recte Hav. restituit, quem Wak. sequutus est. Vulgo e Lamb. coniectura *quod*, contra libros; Vind. enim vulgarem praebere, equidem Altero non crediderim. — *remordet*] Lugd. 2. *demordet*. Conf. III, 839., notissimus Virgilii versus Aen. I, 261., Iuven. II, 35. et Hor. Epod. VI, 4. (quos Wak. ad utrumque locum comparat.)

1133. *iaculata*] „ Gassend. *iactata* longe longeque ineptissimo conatu proposuit.“ *Wak.*

1137. *Atque*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cañt. Brix. Ven. *Aut quae*, Ver. *Aut que*, Ald. 1. Bon. *Atqui*. — *male*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven.; vulgo *mala*.

1139. *Prendere*] ita Brit. 2. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. (non Ver., quam Wak. affert,); ceteri libri *Prehendere*. — *aperto*] Retinui cum plurimis libris et Eichst. vulgarem lectionem, quam nescio quomodo Wak. dicere possit rationibus loci non satis convenire. Optimus est sensus: „ si modo oculis utaris, nec ipse consulto caecutias;“ quae verba multo melius respondent verbis sequentibus *ut melius vigilare sit*, et *cupidine caeci* (v. 1149.), quam Wakefieldi *operto*, e Lugd. 1. 2. Cant. receptum, quod sic explicat: „ quivis, vel sit licet Hypsaea caecior, possit discernere.“ (Conf. etiam IV, 340. et V, 776.) Ceterum Wak. parum probabiliter *limine* coni. pro *lumine*.

1141. *illiciaris*] sic Ald. 1. 2. Bon. et Iunt., quas cum Eichst. sequutus sum, quum lectio sit facillima et aliis Lucretii locis commendata (conf. II, 788. et V, 170.). Non tamen diffiteor, ob Codd. lectiones me libentius Wakefieldi *inliniaris* recepturum fuisse, si modo mira ratio, qua hoc verbum usurpatum foret, a Wak. similibus exemplis comprobata esset. Nam *illiniaris* vere reperitur in nonnullis Pii Codd. et Brix.; Vind. *inliginarius*, Lugd. 1. 2. Brit. 1. Ver. Ven. *inligniaris*, Bodl. *inligniatis*, Poor. *ligniaris*, Brit. 2. *linguinaris*, Brit. 3. *oligniarius*, Cant. *maligniaris*; quae varietates aliam sane ac receptam lectionem innuere videntur. Sed iudicent doctiores. Vulgo *inlaqueeris*, e Lamb. coniectura.

1142. *iaciamur* Wak. restituit ex omnibus libris (praeter Brit. 2., ubi aperto errore *iaciamus* legitur), ut *ne iaciamur* denotet *ne nosmet ipsos iaciamus*; rectissime. Lamb. tamen, quem editt. vulg. sequuntur, *laciatur*, e coniectura.

1148. *Ut* idem Wak. revocavit ex omnibus fere vet. exemplis; una Iunt. *Et*, Vind. vero, Brit. 1. et Ald. 2. *Tum*, ut vulgo editur. Wak. receptam lectionem sic explicat: „ ita



praetermittas animi vitia, ut corporis etiam vitia praetermittas.“

1149. „Editores infercire solent pronomen *hoc* inter *Nam* et *faciunt*: audacius, an inscitius, egomet haud temere dicam. Ordo est: Nam homines, caeci cupidine, faciunt ea commoda, (i. e. confingunt) et tribuunt, quae non vere mulieribus contigerunt.“ *Wak.*

1152. *delictis*] sic Vind. Cant., a quibus non recedunt Brit. 1. 3. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., *delitiis* praebentes; Brit. 2. *inde dictis*, reliqui libri omnes *delictis*; quare Wak. suspicatur *dilectis*, quod non omni caret veritatis specie.

1153. *suadent*] Conf. ad I, 224. IV, 621. etc. Wak. comparat Sedulium I, 274. et Fortunatum VI, 7, 14.

1154. *placent*] Lugd. 2. (a secunda manu) Bodl. Poor. Brit. 1. 3. et Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *placeant*, Brit. 2. *placet*. — *afflicentur*] sic Wak. cum Vind. Poor. Brit. 1. Cant. Brix. Iunt. et Ald. 2.; Brit. 2. *affectentur*, (Lugd. 1. 2. Bodl.?) Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *afflictantur*, ut vulgo.

1156. *μελίχρους*] sic Ald. 2., nec valde recedunt Lugd. 2. *melichrus*, Lugd. 1. et Vind., *melchrus* exhibentes; Brix. *mel crus*, Brit. 1. *mel chru*, Brit. 3. Cant. *mele crus*, Ald. 1. Bon. Iunt. *μελαγχρους*, Pii Codd. *μελιχλωρος* et *μελανοχρους*, Poor. *melachrium*, Bodl. *meletrus*, Ver. Ven. *mel tetrus*. Simili modo in omnibus fere vocibus graecis hic occurrentibus in libris variatur, quod ubivis indicare longius foret.

1158. *Χαρίτων μία*] sic Wak. edidit, quum Lugd. 1. 2. diserte praebeant *chariton mia*, Lugd. 2. vero, Vind. et Poor. *charitomnia*; Brix. Ver. Ven. *charitonna*, Bodl. Cant. *charitonna*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *charitonia*, unde vulgaris facta *χαρίτων ἴα*; sed Wak. scriptura praefenda. Ceterum Wak. coniunctum vult *parvola pumilio*, i. e. parvissima omnium, adeo parva, ut sit etiam pumilio; mihi tamen melius videbatur, commate post *parvola* restituto, locum sic intelligere: *Parvola*, quae aliis pumilio diceretur, ipsi amanti est una *Gratiarum*; aliter enim nimius esset pleonasmus.

1162. *Ἰσχρὸν ἐρωμένιον* editores eruerunt ex his lectionibus: Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *Ἰσχρὸς, ἐρωμένιον*, Bodl. *Isclimon eromenion*, Ver. Ven. *Isclimon cromenion*, Cant. *Isclinsoncromenion*, Brit. 1. *Ischy noneromenion*. (Reliquos Codd. tacent.) — *tum fit*] Ald. 1. Bon. *tum sit*, Cant. *cum fit*. In Brit. 3. voces *Ἰσχρὸν ἐρωμένιον tum fit* prorsus desiderantur.

1164. Versus a librariis misere vexatus. *Gemina* et egregie restituit Turnebus Advv. XXVII, 35., quam lectionem Wak. Cod. Brit. 2. comprobata vidit. Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. Brix. *iamina* et, Brit. 1. *iamma* et, Bodl. *lami-*

*na et*, Ver. Ven. *lavima et*, Ald. 1. Bon. *lamiast*. *Geminam* autem quisque videt hic valere turgidam, carnosam, obesam. — *mammosa, Ceres est*] Vind. *mammosa cerest*, Lugd. 1. Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. *mammo sacer est*, prorsus iisdem literis, Brix. Ver. Ven. *mannio sacer est*, Ald. 1. Bon. *maniosa deost certe*. — *ipsa ab Iaccho*] *ipsa* deest in Vind.; Brit. 3. *dulcedine Iacchi*. Ex eodem, sed inexcusabili, editorum arbitrio in Iunt. et Ald. 2. hic versus sic legitur: *At λάβρα, inmanis, acrisque est icta ab Iaccho*. Receptam lectionem praeterea tuetur Arnobius III, 10. (p. 114. Orellii), „*ab Iaccho Cererem*, Musa ut praedicat Lucretii, *mammosam*“ commemorans. *Cererem ab Iaccho* autem vulgo male explicant Cererem a Baccho amatam, Bacchi amicam; melius Wak., haud dubie Salmasium ad Solin. p. 528. sequutus, interpretatur: „*mammosa facta ab Iaccho*; quum nempe recens esset a Bacchi partu, adeoque uberibus mammarum praedita σφριγῶσιν et lactantibus.“

1165. *ac*] Iunt. *at*. — *labiosa* vulgaris est lectio, quam cum Eichst. retinui; Lugd. 1. 2. Vind. parum diverse *labeosa*; unde fortasse Poor. Brit. 1. 2. Cant. Iunt. et Ald. 2. lectio orta *labrosa*, quam Wak. recepit; Brix. Ver. Ven. *lalcosa*, Ald. 1. et Bon. *λαλοῦσα*. — *φίλημα*] Ald. 1. Bon. Iunt. *φιλοῖνη*.

1166. *si dicere*] Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *id dicere*, Brit. 2. *edicere*; quare Wak. rescribendum putat *si id dicere coner*.

1168. *exoriatur*] Bodl. Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *exhortatur*, in quo fortasse archaismum aliquem latere suspicanti Wakefieldo non assentior; nam nimis vulgaris est corruptio.

1169. De iteratione voculae *nempe* conf. quae supra ad III, 702. et IV, 1117. annotavimus. Preiger. comparat Plaut. Rud. II, 7, 9. et Catalecta vett. poetarum p. 216. (Scalig.?)

1170. *et scimus*] sic omnes fere libri, quos cum vulgaribus editi., Hav. et Eichst. sequutus sum; Wak. ex uno Brit. 2. *ut scimus*. — *turpeis*] ita Wak.; nam Brit. 3., *turpes*, ceteri libri magno consensu *turpis* exhibent. Ald. 2. *turpi*, ut vulgo editur.

1172. *longe*] Lugd. 1. 2. Ver. Ven. *longi*; quare Wak. suspicatur *longim*, pro longe vel longiter; cui divinationi equidem non subscripserim. — *fugitant*] Brit. 2. Ver. Ven. *fugiant*, Bodl. *fugiunt*. — *furtim*] Brit. 2. *furtum*, quod Wak. haud illepidum ac fortasse elegantius censet; cui non possum assentiri.

1175. *amaracino*] Vind. Cant. Brix. Ver. Ven. *amaracina*, Brit. 2. *amarathina*, Brit. 3. *amaraca*. — *foribus*] Poor. Brit. 3. Cant. Ver. Ven. *floribus*.

1176. *immissum* Wak. recepit e Bon., quae sequitur modo Ald. 1., atque Iunt. et Ald. 2. habet assentientes; reliqui libri *missum*; vulg. editt. *admissum*; e coniectura, quae cadere debet antiquorum librorum lectioni.

1178. *cadat*] sic soli Vind. et Brit. 3.; Brit. 2. *cedat*; ceteri libri omnes *cadet*, perperam. Sensus enim, Wak. interprete, hic est: „Et illae de crudelitate eius querelae, ex imo pectore petitae, ac multis meditationibus maturatae, conticescent, atque in aeternum abiicientur, pariter cum amica.“

1179. *Stultitia*] sic Wak. edidit e Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven.; reliqua exemplaria *Stultitiae*, ut vulgo. — *ibi*] Bodl. Brit. 3. Ver. Ven. *sibi*; quare Wak. coni. *Stultitia et sibi se d.*, ut fortasse e *Stultitia* ē venerit illud *Stultitiae*.

1180. „Brit. 2. inserit quod post quam, quasi vellet: quam quod mortali cadere par est.“ *Wak.*

1182. *postscenia* Lambinus restituit e Codd. vestigiis, et sic Vind., si collatori fides tribui possit; Lambini enim Codd. Lugd. 1. 2. Brit. *postcaenia*, a quibus Poor. et Cant. *post cenia* non differt, Brit. 3. Iunt. et Ald. 2. *proscenia*; Bodl. et reliquae editt. vett. *post tenia*, quod in Brit. 2. sic disiungitur: *et post vitae tenia celant.* (Vid. etiam Turneb. Advv. XXVII, 35.)

1185. *inquirere risus*] ita Hav. et Wak. cum plurimis libris; Bodl. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *inquirere usus*, Iunt. Ald. 2. *inquirere in usus*. Vulgo *anquirere nisus*, e Lambini coniectura.

1187. *Praetermittere* lectio est plurimorum exemplarium, quam Hav. et Wak. receperunt, sed diverso modo intelligentes. Ille enim, hiatu admissio, *praetermittere* habet infinitivum, sic explicans: „quae non odiosa est praetermittere, i. e. facile praetermittat;“ hic vero *praetermittere* putat esse futurum, pro imperativo positum, ut sensus sit: „te mittes praeter concessionem humanis rebus: ut, qui locum praeterit vel praetervehitur, quasi, quem adeat et inspiciat, indignum; vel: omittas, illis etiam rebus concedere et veniam dare, quas humana natura cavere nequeat.“ Mihi haec altera ratio praefenda videtur. Vulgo *Praetermittet te*, cum Iunt. et Ald. 2.; Brix. *Praetermittent*, Ald. 1. (in qua laudanda falsus est Gerard.) et Bon. *Praetermittite*, Porr. *Praetermitteret*, Brit. 2. *Praetermitto*.

1188. *ficto-amore*] Broukhus. ad Tibull. I, 7, 41. coni. *fictos amores*, minus bene. Recte enim Wak. observat: „*Suspirare amores* est: cum desiderio cupere; *suspirare amore* valet: prae violentia amoris ducere suspiria.“

1190. *assuctis*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. et omnes editt. vett. *assuetis*. — *humectans*] Cant. *humectens*, Brit. 3. *humetans*, Brit. 1. *iniectans*.

1192. *spatium*] Wak. miratur, Lucretium non scripsisse *stadium*; nihil tamen libris abnegantibus mutandum censet.

1195. *subat, ardet*] sic optini libri; nec differunt Cant. Brix., *suba tardet*, et Ver. Ven., *subatardet* praebentes. Poor. Brit. 3. *subtardet*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *subito ardet*.

1196. *salientum*] Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 3. Cant. Ver. Ven. *fallentum*, Brit. 2. Brix. *falentum*, Poor. Brit. 1. *fallentem*. — *laeta retractant*, scil. animalia illa; sic autem Wak. edidit cum plurimis libris; Poor. Brit. 1. 3. *laeta retractent*, Ald. 1. Bon. Iunt. *nectere tractat*; vulgo *laeta retractat*, scil. natura animalium illorum; quod nescio an Codd. auctoritate nitatur.

1197. *Memmi* Wak. recepit e Poor. et Brit. 1.; vulgo *etiam*, quod Ald. 1. Bon. et, si Hav. silentio aliquid tribuere licet, Lugd. 1. 2. et Bodl. exhibent. In Vind. Brit. 2. Cant. Brix. Ver. Ven. vox plane deest; in Brit. 3. lacuna per *illos*, in Iunt. et Ald. 2. vero per *subito* expletur. Fortasse illud *Memmi* non minus librarii cuiusdam interpolatio habenda, qua lacuna in Codd. reperta sarciretur.

V. 1200., qui in libris omnibus post v. 1206. positus legitur, minus apto, vel potius inepto loco, ab editoribus recte huc translatus est. — „*Divorsei*, i. e. se, alius in aliam partem, vertentes; ad mediae vocis potestatem.“ *Wak.*

1203. *iacere* Wak. restituit ex omnibus libris; vulgo *lacere*, ex audacissima Lambini coniectura. (Conf. supra ad v. 1142.)

V. 1204., omissa coniunctione *ut*, affert Mar. Victorinus p. 2472. P. — *communis*] Brit. 1. *commune*, quod Wak. verum putat: nescio, qua de causa.

1205. *quom*] Lugd. 2. *quo in*, quae ipsissima est scriptura nostra, veterem orthographiam servans. — *semine*] Ver. Ven. *semino*, Vind. Brit. 3. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *semen*. — *virili*] sic Wak. cum Lugd. 2. Brix. Ald. 1. Bon., a quibus Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 2., *virilli*, et Poor, Brit. 1. 3. Cant. Ver. Ven., *vir illi* exhibentes, non recedunt; pauci reliqui libri *virile*, quod vulgares editt. servant, loco sic distincto: *commiscendo quom semine, forte virile Femina* etc.

1206. *Femina*] Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *Foemineum*. — *vim mulxit*] sic cum Eichst. edidimus, ut sensus totius loci sit: Si in utriusque sexus semine commiscendo femina vim seminis virilis subita vi emulget (i. e. elicit) et attrahit etc.; quae latius persequi pudet. De forma *mulxit* verò pro *mulsit* conf.

Priscian. IX, 9. §. 50. (p. 870.) Diomedes p. 363. P. et Rud-  
dim. Inst. Gr. I. p. 221. not. 2. Codd. lectiones sic se habent:  
Lugd. 1. Brit. 1. *vi mulxit*, ut Hav. edidit, Turnebum suaso-  
rem sequutus; Lambini Codd. Lugd. 2. Vind. Brit. 2. 3. Cant.  
*vi mulcit*, Brix. Ver. Ven. *inmulcit*, iisdem literarum ducti-  
bus; Poor. *vi mulcet*, Bodl. *inmulsit*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt.  
*mulsit* simpliciter. Vulgo editur (*semen virile*) *Fem. com-  
mulxit*, e Lambini coni., qui simul aliam proposuit divinatio-  
nem (*semen virile*) *Feminei mulxit subito vis*. Salmas. epist.  
24. ingeniose quidem, sed praeter necessitatem coni. — —  
*semine, forte virilis Femina vim vicit* etc., quam, in verbis  
certe *vim vicit*, Wak. sequutus est.

Vss. 1208. et 1209. a Nonio, formam neutram *vulta* ex-  
emplis comprobatur, III, 206. ita laudantur, ut pro *patrio*  
— *patri*, pro *quos vero quod* legatur. — *iuxtim*] Bodl. Poor.  
Brit. 1. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon. et Cant. pro varia lectio-  
ne *mixtim* vel *mistim*, Brit. 2. *vix tum*. — *volta*] Nonius,  
Poor. Brit. 3. Brix. Iunt. Ald. 2. *vulta*, Brit. 1. Ver. Ven. Ald.  
1. Bon. *multa*.

1210. „*ac*: ita Brit. 2., et deamat hanc voculam Lu-  
cretius, ideoque poetae restitutam volui. Vulgo et.“ *Wak*.

1213. „*neque utrum*: i. e. οὐδὲ ἕτερον, neutrum; ex-  
emplo rariore.“ *Wak*.

1216. *multa modis*] libri omnes *multimodis*; quare Wak.  
coni. *multimodis prim. multei* (quod cum *parentes* vult con-  
structum,); quemadmodum I, 814. 894. et saepius. Sed vide  
I, 1023. II, 115. 654. etc.

1219. *varia*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Ver. *va-  
rie*, Brit. 2. *varieque*, Brix. Ven. *variae*, Lugd. 2. a manu  
secunda *varias*.

1221. *minus*] sic Vind. Brit. 1. 3., quos omnes editores  
post Lambinum sequuti sunt; ceteri libri universi *magis*. —  
*de semine*] Poor. e *semine*, Ald. 1. Bon. a *semine*; in Brit. 1.  
2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. praepositio omnino deest, quare  
Wak. suspicatur *magis haec haud semine certo*.

1226. *Atque utri simile*] Bodl. Ver. Ven. *Atque verisi-  
mile*, Poor. Cant. *Atque viri simile*, Brix. Ald. 1. Bon. *At ve-  
risimile*, Brit. 2. *Atque uti semine*. — *quodquomque*] Vind.  
Brit. 3. Brix. *quocunque*. — *creatur*] Lugd. 1. Bodl. Vind.  
Cant. *creator*, unde Wak. suspicatur *creatom*; Brit. 1. *teratur*.

V. 1228. laudatur a Festo s. v. Suboles (p. 451. Goth.)

1229. *quoiquam*] Bodl. Brit. 2. *quicquam*, Ald. 1. Bon.  
*quemquam*.

1230. *a gnatis*] sic omnes libri, quos Wak. recte se-

quutus est. Vulgo *a natis*. A Ver. et Ven. hic integer versus abest.

1232. *plerumque* idem Wak. restituit ex omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2., quae iam vulgarem lectionem *plerique* exhibent. — *multo*] Brix. *multos*, attracta prima litera sequentis vocis, unde in Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. Iunt. *multas* factum, ad *aras* relatum.

1238. *adfigere adhaesum*: quasi „affigere particulas, aptas adhaesioni; insolito dicendi genere.“ *Wak.* Conf. ad III, 382.

1239. *cedit*] Lugd. 1. 2. Bodl. *redit*, non omnino male (conf. ad IV, 311.); sed vulgaris praestat. Vind. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *credit*. — „*abortu*, i. e. cum abortu, per abortionem: sic enim iunctim scribitur in Lugd. 1. 2. Bodl. Cant. [quibus adde Iunt. et Ald. 2.]; reliqui, ut vulgari solet, *ab ortu*, disiunctis vocibus: quod non capio, neque editores declaraverunt.“ *Wak.*

1240. *hic*] sic (vel potius ad morem suum *heic*) Wak. edidit cum Lugd. 1. 2. Poor. Cant. et Brix. Ver. Ven., quum haec particula vel apud optimos scriptores rei progressum denotet; vulgo *hoc*. — *quoniam*] Brit. 1. *quando*, Brit. 2. 3. *quom*, Bodl. Brix. Ver. Ven. *cum*. — *concretius aequo*] Brit. 2. *concretus aequo*, Bodl. Ver. Ven. *concretus magis aequo*, Brix. *concretum magis aequo*. Quas varias lectiones non commemorassem, nisi Wak. inde coniecisset: — — *quom concretus magis aequo*, *Mittitur*, aut etc.

1246. *Susciunt*] Wak. more suo excudi iussit *Subsuscipiunt*, cui scribendi rationi favere censet lectiones Brit. 3. *Succipiunt*, et Ver. *Susccipiunt*; qua de re mihi liceat dubitare.

1247. *Et multae*] sic omnes fere libri, quibus cum vulgariibus editt. parendum duxi. Wak. (et Eichst.) *Quom multae*, ex uno Lugd. 1.

V. 1248. et 1249. inde a verbis *et nactae* Nonius affert II, 688., sed non minus corruptos, quam libri Mss. et vett. editt. Pro *et nactae* enim Nonius, Ald. 1. Bon. *et natae*, Poor. *et noctu*, Brit. 1. *amotae*. — *post sunt* egregia est Lambini emendatio; Nonius et libri omnes *possunt*. — *unde*] Nonius, Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnes editt. vett. *inde*. De forma *puellos* pro *pueros*, quam etiam apud Gellium XIX, 11., Apulei. Met. p. 351. 646. Oud. et saepius reperias, conf. Sueton. Vesp. 8. Nonius l. 1. Priscian. VI, 8. §. 42. (p. 697.) Festus s. v. Columna ad Ennium p. 73. (p. 28. Hess.) aliique.

1249. *possent*] Brit. 3. Bon. Iunt. Ald. 2. *possunt*, mendose.

1252. *natis* vulgatarum editt. cum Eichst. retinui varietatis causa (conf. v. 1230.), et quia Hav. e suis Codd. non

aliam affert lectionem. Wak. hic etiam *gnatis* edidit cum Vind. Brit. 1. 2. 3. Poor. Cant. et omnibus editt. vett.; fortasse rectius.

1255. *convenient*] sic soli Brit. 1. 2. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; ceteri omnes *conveniunt*, perperam.

1258. *aliis*] Brit. 3. Cant. *alii*; et in Cant. post *extenuantur* inseritur *item*; duo autem Lamb. Codd. *tenuantur item*, et Iunt. *Extenuantur itemque aliis*. In Brit. 1. versus sic legitur: *Atque aliis tenuantur tabescuntque vicissim*.

1264. *Nec*] Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *Ne*, Cant. *Non*. — *opus sunt*] Vind. Cant. Brix. Ver. Ven. *opes sunt*, Brit. 1. 2. Poor. *apes sunt*, Brit. 3. Ald. 1. Bon. Iunt. *prosunt*, ex interpretatione. (Ceterum de constructione *motus opus sunt* respice ad I, 1050.)

1266. *laeta*] Poor. Brit. 2. *lenta*. — *retractet*] Lugd. 2. Poor. *retractat*.

1267. *exossato*] antiqui Pii Codd. *exossatim*, ad formam adverbiorum Lucretio inprimis usitatorum, (vid. ad I, 21.); Brit. 1. Poor. *exossatos*. Wak. locum sic interpretatur: „pectore ita mobili et tortuoso, ac si privaretur ossibus,“ colato Apuleio Met. I. p. 21. Oud., ubi *exossa saltatio* commemoratur, Arnobio VII. p. 239. (*clunibus fluctuare crispatis*) aliisque, quibus, si tanti esset, plures locos similes addere possem.

1268. *Eicit*, *δισυλλάβως*, ut III, 890. et IV, 1043.; Vind. Cant. et omnes editt. vett. *Eicit*, Bodl. *icit*. — *sulcum*] sic Hav. et Wak. cum plurimis libris. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *sultum*; vulgo *sulci*, ex Lambini correctione. — *viaque*] Brix. Iunt. *viasque*, Brit. 2. Ver. Ven. *viatque*.

1269. *Vomeris* Hav. et Wak. restituerunt ex omnibus fere libris. Ver. Ven. *Vometis*, Ald. 1. Bon. *Volneris*; Lamb., quem vulgares editt. sequuntur, *Vomerem*, e coniectura. — *ictum*] Faber. coni. *iactum*, recte refutatus a Bentleio, nostri IV, 1241. Plin. H. N. VII, 2. et Iuven. VI, 126. comparante. Ceterum omnem hunc locum, inprimis vero vss. 1270 — 1272. Donatus respexit ad Terent. Eun. III, 1, 34., a Wak. ad v. 1263. laudatus.

1271. *gravidae*] Lugd. 1. 2. Brit. 2. Cant. Ver. Ven. *gravidā*, non cogitantibus nimirum librariis in verbo *scorta* latere notionem *feminæ*, ut sexcenties. Quare miror, Vossium huic varietati tantum tribuisse, ut coniiiceret *gravidā atque*.

1275. *ametur*] Brit. 2. *amentior*; quare Wak. persuasum sibi habet, Lucretium scripsisse *mulierculae amentur*; me non assentiente.

1277. *modis*] sic editores cum prisco Pii Codice, Brit. 3. Iunt. et Ald. 2.; Brit. 1. *maris*, ceteri libri omnes *moris*. — *mundo corpore culta*] ita Wak. edidit e Bodl. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. Ver. et Bon., a quibus reliquae editt. vett. non discedunt; Brit. 2. *munde corpore culta*, Lugd. 1. 2. *munde corpore culto*, quod Hav. recepit; Brit. 1. *multo corporis cultu* (?). Vulgo *mundo corpori<sup>7</sup> cultu*.

1278. *insuescat*] Lugd. 1. 2. Bodl. *suescat*. — *secum vir*] Poor. Cant. *vir secum*, quod Wak. probat; Brit. 1. et Brix. *secum quoque*; et a Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 2. 3. Ver. et Ven. *vir omnino abest*. — *degere*] Lugd. 2. *degerere*.

1281. *labascit*] Brit. 2. Ver. Ven. *labescit*. (Vid. I, 538.)



# ANNOTATIONES

AD

## LIBRUM QUINTUM.

1. *pollenti*] Bodl. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. *pallenti*, Ver. Ven. *pallentis*, unus Cod. Lambini, Ald. 1. Bon. Iunt. *palanti*, alius Lamb. Cod. *patanti*. Lamb. conii. *praestanti*.

2. *maiestate hisque repertis*] sic, si Lambino fidem habemus, aliquot eius libri; non iniuria tamen Orellius, qui vv. 1—235. huius libri in Eclogas poet. lat. recepit p. 39 ss., observat, „haud raro Criticos saec. XVI., quae ipsorum ingenio deberentur, auctoritatem quandam captantes, Codicibus tribuere maluisse.“ Libri enim nobis cogniti fere omnes *maiestatisque repertis*; Lugd. 1. 2. et Brit. 3. *maiestatis atque repertis*; „qua lectione, inquit Orellius, iterum abusus, Lamb. in Mss. quibusdam reperiri *maiestate atque repertis* asseverat.“

3. *qui*] Ald. 1. Bon. *quis*. — *ingere*] sic Hav. Wak. Eichst. Orell. cum omnibus libris; nam Brix. *figere* varia lectio haberi nequit. Vulgo *fundere*, e Lamb. coniectura, qui sane in aliquot libris *quis findere* inveniri dicit; Gifan. conii. *pingere*, quod vel minus probandum.

Vss. 6—8. affert Lactantius Inst. III, 14. (p. 195. Bip.)

7. *si ut*] quaedam Lactantii exempla, Bodl. Brit. 2. Ver. Ven. *sicut*, Brit. 1. *sic*, eraso vocabulo sequente, Brit. 3. *sit ut*, Iunt. *si ceu*. Ceterum Wak. recte ad h. l., ut ad alios similes, (v. c. II, 404. 618. IV, 1057. etc.) annotat, „elisionem vocalis non factam esse.“ Conf. Max. Victorin. p. 1965. P. Grotensend. Gr. Lat. II. p. 78. (§. 77. fin.) Schneider. Gr. Lat. I. p. 141. Ramsh. Gr. Lat. p. 751 s.

8. *Deus ille fuit*] „Hunc locum prorsus respiciebat Cicero Tusc. I, 21. Conf. etiam Cic. post red. 4. Columella I, 1, 30. Arnobius I. p. 24. Virgil. Ecl. V, 64. Gratius cyneg. 96.“ Wak. Vid. etiam infra v. 52.

10. Conf. Ennius p. 77. Hess. — *sophiam*, *sapientia quae perhibetur*; ubi Columna, nostri loci non immemor,

laudat Senec. epist. 14. (imo 89.) *Sapientia est, quam Graeci σοφίαν vocant, et Afranium apud Gell. N. A. XIII, 8. Sophiam vocant me Graii, vos Sapientiam.*

13. *aliorum*] Bodl. Brix. Ver. Ven. *illorum*. Versus integer abest a Brit. 3.

20. *didita*] Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. et omnes editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. *dedita*. (Conf. ad III, 246. 476. IV, 241. etc.)

21. *animos*] „Lugd. 2. *animum*; i. e. *animō*, vel *āo*: unde est enatus error. “*Wak.*

22. *antistaret*] sic vox scribitur in omnibus libris (non *antestaret*); neque aliter Fulgentius de prisc. serm. 28., quem Wak. laudat. Alia huius vocis exempla congesserunt Columna ad Ennium p. 337. (p. 215. Hess.) et Staveren. ad Corn. Nep. Arist. I. §. 2.

24. *Nemeaeus*] Vind. Brit. 3. Brix. *Nemeus* vel *Nemaeus*, Ver. Ven. *ve meus*, quod idem est; Ald. 1. Bon. *nemiaeus*, Poor. *moriens*, Cant. *veniens*.

28. *tripectora*] Brit. 2. Iunt. *tripectoris*. — *vis Gerionai*] Vind. Poor. Brix. Ver. Ven. *vis Geryona* vel *geriona*, Brit. 3. *vis Geryonis*, Cant. *vis Geryonaea*, Brit. 1. *tergeninusve Geryona*, Ald. 1. Bon. *quoque Geryonae vis*. Ceterum Schneid. Gr. Lat. II. p. 22. hunc locum affert exemplum obsoleiti genitivi *ai* etiam in nominibus masculini generis adhibiti.

Vss. 29 ss. in omnibus Codd. (praeter Vind., qui v. 31. 32. prorsus omittit,) et editt. Brix. Ver. Ven. nulla, aut levis-sima tantum, literarum varietate sic leguntur:

*Et Diomedis equi, spirantes naribus ignem?*

*Tantopere officerent nobis stymphala colentes*

*Thracia Bistoniasque plagas atque Ismara propter?*

In Ald. 1., quam Bon. Iunt. Ald. 2. et omnes seriores editt. sequutae sunt, primum transpositi apparent v. 30. et 31., et ex hoc, verbis *uncisque timendae Unquibus, Arcadiae volucres* insertis, duo versus facti; quae verba, aperte spuria et interpretationis causa addita ab homine, cui *stymphala colentes* non satis clare dictum videbatur, Wak. Eichst. et Orell. praeceuntibus, uncis inclusi, libentius tamen prorsus omissem. Pro *Thracia* autem, omnium fere librorum lectione, quam Wak. (et Eichst.) retinuit, *loca* subintelligens, quod mihi audacius videtur, e con. edidi *Thraciam*, duabus syllabis pronuntiandum; quod, licet similia exempla non habeam afferenda, si cogitamus, veteres Romanos literam *c* ubivis ut Graecorum *κ* protulisse, in Lucretio inprimis mihi non improbabile videtur. Quam facile vero a librariis, in hac synizesi offendentibus, lineola superscripta omitti potuit! Lugd. 1.

(si vere tacet Hav.) Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quas cum vulg. editt. Orellius quoque sequitur, *Thracen*; quae si vera esset lectio, non in ceteris libris omnibus in *Thracia* mutata fuisset.

V. 34. Macrobius Sat. VI, 1. (p. 156. Bip.) laudat cum Virg. Aen. IX, 794. comparatum. Lamb. confert etiam Virg. Geo. III, 149., Wak. vero Val. Flaccum III, 229. et Virg. Aen. VIII, 330. Ceterum de neutris adiectivorum pro adverbis positis iam diximus ad II, 359.

35. *Arboris*] Ver. Ven. *Arboribus*. — *stirpem*] Brit. 1. Cant. *stirpes*, Brix. *stipes*, Iunt. *stipem*, Ald. 1. Bon. *stipites*, Vind. *stirpens*, Brit. 2. 3. Ver. Ven. *serpens*,

36. *Oceanum propter litus*] sic edidi cum Bodl. Vind. Brit. 2. 3. et cunctis editt. vett., (quarum Iunt. modo et Ald. 2. per correcturam exhibent *Oceani p. l.*) Orellium sequutus, qui recte observat, librarios ubivis fere adiectivum *Oceanus* obliterare tentavisse. (Conf. loci a Wak. allati: Iuven. XI, 113. Varro ap. Priscian. III, 4. fin. (p. 609. P.) Avien. in Arat. 1152., (quorum primus quam maxime favet lectioni receptae,) et Burmann. ad Anthol. Lat. V, 1, 7.) Wak. tamen servavit Lambini coniecturam *Propter Atlanteum litus*, quia in omnibus Codd. Lamb. Lugd. 1. 2. *Pr. Atianeum*, in Poor. *Pr. Acianeum*, in Brit. 2. *Pr. Accianeum*, in Cant. *Pr. Actianeum* legitur. — *pelagique*] sic Wak. Eichst. Orell. cum plurimis libris; vulgo *pelageque* cum Brit. 1. 2. 3., ut VI, 620., ubi vide annot. — *severa*] Vind. Brit. 3. et omnes editt. vett. *sonora*, minus bene. Wak. conferri iubet Plaut. Trin. IV, 1, 6. Virg. Geo. III, 37. et Nonium IV, 418.; Orell. vero annotat: „nihil magis Lucretianum, nam (ut *severa silentia noctis* IV, 461.) solitudinem, vastitatem maris, ac labores nautis illuc usque iter pergere ausis exantlandos innuit.“

37. *neque*] sic Wak. cum Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; vulgo *nec*.

39. *Si non*] Lugd. 1. 2. *Sed non*, Bodl. *Non sic*. — *vincta*] Lugd. 1. 2. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. *iuncta*, (quod e *vincta* corruptum videtur). — *quid*] Bodl. Poor. Cant. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *qui*, i. e. quomodo; quod ferri posset, nisi libri meliores obstarent.

40. *satiatem*] Cant. *satietatem*. Conf. II, 1038. et V, 1390.

41. *scatit*] Poor. Brit. 2. *scatet*, Bodl. Brit. 2. Brix. Ver. Ven. *sentit*, Ald. 1. Bon. *senet*. Conf. V, 597. 950. VI, 892. De verbo *scatere* tertiae coniug. conf. Eutyches Gramm. apud Putsch. p. 2185. (ubi vitium typogr. in numeris paginarum Wakefieldo fraudem fecit); quod vero structuram verbi cum genitivo attinet, conf. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 189.

45. *sunt*] sic Wak. cum plurimis libris, quem Eichst. et Orell. sequuntur; vulgo *tunc*, ut in Bodl. Brit. 1. 2. — *in-gratis*] vid. ad III, 1082. Wak. laudat Westerh. ad Ter. Eun. II, 1, 14.

46. *tum scindunt*] ita Lugd. 1. 2. Vind. Cant. Ald. 1. Bon., quibus Wak. Eichst. Orell. obtemperant; Brix. Ver. Ven. cum vel *gum scindunt*, Bodl. Poor. Brit. 1. Iunt. Ald. 2. *con-scindunt*, ut vulgo. — *cupedinis*] Lugd. 1. 2. *cupedines*, Brix. Ver. Ven. *cupidines*, Cant. *cuppinesque*. Vid. ad III, 1007. et conf. I, 1081. et IV, 1086.

48. *spurcicia ac* Wak. recte restituit ex omnibus libris; vulgo *spurcicies* e Lamb. coniectura.

49. *desidiaequae*] sic Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 1. Cant. Ald. 1. Bon., quibus Wak. et sequuti editt. morem gesserunt; vulgo *desidiesque*, ut Brit. 2. Iunt. et Ald. 2.; Brix. *desidia aequae*, Brit. 1. *desidia aequi*, Vind. Ver. Ven. *desidia equi*.

V. 52. cum prioris ultimis verbis *nonne decebit* affert Lactant. Inst. III, 14. (p. 195. Bip.)

54. *Immortalibus*] Wak. (quem Eichst. sequitur) cum plurimis libris edidit *Iam mortalibus*, locum sic construens: „Praesertim, quum iam suerit dare mortalibus bene multa dicta, et divinitus dicta, e divis ipsis: i. e. de more, ad normam ipsorum deorum.“ Cant. vero habet *In mortalibus*, Poor. Iunt. Ald. 2. *Immortalibus*, quod cum vulg. editt. Orellius quoque recepit, „quia *ipsis* a prima sequentis versus voce ita divelli nequeat, ut ad verbum *divis* referatur;“ cui prorsus assentior. Ad *mortales* vero *ipsis* non quadrat. — *de*] sic cum vulgatis editt. Eichst. et Orellio edendum duxi, quamvis contra omnium librorum auctoritatem, qui *e* suppeditant, a Wak. receptum, sed artificiosa, ut vidimus, ratione explicatum. Facile autem metri causa illud *de* a librariis in *e* mutari potuit.

56. *dum*] sic Wak. restituit ex libris fere omnibus; vulgo *nunc*, ut Ald. 1. Bon. Iunt.

59. *valeant aevi*] Brit. 1. Iunt. Ald. 2. *aevi valeant*, quod vulg. editt. receperunt. Recte autem Wak. plurimis optimisque libris obsequutus est.

60. *animi*] Ald. 1. Bon. *animae*, idemque volunt Ver. Ven., *anima* praebentes.

62. *incolomem*] sic Wak. edidit cum Ald. 1. et Bon., a quibus in orthographia modo differunt Lugd. 1. Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant., *incolumem*, et Vind. Brix. Ver. Ven., *incolumen* praebentes; Lugd. 2. *vinculum est*, Brit. 2. *in lucem*. Hav. cum vulg. editt. *incolumis*, ut iam in Iunt. et Ald. 2. apparet.

65. *nunc huc*] Pronomen *me*, quod, libris omnibus iuvitis, vulg. editt. his verbis inserunt, Wak. primus sustulit.

V. 68 ss. Wak. comparat cum Virg. Aen. VI, 724., qui nostrum ante oculos habuerit.

Vss. 72. 73. afferuntur a Nonio IV, 478. — *Coeperit*] Poor. Brit. 1. *Comperit*. — *vesci*] sic Lugd. 1. 2. Poor. Cant. et Nonius; Bodl. Vind. Brit. 3. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *nosci*, Ver. Ven. *nosti*, Brit. 1. *resci*, Brit. 2. *nesci*. „*Vesci*, i. e. vivere, vitam colere: secundario sensu dictionis, quum vita nimirum cibus vescendis propagetur. Videsis Nonium l. c.“ *Wak.* Orellius tamen sensu magis proprio intelligere videtur, quum comparet C. Rabirii, ut putant, fragm. apud Orellium in Praef. ad Epicuri fragm. p. XI. *Sic illi inter se misero sermone fruuntur.*

79. *haec*] ita Lugd. 1. 2. Poor. Cant., quos Hav. Wak. Eichst. Orell. sequuntur; Bodl. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *hic*, ut vulgo editur; reliqui omnes *hoc*.

80. *Libera*] Vind. *Libere*, Poor. Brit. 1. Brix. *Lunam*; librariis haud dubie in metro offendentibus, quum ultimam vocis syllabam ante consonas *sp* non productam viderent. Sed conf. supra v. 48. et infra VI, 1187. atque de omni re Schneid. Gr. Lat. I. p. 694 ss., qui p. 705 s., praeter modo dictos, hos affert Lucretii locos nostro simillimos: I, 373. IV, 476. 774. 850. (ubi rem iam attigimus,) VI, 195. et 944.

83. *bene*] Ald. 1. Bon. *bone*, Brit. 3. Ver. Ven. *vene*, Brit. 2. Cant. *ne ve*, Poor. Brit. 1. *neu*. Conf. VI, 58., ubi nostri loci vv. 83 — 91. ad verbum iterantur.

86. *sūpra*] sic Wak. Eichst. Orell. cum Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2.; ceteri libri *supera*, ut vulgo.

88. „*dominos acres: nempe deos*, quos II, 1091. *dominos superbos* appellat. Sic Cicero N. D. I, 20. *Itaque impossuistis cervicibus nostris sempiternum dominum* etc.“ *Lamb.*

94. *Quorum*] sic Wak., quem Orell. sequitur, cum omnibus libris; nam Bodl. et Vind. per socordiam modo collatorum silentio praetermitti videntur. Miror igitur, Eichstaedium vulgatam *Horum* retinuisse. Vid. ad II, 347., infra ad V, 135. etc.

V. 95. laudat Nonius III, 243. (p. 612. Goth.)

97. *moles et machina mundi*] „Haec per hendyaden dicta sunt pro *moles machinae mundanae*. Lucretianam tamen locutionem pro more Arnobius arripuit I. p. 2.“ *Wak.* Ceterum hunc versum citat Valer. Probus I. p. 1394. P.

99. *Accidat*] Retinui cum Eichst. et Orell. vulgarem lectionem, quam meliores libri et, quod rectissime Orell. com-

memorat, locus parallelus I, 921, ubi post *Nec me animi fallit, quam* aequae subiunctivus sequitur, tuentur. Wak. cum Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. et vett. editt. *Accidit.*

100. *pervincere*] Brit. 3. *pervicere*, Bodl. Brit. 2. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *permittere*.

101. *ubi*] Lugd. 1. *ibi*, Brit. 3. Ver. Ven. *tibi*, Brix. *tibi si* (pro *fit ubi*). — *insolitam*] Brit. 1. 3. Ver. Ven. *insolitum*. Ceterum Lucretius hic imitatur Empedoclem apud Clem. Alex. Strom. V, 12. (v. 302. Sturz.), quod iam Wak. annotavit.

103. *qua*] Lugd. 1. Poor. Brit. 1. 2. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *quam*. — *munita*] Vind. *minuta*, Ver. Ven. *in unica*. De obsoleta vocula *Indu* vid. ad I, 83.

108. *flectat*] Ver. Ven. *flectit*. — *Fortuna*] Poor. Brit. 2. *Natura*; quod e v. 78. huc translatum est.

111. *Qua*] Bodl. Brix. Ald. 1. Bon. *Quae*. — *quam*] Cant. *qua*.

113. *tripode e*] Vulgatam lectionem, etsi a solis Ald. 1. et Bon. suppeditatam, cum Eichst. et Orellio servavi, inprimis ob locum parallelum libri I., ubi v. 739. et 740. iam adfuerunt nostri loci vv. 112. et 113.; Poor. Brit. 1. *tripodis*; Brit. 2. *tripode*, ommissa praepositione; ceteri libri omnes *tripode a*, quod Wak. recepit.

116. Wak. ante *coelum* e plurimis libris inseruit *et*, quod cum Eichst. et Orellio rursus omisi, Vind. et Cant. sequutus.

117. *meare*] sic Wak. (Eichst. Orell.) cum omnibus libris, praeter Iunt. et Ald. 2., hic etiam vulgatae *manere* exemplum praeerunt. (Conf. ad VI, 1194., ubi eadem varietas.)

118. *par*] sic Pius restituit in Bon., quem cum Iunt. et Ald. 2. omnes editt. sequutae sunt. Ceteri libri omnes *pars*.

121. *restinguere*] Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *restringere*. (Conf. ad III, 1057. et IV, 874.)

123. *ab numine*] sic Iunt. et Ald. 2., a quibus, quum plurimi libri (certe reliquae editt. vett.) praepositionem prorsus omittant, non recessi. Wak. tamen *a numine*, nescio cum quibus libris; nam Havercampo, qui Veron. falso laudat, etiam quoad Lugd. 1. 2. parum fidei tribuendum. Mirum autem, Wak. ipsum infra v. 150. *ab nostris*, utpote magis Lucretianum, praetulisse; ubi plura diximus. — *numine distent*] Brit. 3. *numine luscent*, Ver. Ven. *animi lastent*. In Vind. haec verba omnino desunt.

124. *quae sint*] sic Wak. cum omnibus libris, praeter Brix., cum levi varietate *quae sunt* praebentem; vulgares tamen editt. *sic sunt*.

126. *Quid*] Poor. Brit. 1. Brix. *Quidve*; nimirum metro

succurrentes, quia in his libris, ut in Brit. 2. Ver. Ven., in tali pro vitali legitur. — *sensuque*] Brit. 1. *sensuve*.

Vss. 129—142., in principio et fine paullulum mutati, iam adfuerunt III, 785 ss. — V. 129. *non aequore* Wak. revocavit ex omnibus libris; (nam Vind. collator, vulgarena edens, haud dubie dormivit). Eichst. tamen cum vulg. editt. *nec in aequore*; immemor, ut Orell. monet, locorum similium III, 785. V, 233. etc.

131. *neque*] sic Wak., quem hic, plurimis libris suffragantibus, sequutus sum; vulgo *nec*, ut in Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Iunt. Ald. 2. — *sucus*] Bodl. Brix. Ver. Ven. *cruor*, Lugd. 2. *fucus*.

134. *longius* Wak. rectissime restituit; vulgo *longiter* (ut III, 676.), libris omnibus reclamantibus.

135. *Quod* Wak. edidit cum plurimis libris; vulgo *Hoc*, cui favent modo Bodl. (?) Vind. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. Vide supra ad v. 94.

138. *Quamde*] sic Bentl. hic et loco parallelo III, 794. (ubi vid. annotata) ingeniosissime correxit; libri enim omnes et vulg. editt. *Tandem*. — *in eodem homine*] Bentl. coni. *in corde omni*. [In annott. Bentleii ad calcem II. edit. Wakef. T. IV. p. 441. legitur *in corde omni (uno)*.] — *manere*] Vind. Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. *maneret*.

147. *credere*] Falso Wak. e Bon. affert lectionem *dicere*, quae cum omnibus reliquis libris *credere* exhibet.

150. *ab nostris*] ,, Vulgo *a*; Brit. 3. Cant. *ab*, quod magis Lucretianum est. “*Wak.* Conf. v. c. supra v. 123. et infra v. 1331. Sic Cicero Inv. II, 53. §. 160. *ab natura*. (Conf. Goerenz. ad Cic. Finn. II, 31. (p. 273.) V, 1. (p. 530.) ad Cic. Legg. III, 16. (p. 264.) etc. Quoties autem librarii in eiusmodi locis consonam illam abiicisse putandi sunt!

153. *si tangi* Wak. edidit cum Brit. 1. Ald. 1. et Bon.; vulgo *quod tangi*, ut in Lugd. 1. 2. Bodl. (si Hav. silentio aliquid tribuendum) Iunt. et Ald. 2. In Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. utraque lectio coniungitur *quod si*.

155. *de corpore*] i. e. pro corpore, ad rationem et naturam corporis; ut saepissime apud Lucretium. Abeat igitur Lamb. cum coniectura *pro corpore*.

156. *largo*] ,, Vind. Poor. *longo*; ut Flaccus Epist. II, 1, 4. — Ceterum vel propositum poetae nunquam adimpletum est, vel, quae de natura deorum eorumque domiciliis scripserit, iniuria temporis periere. “*Wak.*

Vss. 157. et 158. usque ad vocem *naturam*, sicut infra vss. 166—168. Lactantius affert Inst. VII, 3. (p. 97. Bip.)

159. *Allaudabile*] sic edendum curavi, ut mihi constarem in eiusmodi compositis scribendis, licet omnes fere libri praebeant *Ad laudabile*, unde Wak. primus fecit *Adlaudabile*; vulgo *Id laudabile*, ut Brit. 1. Iunt. et Ald. 2.

163. *ulla vi ex*] ita Hav. et Wak. cum Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 3. Cant. Ald. 1. Bon. et Iunt.; Brit. 1. 2. *ullam ex*, prorsus iisdem literarum ductibus; Ver. Ven. *illum ex*, Poor. Brix. *ullam de*, Ald. 2. *ullum de*, ut vulgo editur. Sed quisque videt, quomodo corruptio paulatim processerit.

164. *summa* Wak. recepit ex omnibus libris, sed peperam ablativum habet pro *in summa* (i. e. *tandem, denique*, ut III, 84.) positum; longe rectius Orellius neutrum pluralis esse dicit, ut iam Knebel. intellexerat, vertens: *zu oberst das Unterste kehrend*. Vulgo *summam*, ut Cod. Vat. Lambini, qui temere *coni. fundo*, sicut Bentl. *pessum*.

165. *affingere et addere*] Wak. comparat Caes. B. G. VII, 1.

168. *aggrediantur*] sic edidi, vulgares editt. cum Eichst. et Orell. sequutus. Wak. e Vind. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. recepit *aggredientur*, quod pro „*aggressuri sint*, vel *nunc utique*, vel *posthac*“ paullo audacius iubet accipi.

174. *Quid*] Brit. 2. *Quis*, Bon. *Qui*. — *novitatis*] Ver. Ven. *novitas*. — *amorem*] Ald. 1. Bon. *amore*, quod Wak. non deterius censet. — *accendere*] Poor. Ald. 1. Bon. *accedere*. — *tali*] Poor. Brit. 1.; e quibus omnibus nihil eruere possum, quod vulgatae praeferri mereatur. Post hunc versum in Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus editt. vett. male insertur v. 177.

177. De graecismo illo *nobis non esse creatis* vix opus est ut dicam. Plura exempla contulit Ruddim. Inst. Gr. II. p. 15 s. not. 40.

180. *vero vitae*] Cant. *vere vitam*. — *gustavit*] Poor. Brit. 1. Cant. Brix. Ver. Ven. *gestavit*. Wakefieldo non displicuisset *vitam gustavit amore*.

181. *Nec*] Brit. 2. *Non*. — *numero*] Poor. Brit. 1. *mundo*; non absurde, ut Wak. censet, cui tamen recepta lectio exquisitior et eruditior videtur. — *creaturam*] Heinsius ad Ovid. Nucem v. 107. quosdam Codd. *creato* habere perhibet, qui tamen aliis prorsus incogniti sunt. *Creato* vero nihil aliud est, quam *creatō*, i. e. *creatum*.

183. *dis unde est*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. Bodl., nec multo aliter Brit. 1. Cant. *divis unde est*, Vind. Brit. 3. *divisum est*, Brit. 2. *divis deest*, Poor. Brix. Ver. Ven. *divisum deest*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *divis unde*, ut vulgo editur.

185. *unquam*] „Brit. 1. *inquam*, non illepide, vice *unquam*.“ *Wak.*



186. *Quidque*] sic Wak. cum libris fere omnibus; Bodl. *Quidve*, Brit. 3. *Quaeque*; vulgo *Quidnam*, ex editorum arbitrio. — *sese*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 3. Cant. Ver. Ven. *se*.

187. *specimen*] Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 2. Cant. et omnes editt. vett. *speciem*. (vel *spetiem*). Veram lectionem iam Pius restituit.

V. 188 — 192. hac vel illa vocula mutati repetuntur infra v. 423 ss.

190. *consuerunt*] Bentl. coni. *consuerant*. Recte autem Wak. opponit, „non solum in seculis praeteritis hoc modo res administratas esse, sed hodieque ita administrari.“

194. *Deciderunt*] Ald. 1. Bon. *Deciderint*. — *taleis*] Brit. 2. *talibus*. — *meatus*] Pii Codd., Brit. 1. Brix. *novatus*, Vind. Cant. *mestus*, Brit. 2. Ver. Ven. *moestus*, Brit. 3. *in estus*.

195. *geritur* Wak. revocavit ex omnibus libris; vulgo *genitur*, e Lamb. coniectura iam saepius reprobata.

196. *si iam*] Poor. Cant. *iam nunc*, Brit. 1. *iam ego*, Lugd. 2. Bodl. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *iam* (omisso *si*). Ceterum vv. 196 — 200. aliquantulum mutatos iam legimus II, 177 ss.

201. *quantum*] Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *quam tum*. — *tegit*] Brit. 2. *gerit*, et pro varia lectione *regit*.

202. *avidam*] „quasi scilicet, sua portione parum contenti, omnia rapere vellent et haurire: i. e. — — *magnam* partem.“ *Wak.* Conf. II, 1066. V, 471. et quae ad I, 1030. annotavimus.

204. *destinet*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. (haud dubie etiam Brix., nam Gerard. omnem hanc varietatem neglexit,) *destinat*, Brit. 2. *destinet*. Bentl. cum his verbis comparat Horatii (Od. I, 3, 22.) *oceanum dissociabilem*, Wak. vero laudat Heinsium ad Ovid. Heroid. VIII, 69., nostri loci non immemorem.

V. 206. simul cum alio Lucretii loco VI, 156. Nonius affert VIII, 26. utpote exempla vocis *gelum* (vel *gelus*?) ad secundam declinationem formatae, qua de re conf. idem Nonius III, 104. Priscian. V, 8. §. 43. (p. 658.) Varro R. R. I, 45. Lucretius etiam VI, 530. et 878. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 343s.

208. *Sentibus obducat*] Poor. Brit. 3. *Gentibus obducat*, Brit. 1. *Gentibus abducat*, quam quomodo Wak. „variā lectionem longe longeque venustissimā“ dicere possit, non video; qui tamen recte censet, ob stare Virg. Geo. II, 411. — *ni*] Ver. Ven. *iri*, Brit. 3. *vi*, Brit. 2. *nisi*; „quod placuisset, inquit Wak., si Mantuanus idem ille non iterum obstaret Geo. I, 198.“

210. Wak. comparat Virg. Geo. I, 45. Avien. in Arat. 616.

Silium Ital. XVI, 552. et Priscian. perieg. 180., qui omnes e Lucretio hausisse videntur. Idem Wak. quaerit, „an fortasse huiuscemodi carmen post v. 210. exciderit: *Herbarum genera, ac nitidarum semina frugum?*“ Equidem nihil excidisse puto.

Vss. 211. 212., primis tantum verbis variatis, iam I, 212. 213. adfuerunt.

213. *existere*] Brit. 2. *persistere*, Pii Codd. *exsurgere*, e glossa.

Vss. 214—218. Macrobius laudat Sat. VI, 2. (p. 170. Bip.) cum Virg. Geo. I, 118 s. comparatos, et ita quidem, ut *Sed tamen pro Et tamen et torrens pro torret* exhibeat. Omnis autem hic locus fluxisse videtur ex Ennii versibus p. 180. Hess., ubi vid. Columna.

221. *Quur*] ita clare Brit. 2. (Conf. ad I, 175.)

224. *Navita*] Ver. Ven. *Nauta*. — *indigus auxilio*] Notanda est constructio vocis *indigus* cum ablativo, cuius aliud exemplum non habeo afferendum; nam in Apul. Met. IX. p. 615. Oud. lectio variat (*refectione indigus, indiguus, indignus*; conf. Oudend. ad h. l., quem fugit hic Lucretii locus.)

225. *Vitali auxilio*] sic vulg. editt. cum omnibus libris, quos Wak. Eichst. Orell. rectissime sequuti sunt. Lamb. (e Mureti con.) Gifan. Hav., probantibus etiam Preigero et Bentleio, *Vitai auxilio*. Sed vox *vitalis* (i. e. vitam largiens, iuvans) in deliciis est Lucretio, et sexcenties ab eo adhibetur. (Vid. v. c. II, 576. 890. 948. 955. III, 576. V, 855. VI, 1226. etc. — Similiter genitivus *Scenai* veram lectionem *Scenalem* deturbavit IV, 77.)

226. *profudit*] Lugd. 2. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *profundit*. Ceterum Wak. iam ad v. 224. laudat Seren. Samon. de med. 1038. *Nudum hominem primum mundi natura profudit*; qui aperte nostrum locum respexit.

229. *variae — pecudes*] Bentl. legi suadet *validae — pecudes*; Wak. con. *variae — volucres*, collatis II, 144. et IV, 1193., recte tamen addens, „periculosum esse subitis quibuslibet cogitationibus obtemperare;“ quod utinam saepius considerasset vir ad coniciendum promptissimus!

230. *Nec crepitacillis*] sic Wak. cum Pii quibusdam Codd. Lugd. 1. 2. Brit. 1. Iunt. et Ald. 2.; quam rariorem formam, Orellio teste, etiam Tertull. adv. Iud. 9. servabat, priusquam castigaretur. Neque aliter Heinsius ad Claudian. in Eutrop. I, 262. legendum iudicavit. Bodl. Brix. Ver. Ven. *Ne crepitaculis*, Vind. *Nec receptaculis*, Brit. 2. *Nec reputaculis*, Brit. 3. *Nec repitacillis*. (a vero paullum modo aberrans), Poor. *Ne crepitat ancillis*, Cant. *Nec repit ancillis*, Ald. 1. Bon. *Nec crepitacula eis*, ut vulgo editur. — *opus est*] ita

Hav. et Wak., omnes libros sequenti; vulgares editt. *opus sunt*. — *quoiquam*] Vind. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *cuique*, quod Wak. probat.

231. *atque*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *ac*, quod certe notandum. (Vid. quae ad I, 889. et infra ad V, 343. disputavimus.)

234. *Quei* Wak. edidit cum plurimis libris, locum sic interpretatus: „quasi sint ii animantes, quibus corpora et habitacula sint vestibis armisque defendenda.“ Vulgo *Queis*, ut Brit. 1. Iunt. et Ald. 2.; Ald. 1. Bon. *Quae*.

235. De constructione verborum *Naturaque daedala rerum*, quam Wak. ambiguam dicit, prorsus non sum dubius, quum non solum ipsa verborum collocatio, sed etiam loci IV, 551. et II, 505. aperte demonstrant, *rerum non cum Natura*, sed cum *daedala* esse construendum.

V. 237. Nonius exhibet IV, 2. (p. 616. Goth.)

240. *eadem*, scil. via, omnis natura mundi debet nativa et mortalis putari, ut Wak. explicat, qui primus hanc librorum lectionem restituit; duo Lamb. Codd. *Debet omnia eadem*, Lugd. 2. *Debet omnis idem*, Iunt. *Haec eadem debet*. Vulgo *Debet tota eadem*, e Lamb. coniectura; Gifan. *Debet eodem* (sc. corpore) *omnis*, quod dicit in vett. libris reperiri, nescio an vere.

242. *nativo in mortalibus* Wak. edidit e coni. satis probabili, cui librorum vestigia admodum opitulatur; nam Ald. 1. Bon. Iunt. *nativo immortalibus*, Poor. *nativo mortalibus* (in omisso), Lugd. 1. *nativom mortalibus*, unde in Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *nativum mortalibus* factum. Vulgo *nativo et mortalibus*, contra omnes libros.

246. *idem*] Omnium vett. exemplarium fidem cum vulg. editt. et Eichst. sequutus sum. Wak. autem recepit Bentleii coniecturam *item*, quam ille loco VI, 757. defendere studet.

248. *ne corripuisse*] sic omnes libri nobis cogniti, quorum auctoritatem non sprexit Wak. — Lamb., quum in nonnullis libris invenisset *ne arripuisse*, effinxit *ne me arripuisse*, quod vulgares editt. omnes propagarunt. Gifan. et Voss. de arte gramm. II, 16. praeferunt hiatum in lectione *ne arripuisse*.

251. *Rursus* ad utrumque verbum *gigni* et *augescere* referas.

252. *non nulla*] Poor. Brit. 2. Brix. *non ulla*.

253. De plurali *soles*, qui redivit VI, 1101. et 1218. (in quo altero loco pro *dies* usurpatur), conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 135. not. 100. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 391.

255. *dispargunt*] Wak., ut solet, *dispargunt*, cum Brit. 2. 3.

V. 256. cum prima voce sequentis affertur a Nonio III, 84.

258. *alid auget*] sic Wak. et Eichst. cum Lugd. 1. 2. et vulg. editt.; Lamb. vero (in serioribus editt.) Gifan. et Hav. *alit*, *auget ἀσυνδέρτως*, inprimis ob v. 323. huius libri.

259. *Roditur*] Vulgarem cum Eichst. servavi, quae, sive Marulli sit coniectura (nam in Iunt. primum apparet), sive Codicis cuiusdam lectio, aptissima videtur. Wak. e ceteris libris omnibus edidit *Redditur*, quod per *restituitur* explicat. At, si concedamus, Lucretium voce *reddere* hoc sensu usum fuisse, eo tamen haec lectio refellitur, quod in prioribus duobus exemplis, quibus haec sententia per *Praeterea* annectitur, de amissis modo et perditis, non de restitutis corporum particulis sermo fuit. Eiusdem vero vocabuli repetitionem in versibus se excipientibus attentum Lucretii lectorem non potest offendere.

261. *libatur*] Brit. 2. et Brix. *labatur*; Lamb. et vulg. editt. *limatur*, contra libros, quorum lectionem Hav. et Wak. iure restituerunt. (Vid. ad III, 11.)

266. *in summa*, i. e. denique, ut breviter et summam dicam, quemadmodum III, 84.; nisi malis construere: et fit, ut in summa (i. e. in universo) humor nihil abundet.

267. *verrentes aequora ventei*] Conf. V, 389. (ubi hic versus cum sequente iteratur) et VI, 625., nec minus I, 280. et V, 1226. Virg. Geo. III, 201. Aen. I, 59. etc.

268. *Deminuunt*] sic editores rectissime, quamvis unus modo Brit. 1. huic lectioni faveat; ceteri libri omnes *Diminuunt*. (Conf. infra v. 324. et vid. ad II, 316. 395. 742. 924. etc.)

269. *diditur*] Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *dividitur*. (Vid. ad III, 703.)

Vss. 270 — 273. singulis quibusdam verbis variati repetuntur VI, 636 — 639.

273. *secta*] Brit. 2. *septa*. — *detulit*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *retulit*.

274. *quid*] i. e. in quantum, καὶ ὅσον, ut Wak. interpretatur, qui sic restituit ex omnibus fere libris. Vulgo *qui*, ut in Iunt. et Ald. 2.

275. *privas*] Brit. 3. *primas*. — *in horas*] Vind. Poor. Cant. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *in oras*, Ver. Ven. *moras*.

277. *Aëris mare*] Sic Ennius apud Nonium III, 92. (p. 286. Hessel.) *coeli fretum*, idemque apud Varr. L. L. VI. p. 90. Bip. (p. 121. Hess.) *fretum caeruleum* (de coelo usurpatum.)

281. *Recidere*] Lugd. 1. 2. Poor. *Reccidere*, sine causa; Iunt. *Decidere*, ex eadem de metro sollicitudine. (Sed vide I, 857. 1062. etc. et Buttman. in Schneid. Gr. Lat. I. p. 595 ss.)

283. *recenti*] sic Lugd. 2. a secunda manu, Poor. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quibus editores recte obtemperarunt.

Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *regenti*, Brit. 2. *rigenti*; quare Wak. coni. *vigenti*, provocans ad I, 924. et III, 284.

285. *ei*] ita Wak. cum omnibus libris, praeter Iunt., *eius* exhibentem; vulgo *eii*, sine causa. (Vid. infra ad v. 301.)

292. *Et*] Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *Ut*, e versu priori repetitum.

294. *suppeditet*, absolute pro *suppetat*, ut saepius. (Conf. ad I, 548., ubi adde Ruhnk. ad Rutil. Lup. II, 9., quem laudat Wak. ad I, 1039.)

295. Verba *Quin etiam* — — *pendentes lychnei* a Macrobio Sat. VI, 4. (p. 178. Bip.) citantur, collati cum Virg. Aen. I, 726. Conf. etiam Ennius p. 88. Hessel., ibique Columna.

297. *Fulguribus*] Bodl. Poor. Brit. 1. 2. Cant. Ald. 1. Bon. Iunt. *Fulgoribus*. (Conf. ad II, 325.)

298. *properant*] sic Bodl. Brit. 3. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; Brit. *referam*, ceteri omnes *proferant*, mendose.

301. *properanter*] Brit. 1. *properant*. — *ei* Wak. edidit cum Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. (conf. supra ad v. 285.); vulgo *eius*.

302. *celeratur* lectio est Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et Iunt., quos Hav. et Wak. sequuntur; vulgares edit. *toleratur*, ut reliqui libri.

304. *subortu*] „Poor. Brit. 1. Cant. [Brix.?] Ver. [Ven. Ald. 1.] Bon. *sub ortu*; male. Lamb. bene suscitavit I, 1048. II, 1137. [1138. nostrae edit.], quibus adiicias I, 1035. “*Wak.*

305. *flammarum*] ita Wak. cum Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et Iunt.; Brit. 2. *flammare*, Ver. Ven. *flammas*, Bodl. Vind. Ald. 1. 2. Bon. *flammai*, ut vulgo editur. (Conf. supra v. 285.)

306. *ne*] Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *nec*.

310. *protollere*] sic non nisi Lugd. 1. Vind. et Brit. 3.; sed idem volunt Lugd. 2. *psetollere*, et Iunt. *protelere*; reliqui omnes *procellere*. „*Protollere* autem, sensu satis obvio, pro *tollere* porro, vel promovere, extendere. Similiter Plaut. Pseud. III, 2, 71. et Avien. in Arat. 567. “*Wak.* Alia exempla e Lucilio, Plauto, et Gellio Lexica praebent.

312. *monimenta* Wak. scripsit cum Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et omnibus edit. vett.; quam scripturam, etymologiae vocis magis convenientem, defendunt Varro L. L. V, 6. Festus in voce, Cicero apud Nonium I, 136. Servius ad Virg. Aen. III, 486. VI, 512. XII, 945., a Wak. laudati.

313. Ut hunc versum cum Wak. edendum curavi, legitur in quatuor Lamb. Codd. Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 3. Cant. et Brix., a quibus reliqui in eo tantum recedunt, quod Bodl.

Brit. 1. Ver. Ven. pro *sibi cunq̄ue* exhibent *omn̄ique*, Vind. *sibiom̄ique*, Brit. 2. *sibi om̄ni*, Ald. 1. Bon. *subitoque*, quae editt. et *Cedere* habent pro *Quaerere*; unde in Iunt. et Ald. 2. omnis versus e Marulli con̄i. sic legitur: *Cedere proporro, subitoque senescere casu*; quae vulgaris lectio facta. Faber, versu antecedente deleto, legi voluit *Omniaque ut porro subitoque senescere credas*, Vössius: *Quae ruere proporro ibi conque senescere credas*, quod Preigero placuit. Sensus receptae lectionis, quem non nego paullo obscuriorem esse et impeditiorem, hic esse debet: Nonne saepe monumenta tam cito corruere videmus, ut aliquis credere possit, ea ipsa quocunque modo quaerere sibi senescere i. e. senectutem.

V. 314. Nonius laudat III, 209. (p. 611. Goth.)

317. Verbum *pertolerare* praeter hunc locum non nisi in Plaut. Amph. suppos. v. 20. inveniri videtur.

319 ss. Omnis hic locus fluxit e Pacuvii versibus in Chryse *Hoc vide circum supraque, quod complexu continet* etc., quos Columna ad Ennium p. 287. (p. 180 s. Hessel.) cum nostro loco comparat. — *Tuere*] Poor. Ald. 1. Bon. *ruere*. — *que* deest in Ver. Ven., ut *quod* in Vind. — *omne*] sic Wak. cum omnibus fere libris; vulgo *omnem*, ut soli Bodl. Vind. Iunt. et Ald. 2.

320. *terrarum* Wak. recepit e Brit. 1.; Ald. 1. [Bon. *terrai*, Brit. 1. *quae terram*, Cant. *quod terram*; ceteri libri omnes *terram*, quod vulg. editt. servant, addita coniunctione *quod*, quam non agnoscunt Vind. Brit. 2. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. *Omne terrarum* autem dictum est, ut I, 1068. *prima viai*, I, 1089. *coeli caerulea* etc. (vid. ad I, 87. 1040. 1068. etc.); quos locos, e mea sententia, Wak. rectius comparasset, quam huius libri v. 107., ubi mihi quidem *terrarum motibus* coniungendum videtur, non *terrarum omnia*.

323. *quodquomque*] Wak. con̄i. *quaequomque*, „ut ad res posterius referatur, versibus sic interpunctis: *Nam, quaequomque a. ex se r. auget, alitque, D. d., recr. quam recipit, res;*“ quod probare non possum.

324. *Diminui*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 2. *Diminui*. (Vid. supra ad v. 268.)

326. *Terrarum*] sic Wak. cum omnibus libris, quibus haud dubie Vind. quoque annumerandus est, licet collator vulgarem lectionem *Terrai* in eo invenisse videatur.

327. *Quur*] Brit. 2. *Qur*; vulgo *Cur*. (Vid. supra ad v. 221.) — *supra*] sic Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., quos sequitur Wak.; vulgo *supera*. (Vide supra ad v. 86.) — *Thebanum*] Brit. 2. *Troianum*.

328. *aliei quoque*] Lugd. 1. 2. *aliquoque*, Vind. Brit. 2. 3. Ver. Ven. *aliasque*, Brix. *alias quoque*. — *cecinere*] Ver. Ven. *tenuere*.

329. *totiens*] ita Wak. e Vind. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven.; vulgo *toties*. (Vid. ad I, 598.) — *neque* Wak. restituit e Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix.; Ver. Ven. *ne*; vulgo *nec*.

330. *monimentis*] sic Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnes editt. vett. praeter Iunt. (Conf. supra ad v. 312.)

332. *mundi est* Wak. edidit, Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 2. 3. Cant. et Ver. sequutus, a quibus Brix. et Ven. non recedunt; vulgo *est mundi*.

Vss. 336 — 338. exhibentur a Lactantio Inst. III, 16.

338. *sum abest* a Bodl. Ver. Ven. — *possim*] Brit. 2. *possem*, Lactantius I. c. *possum*.

339. *fuisse*] Brit. 2. *fuisset*. — *antehac*] Brix. Ver. Ven. *ante ac*, Poor. Brit. 1. *ante hoc*.

343. *ac oppida*] sic Wak. cum Poor. Brit. 1. 2. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; idemque sibi volunt optimi Codd. Lugd. 1. 2., *at praebentes*; vulgo *atque*. (Sed vide quae ad I, 889. disputavimus, et conf. supra ad v. 231.)

344. *quique*] „sic Lugd. 1. 2. Brit. 1. verissime; ceteri *quippe* [ut vulgo editur]; Iunt. *nempe*: unde pro adulterino fetu glossatoris arguitur illud *quippe*, non perspicientis *quique* pro *quisque* stare, i. e. ex usu honorum scriptorum pro *quisquis*, vel *quicumque*.“ *Wak.*

345. *terrarum hic quoque* Wak. ex omnibus libris restituit pro vulgari *terrai*. (Vid. supra ad v. 326.)

350. *aegrescimus* est lectio Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Cant. et omnium editt. vett., quam Wak. recepit, rectissime; non aliter enim III, 520. sine ulla varietate legitur, quod analogia etiam commendat; vulgo tamen *aegriscimus*. — *idem* omnia vett. exemplaria praebent, quae sequutus Wak. *idem* edidit; vulgo *isdem*, e Pii coniectura.

352. *neesse est*] Retinui vulgarem lectionem. Wak. (et Eichst.) ex uno Lugd. 2. *necessum est*. Ceterum omnis hic locus, vv. 352 — 374., hic ibi paullulum mutatus, iam adfuit III, 807 — 829.

359. *intactum*] Bodl. Ver. Ven. *vitandum*. — *fungitur*] Bodl. Vind. Brit. 2. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *figitur*, Poor. Brit. 1. Iunt. Ald. 2. *frangitur*.

363. *Qui*] ita Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven., quibus Wak. obtemperavit; vulgo *Quis*. (Vid. supra v. 344.)

368. *forte*] Brit. 1. *fonte*, pro varia lectione. — *coorta*] sic soli Brit. 3. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; ceteri omnes *coperta*.

369. *Corruere*] ita Wak. cum libris omnibus praeter Brit. 2., *Cernere* praebentem; vulgo tamen *Proruere*, e Lamb. coniectura, iam a Gifan. recte reprobata. *Corruere*, activo sensu, valet *una ruere* vel *prosternere*, ut Wak. etiam interpretatur; qui laudat Plaut. Rud. II, 6, 58. ibique Scaligerum. Sic simplex *ruere* aliquoties apud nostrum, v. c. I, 273. 293. VI, 727. etc.

372. *possint*] Ver. Ven. *possunt*; „per errorem transpositionis, ut Wak. censet; hic nempe scribi volentes *possint*, et in sequenti versu *possunt*.“

373. *possunt*] sic Lugd. 1. 2. Poor. Cant. (nec aliter, si Wak. ad verum priorem recte suspicatus est, voluerunt Ver. Ven.), quos cum Wak. sequutus sum; vulgo *possint*; „quasi a *quo* praeunte penderet; quod nullo modo poëta voluit: nam voces *possunt pulsa* respiciunt omnia creata, de quibus in vv. 352. 358. 361. 369.“ *Wak.*

375. *terraeque*] Bentl. coni. *terraeve*. — *neque* Wak. edidit cum Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. Cant. et Brix.; vulgo *nec*.

376. *inmani*] Bentl. legi vult *immane*, haud dubie cum *patet* adverbialiter constructum, cui coniecturae non possum suffragari cum Wak. — *respectat*] Brit. 2. *spectatur*.

V. 380. iteratur infra v. 1216.

383. *aliquam*] Brit. 2. *aliqua*. — *longi*] Poor. Brit. 1. *longo*. — *certaminis ollis*] Poor. Brit. 1. Ver. Ven. *certamine solis*, sed *ollis* in margine Ver. appositum est, Brit. 2. 3. *certamina solis*, Brix. *certamine ollis*, Vind. *certamine olis*.

384. „Rectum erat: vel cum sol ac vapor humores evicerit; vel cum humores solem superarint, coloremque: sed subito quodam furore poëtico noster de recta structurae via turbatus, periodum ordine grammatico non absolvit; partem alteram excipiens argumenti, quatenus eam sane exsecutus est mox ad v. 412. cum alia longe formula sermonis.“ *Wak.*

385. *exsuperarint*, i. e. remanserint, superfuerint, neutrali verbi potestate, ut VI, 1276., vel, quoad verbum simplex *superare*, I, 673. 790. II, 570. V, 804. etc.

389. *verrentes*] Ver. Ven. *vertentes*. (Vid. supra ad v. 267.)

390. *Deminuunt*] Poor. Brit. 1. 2. Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *Diminuunt*, vulgari errore. (Vid. supra ad v. 268.)

391. *Et siccare*] Brit. 3. *Ex siccare*.

394. *certant*] Brit. 2. *tentant*; „librario, ut Wak. putat, *κακοφωνίαν* consimilium syllaborum non concoquente;



quae tamen Lucretio minime displicuit. " Ceterum hic versus simillimus est Enniano illi (p. 100. Hess.) *Olim cernebant magnis de rebus agendis*, quo simul verbi simplicis *cernere* pro *decernere* usus comprobatur. (Vid. etiam Servius et Heinsius ad Virg. Aen. XII, 709. et Nonius IV, 69., a Wak. laudati.) Non recte igitur Planck. ad Ennii Med. p. 87. in loco nostro construit *cernere bellum*, quum *bellum* potius cum *spirantes* coniungendum sit, quod iam Wak. vidit, loco Silii XVII, 398. *spirantes proelia* comparato.

395. *in terra*] Retinui vulgarem lectionem, quam Wak. (et Eichst.) e Lugd. 1. Poor. Brit. 1. Cant. et Iunt. in *interea* mutavit, quasi-Lucr. dicat: „Quid autem? an necesse est, ut vanas hypotheses solummodo iactemus, et de probabiliter *futuris* tantum loquamur? *Interea*, dum tempus disputationibus conterimus, res omnino quondam facta est.“ Quae mihi nimis artificiosa videtur explicatio.

396. *regnarit*] Brit. 2. Brix. Ver. Ven. *regnavit*; Gasendus coni. *superarit*, temere.

397. *ambens*] sic Pii Codd. quidam, Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 3. et Iunt.; Bodl. et reliquae editt. vett. *ambiens*, Brit. 2. *ambies*, Cant. *ambem*. Ceterum participium *ambens* pro *ambedens* alibi non videtur occurrere.

400. *tum*] Hic etiam vulgarem servavi, cui Wak. e Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brix. Ver. Ven. *cum* substituit, quod explicat: „percitus cum acri ira;“ quod Eichstaedio quoque non placuit, quem pariter vulgatam retinuisse video.

402. *sol*] Cant. *sol*. — *cadenti*] Ald. 1. Bon. *cadentis*.

403. *suscepit*] Lugd. 1. Brit. 1. 2. 3. *suscepit*; quare Wak. et hic scripsit *subscepit*. (Vid. ad IV, 1246.)

405. *suum*] Ver. Ven. *summi*, Brit. 2. *summam*. — *per iter*] Ver. Ven. *pariter*. Wak. pro *recreavit* coni. *remeavit*, praeter necessitatem.

407. *a vera nimis est*] sic Wak. edidit, antiquioribus quibusdam editt. et Creechio praeuentibus, et suadentibus locis parallelis I, 879. et VI, 768.; quod Bentl. probat. Vind. Brit. 2. 3. Cant. (haud dubie etiam Lugd. 1.) Ver. Ven. *a veris animis est*; vulgo *a vera est animi*, ut Poor. Brit. 1. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

410. *revinctae*] Brit. 1. Poor. *revincta*, Brix. Ald. 1. Bon. *revinctae*, Ver. Ven. *reiunctae*. Sed conf. I, 594.

413. *hominum*] Brit. 2. *hominem*. — *multos — undis*] sic Wak. edidit cum pluribus libris, quibus e meis assentiuntur Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon.; vulgo *multas — urbes*, ut Brit. 1. 2. Brix. Iunt. *Multas* praeterea exhibent Lugd. 1. 2. Vind. Poor., sicut Vind. *undas* pro *undis*.

414. *Inde*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Unde*. — *ubi* deest Brit. 2.

418. *terram et coelum*] ita Wak. cum omnibus fere libris; Brit. 1. deest *et*; soli Poor. Iunt. et Ald. 2. *coelum ac terram*, ut vulgares editiones.

419. *Solis, lunai* Hav. et Wak. ediderunt e Lugd. 2. Poor. Brit. 1. Cant., a quibus non valde differunt Lugd. 1. Vind. Brit. 2. 3. Ver. Ven., *solis lunae*, et Brix., *solis lune* praebentes; Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quas vulgares edit. sequuntur, *Solisque et lunae*. — Wakefieldi coni. *currus pro cursus* nemo facile probabit.

Vss. 420 ss., leviter variatos, iam legimus I, 1020 ss., sicut vv. 423 — 427. supra huius ipsius libri v. 188 ss., et vv. 430 — 432. iam II, 1060 — 1062. adfuerunt; quae repetitiones, cum aliis quoque causis coniunctae, hunc locum valde suspectum reddere videntur. (Conf. Diss. mea de Lucr. p. 50 ss.)

421. *se suo quaeque sagaci*] ita Hav. et Wak. cum Lugd. 1., a quo parum recedit Lugd. 2. *suoque quaeque sagaci*; Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *quaeque suo sagaci*, Pii Codd. *se nec quaeque sagaci*, Brit. 2. *quaeque suo quamque sagaci*, Vind. *se quaeque atque sagaci*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *quaeque suo atque sagaci*; vulgo *se quaeque atque sagaci*, sine libris.

423. *multa modis*] sic Wak. cum Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus edit. praeter Hav., *multimodis* exhibentem, fortasse ob v. 188. huius libri, sed haud dubie contra libros, quamvis Hav. de varietate suorum Codd. nihil commemoret; quod saepius factum videtur.

428. *fit — volgata*] Brit. 2. *fuit — revoluta*.

430. *convenient ea*] ita omnes libri, quorum auctoritatem Hav. et Wak. respexerunt; vulgo *ea convenient*. — *conventa*] sic iidem Hav. et Wak. cum plurimis libris; Ald. 1. Bon. *convenient*, Brit. 1. *coniuncta*; vulgo *ut convenere*, ex editorum arbitrio.

431. *fiunt* Wak. edidit e Poor. Cant. Ald. 1. Bon.; Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *fluunt*, Brit. 2. *fluvunt*, Brit. 1. *resluunt*; vulgo *fiant*, ut Iunt. et Ald. 2. — *saepe*] Faber. et Bentl. maluerunt *nempe*, quod, si quid video, admodum langueret.

Vss. 433 — 440. Macrobius Sat. VI, 2. (p. 168. Bip.) affert cum Virg. Ecl. VI, 31 — 37. collatos, ita tamen, ut *His pro Hic*, et *claro pro largo* exhibeat. *Solis rota*] vid. infra v. 565. et conf. loci a Columna ad Ennium p. 213. (p. 125. Hess.) laudati.

434. *Alti volans*] sic Macrob., Vind. Ald. 1. et Bon.; ceteri libri omnes *Alte volans*, Iunt. *Alta volans*. Wak. observat, Ennii locum apud Cic. N. D. I, 48. (p. 22. Hess.) Anson. Eidyll. n. 345. v. 12. et analogiam vocum similium *altivolus* (Plin. H. N. X, 21.) *altitonans*, *altisonus* etc. receptam scripturam comprobare. — *nec*] sic Wak. cum omnibus libris; Macrob. *neque*, ut vulgares editt.

435. *nec aër* praebent Macrob., Bodl. Poor. Brit. 2. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; vulgo *neque aër*, ut reliqui libri.

Vss. 438. et 439. altera vice apud eundem Macrob. vide Sat. VI, 4. (p. 177. Bip.) cum eodem Virgilii loco comparatos. *Inde loci*, i. e. *ab illo loco*, aut *ab illo tempore*, quod reddit infra v. 740. et 789., legitur etiam apud Ennium p. 34. 83. 187. Lucil. 30. et Cicer. Arat. 393., quos ex parte Wak. iam laudavit.

443. *conturbât*] sic Wak. e Cant., eandemque varietatem et Hav. suo exemplo edit. Ver. et ego eiusdem edit. exemplo Dresd. adscriptam vidimus. Reliqui libri Mss. et editt. omnes *turbabat*; ,, quod tempus (Wak. sunt verba) rei praeteritae minus convenit; *conturbare* autem, vel *una omnia turbare*, et fortius est, et convenientius loci scopo, simplice *turbare*.“ De contractione vero syllabarum *avit* in *ât* saepius iam dictum. (Conf. ad I, 71. III, 710. V, 443. VI, 586.)

447. *terris altum*] Brit. 2. *terris saltum*, Brit. 3. *terrae saltu*, Macrobius, qui vv. 447 — 449. laudat Sat. VI, 2. (p. 168.) *terris magnum*.

448. *seorsum*] Lugd. 1. 2. *sorsum*, Poor. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *sursum*, Brit. 2. *rursum*. — *secretum* (vel potius *secretom*) *humorque* Wak. edidit, Codd. vestigia sequutus; *secretum* enim praebent Ald. 1. Bon., (ceteri libri *secreto*, quod Wak. pro *secretō*, i. e. *secretom*, accipit,); *humorque* autem reperitur in Vind. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. Vulgo *secreto humore*, ut sane Iunt. et Ald. 2. atque, si Hav. silentio fides haberi possit, Lugd. 1. 2. et Bodl.

449. *Seorsus*] Brit. 2. *Seorsum*, quod Gifan. etiam apud Macrob. inveniri perhibet; sed perperam, ut videtur, quum omnes Macrobiij editt., quas et Wak. et nos inspeximus, in vulgata lectione consentiant.

452. *In medio atque*] ita Wak. cum Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. et Iunt., quam lectionem iam Lamb. Voss. Gassend. Turneb. Bentl. probarunt, quamque Hav. etiam forte meliorem dixit; et tamen vulgaris *In medioque* per omnes editt. propagata est. Brix. Ver. Ven. *In medio quod*; Gifan. cum hiatu *In medio: imas*.

456. *e*] Macrobius, qui l. c. hunc quoque versum affert, *ex*, quod Wak. verum putat; Ver. Ven. *et*, Cant. *a*, Ald. 1. Bon. *sunt*.

459. *sustulit*] Wak. cum Vind. et vett. editt. praeter Iunt. et Ald. 2. *substulit*. (Vide quae modo ad v. 403. annotavimus.)

460. *Ignifer* Wak. restituit e Pii Codd. quibusdam, Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et varr. lectt. edit. Iunt.; ceteri libri et vulg. editt. *Signifer*; „intempestive prorsus, ut Wak. censet, quoniam de zodiaco nunc non agatur.“ Receptam lectionem sic explicat: „Ipse igneus multos alios ignes etiam secum abstulit.“

463. *radiati lumina solis*, i. e. radiis instructi, vel radios emittentis. (Conf. ad IV, 214.)

464. *fluvieique*] Brit. 2. *fluvii*, Brix. Ver. Ven. *fluviisque*. Ceterum qui hic *fluvii perennes*, I, 231. (ubi vid. annot.) *aeterna flumina* vocabantur.

465. *Ipsaque et* (i. e. *etiam*) Wak. e con. edidit, quum in omnibus fere libris *Ipsaque ut* legatur. Vulgo *Ipsa quoque*, ut Ald. 1. Bon. Iunt.

468. *tum*] Bodl. et omnes editt. vett. praeter Ald. 2. *cum*. — *diffusilis*] Poor. Brit. 2. *difficilis*; quod non mirum, quum vox *diffusilis* ἀπαξ λεγόμενον videatur.

471. *avido complexu*] Sic etiam II, 1066. (Vide ad I, 1030. et supra ad V, 202.)

472. *Hunc*] Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Nunc*, Pii Codd. Poor. Brit. 3. *Hinc*.

473. *utrasque* Wak. restituit ex omnibus fere libris; Ald. 1. Bon. et Iunt. solae *utrosque*, quod vulg. editt. arripuerunt. „Nimirum τὸ *utrasque* vel generalius nomen respicit solis et lunae, *stellas* scilicet, de qua formula nos inspicias ad I, 353. et II, 174. [et me ad I, 191. 241. 867. etc.] vel, ex consuetudine Lucretii, ad genus posterioris nominis, *lunae* dico, componitur adiectivum: redi ad annott. in III, 307.“ *Wak.* Mihi prior ratio praeferranda videtur; de altera enim „Lucretii consuetudine“ mihi nondum liquet. — *auris*] Ver. Ven. *aris*, Ald. 1. Bon. *auras*; Pius male con. *oras*.

474. *nec* Wak. edidit e Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; vulgo *neque*. Brit. 2. Ver. Ven. *ut*.

475. *neque*] ita Wak. cum Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et cunctis editt. vett.; vulgo *nec*. — *fuere* lectio est Vind. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. et Ald. 2., quas Wak. sequitur; vulgo *fuere*.

477. *utrasque*] „sic omnia vetera ad unum exemplaria; editores temerarii de suo *utrosque* inferere, ut modo, pari cum audacia, ad v. 473.“ *Wak.*

480. *moveantur*] Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *moveant nos*.

483. *salso suffodit*] sic Hav. et Wak. cum plurimis libris. Brix. Ver. Ven. *falso suffodit*, Lugd. 1. 2. (si Hav. recte intelligo, qui, fortasse per vitium typogr., his Codd. duplicem lectionem tribuit) *salsos offudit*; unde facta videtur vulgata *salso suffudit*, quam Brit. 1. 2. exhibent.

485. *radiei*] Lugd. 1. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. *radiis*; quare Wak. coni. *radiis soles*, sed praeter necessitatem.

486. *limina*] Retinui cum Eichst. vulgatam lectionem, quam Wak. e Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. in *lumina* mutavit, mira interpretatione usus: „Sunt autem *lumina*, per obviam translationem, opinor, ab *humano corpore* derivatam, rimae, foramina, fenestrae, vel, ut voce Graeca longe aptissima finiamus, *γληνεα*.“ — *apertam felicissima est Turnebi emendatio pro omnium librorum partem*. Bentl. coni. *raptim*, minus probabiliter.

489. *manando*] Ald. 1. Bon. *mandando*. „Pius proposuit *mandendo*, i. e. rodendo: ineptissime.“ *Wak.* — *camposque natanteis*] sic etiam VI, 1141. Wak. comparat Virg. Geo. III, 198. Aen. VI, 724. VII, 695. Cic. Arat. 195. aliosque locos, oblitus tamen Ennium p. 148. Hess. *fluctusque natanteis*.

490. *volabant*] Vind. *valebant*, Ver. Ven. *volebant*.

492. *Densabant*] sic Wak. cum omnibus libris; vulgo *Densebant*.

493. *Sidebant*, i. e. subsidebant, ut saepius. (Conf. Nep. Chabr. 4. Virg. Aen. VI, 203. (quod Wak. laudat) Propert. II, 11, (14,) 30. etc.

496. *concreto*] „Brit. 2. *coniecto*; quod nec malum est, neque ab sermone Lucretiano discrepans.“ *Wak.* Nihil tamen mutandum.

502. Wak. miratur, Lucretium non scripsisse *aërias* — — *oras*. Sed vide I, 771. et IV, 934.

503. *auras*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; vulgo *auris*, ut in Vind. Brit. 2. Iunt. et Ald. 2. In Brit. 3. integer versus desideratur. Sensum et constructionem Wak., cum Pio, sic exposuit: „Nec sinit aether liquidum corpus suum commisceri *corporibus*, vel *rebus*, turbantibus *auras aëris*.“

504. *Commisci*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant., a quibus vix differunt Brit. 1. Brix. Ver. Ven., *Commisti* praebentes; Ald. 1. Bon. *Committit*, Iunt. *Commisceri*, Ald. 2. *Commiscet*, quod vulg. edit. receperunt. Wak. autem recte annotasse videtur, Romanos veteres, ut non minus *promisce* et *promiscus*, quam *promiscue* et *promiscuus* di-

xerint, [quae formae Gellio inprimis usitatae sunt,] ita et *misco* pro *misceo* usurpasse videri, quae forma graeco *μίγω* propior sit vulgari, et Gloss. quoque veteribus comprobetur; quae habeant: „*Misco, μίγω. — μίγω, misceo, misco.*“

506. „*suos igneis*] Hos Virg. Aen. II, 154. *aeternos ignes* nominat. — *certo impete*] i. e. aether cum suis sideribus semper circumvolvitur aequabili rotatu, ac nullis interruptionibus obnoxio. “ *Wak.*

507. *nixu*] sic *Wak.* cum *Poor. Cant.*, idemque fortasse vult *Brix. nissu*; vulgo *nisu*. (Conf. ad IV, 907.)

508. *Ponto* (i. e. in *Ponto*) *Wak.*: ex omnibus exemplaribus restituit, recte defendens loco II, 1. *mari magno aequora* (ubi vidimus, Marklandum pari dubitatione ductum *maris magni* coniecisse). Vulgo *Ponti*, e *Lamb.* coniectura.

512. *parte*] sic rectissime *Wak.* cum omnibus libris scripsit; nam, ut sequentibus duabus consonis plane nihil tribuamus, alibi iam ablativum 3. Declin. in arsi vidimus productum. (Conf. ad I, 806.)

513. *est extraque*] sic omnes editt. recentiores cum *Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 2. et Iunt.*, cui *Wak.* falsam tribuit lectionem *ex utraque*, quae, in *Ald. 1. modo et Bon.* comparans, ipsi praeplacet. (*Bodl. ?*) *Vind. Cant. Brix. est ex utraque, Ver. Ven. se ex utraque, Brit. 3. Dicendumque est extraque.*

514. *supra*] ita *Vind. Poor. Brit. 1. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2.*, quibuscum facit *Wak.*; *Ald. 1. Bon. supera*, ut vulgo. — *intendere*, i. e. *se intendere*. (Conf. ad I, 398. II, 243. III, 501. etc.) *Wak.* laudat *Min. Fel. 32. Amm. Marc. XXXI, 11.* (ibique *Gronov.*) *Tac. Ann. XI, 32. et Heinsium ad Val. Flacc. VII, 114.*

515. *aeterni*] sic omnes quocumque libri, quos cum vulg. editt. sequutus sum. *Faber. coni. alterni* (quod *Hav.* recepit), *Wak.* pariter e *coni. edidit externi* (quod *Eichst.* servavit), omnes contendentes, *mundum* (i. e. hic coelum) a *Lucretio* non posse *aeternum* dici, quod *Epicuri* disciplinae aperte repugnet. At quid facient locis I, 122. 231. etc., ubi *aeterni versus, aeterna flumina* etc. commemorantur, quid locis I, 1. II, 434. (472.) V, 947. aliisque, qui non minus *Epicuri* dogmatibus de diis adversantur? Nimirum *aeternus* hic nil nisi epitheton ornans est habendum. quo poeta utitur, philosophum *Epicureum* nunc quidem oblitus.

517. *fluvios*] sic libri plerique et *Nonius*, qui I, 43. hunc versum laudat. *Poor. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. fluvius, Brit. 1. 2. fluviis.* — *atque haustra*] *Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 2. atque austra*, quod idem est, *Brit. 2. 3. atque astra, Poor. Brit. 1. ac plaustra.*

V. 521. redit VI, 200., ultimo verbo ob connexionem mutato.

522. *coeli*] Brit. 2. *coelum*. — *immania*] ita Wak., quem cum Eichst. sequutus sum, quia ignes siderei non propria vi se volvunt ex mente Lucretii, sed aestu illo aetheris volvuntur. Negari tamen nequit, vulgari lectioni *se immania* Codd. haud parum suffragari. Sic enim diserte Pii et Lambini libri aliquot Mss. et Vind., nec valde recedit reliqua varietas: Brit. 2. *si immania*, Lugd. 2. *sumania*, Lugd. 1. Poor. Brit. 2. 3. Cant. *summania*, Bodl. Ver. Ven. *sub mania*, Ald. 1. Bon. *sub inania*, Brix. Ald. 2. *se inania*, quod Gifan. defendit.

525. *eunteis* edidi cum omnibus Codd., Ald. 1. 2. Bon. Iunt. cunctisque editt. vulgaribus, a quibus Brix. Ver. Ven., *euntes* exhibentes, vix dici possunt dissidere; ut coniungantur verba *cibus vocat atque invitat eunteis*. Wak. autem *euntes* pro nominativo habet, ut constructio sic procedat: „Sive ipsi, euntes, quo cibus vocat (eos) pascentes corpora, possunt serpere;“ quam rationem collocatio verborum parum iuvare videtur.

529. *mundis*] Lugd. 1. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *mundi* (vel *mondi*). — *creatis*] sic soli Cant. Iunt. Ald. 2.; Brit. 1. Brix. *creari*, ceteri omnes *creati*. Sed vide infra v. 1344., ubi hic versus sine ulla varietate redit. De plurali *mundi* conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 144. not. 26.

531. *omne*] Lugd. 2. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. *omnem*, male.

533. *vegeat* Gifanii est coniectura, a Lambino adeo, ut a serioribus omnibus recepta; libri enim omnes *vigeat*. „*Vegeat*, i. e. vegetat, vel vegetum faciat; vide Iuvenc. hist. evang. II, 357. Auson. idyll. I, 21. Mar. Vict. praef. v. 16. in Gen. I, 131. et Nonium II, 876.“ Wak. — *motum*] Pii Codd. *motu in*, Ald. 1. Bon. *multum*, Iunt. *Qua vigeat motus*. — *earum*] Brit. 2. *eorum*.

534. *est*] Vind. Brit. 1. 2. Ver. Ven. *sunt*. — *pedetentim*] Vind. Cant. *peditenti*. — *progredientis*] Vind. Cant. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *progredientes*, idemque volunt Ver. Ven. *progredi certes*; Poor. *progredientem*.

536. *Evanescere*] Cant. *Et vanescere*. (Conf. etiam infra ad v. 624.)

537. *subter*] sic soli Brit. 1. Iunt. et Ald. 2.; Poor. Ald. 1. Bon. *semper*; reliqui omnes *super*, quod aperte vitiosum.

539. *vivit*] sic Wak. cum omnibus libris praeter Ver. Ven., *iuvit* exhibentes. Vulgo *sedit*, e Lambini coniectura.

541. *Ut*] ita libri optimi, quos Hav. et Wak. sequuntur; Bodl. Vind. Brit. 1. 2. *Et*, ut vulgo.

546. *quid quaeque queat res*] Hanc omnium librorum scripturam a se restitutam Wak. sic explicat: „quae sint primigeniae qualitates eius et potestates, quibus sit natura praedita.“ Lamb., quum in duobus Codd. reperisset *quid quae adaequat res*, inde constituit lectionem *quoi quae adiaceat res*, quae, vulgaris facta, ab Hav. quoque servata est.

550. *videntur* Wak. in contextum revocavit ex omnibus libris praeter unam Iunt., quae sola favet vulgatae lectioni *videtur*.

552. *supra se quae*] sic (Bodl.?) Brit. 1. Ald. 1. Bon., quas cum omnibus editt. recentioribus sequutus sum. In Brix. Ver. Ven. *se* deest, et Brix. quidem pro *supra se quae sunt* praebent *supraque est*; ceteri libri *supra quae se*, quod apud Wak. per errorem modo non in contexta receptum videtur, quamvis verba contra rei naturam confusa sint.

554. *aëriis*] Vind. *aëri*, Ver. Ven. *accri*. — *revincta*] Brix. *reiuncta*, Ver. Ven. *rei functa*. Wakefieldo vehementer placet Cant. scriptura: *Partibus aëriis, mundo, coeloque, revincta*, quae, licet non mala, mihi tamen nil nisi docti librarii coniectura videtur.

556. „*uniter aucta*, i. e. concrecentia, simul atque aequaliter pubescentia et adolescentia.“ Sic Wak., qui omnium Codd. plerarumque editt. veñt. lectionem restituit. Vulgo *uniter apta* (e v. 538. et 559.), quod praebent Iunt. et Ald. 2.

560. *pernici*] Lugd. 2. Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Cant. Ver. Ven. *pernice*, quod in thesi vix locum habere potest; quare haud dubie ceterorum exemplarium lectio amplectenda. — *tollere*] Poor. *attollere*, quae Wak. recte videtur „*medicina cuidam, metrum (lectionis pernicie) suffulcire cupienti, cogitata*.“

561. *Quis*] sic omnes libri (nisi quod Bodl. *qui*), quos cum editt. vulg. Wak. et Eichst. sequutus sum. Hav. recepit Fabri con. *Quid*, quia non bene dicatur *Quis, nisi vis animae* pro *Quae, nisi vis* etc. Quod, ut mihi quidem videtur, per se non improbandum, si quem offendat, respiciat modo Priscianum, a Wak. laudatum, qui XIII, 3. §. 13. (p. 960. P.) docet, *quis* apud vetustissimos Romanos generis communis fuisse. Ceterum Lugd. 1. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., uno pede redundante, *Quid potis est nobis, nisi vis animae, quae*, quare Hav. e Bodl. edidit *Quid potis est nobis, nisi vis, quae* etc. Rectius tamen Wak. illud *nobis* ortum putat e voce *potis* per negligentiam bis posita.

564. *Coniunctus*] Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *Coniuncta*, eandemque formam Brit. 2. interponit post *est*, Poor. *Con-*



*iunctus et*, quare Wak. putat, fortasse verum esse *Coniunctu* 'st; me non assentiente. — *animi*] Bentl. conii. *animae*.

568. „*Allicere*: i. e. ad quemvis locum mittere vel iaculari, ab antiqua dictione *lacio*. — *Allicere* igitur generaliter et laxè potest ἐπάγειν, *adducere* in quendam locum, *apportare*; unde pervagatus sensus, blande tractare, demulcere, *fallere*: quod propius tangendo atque tractando fit.“ Sic Wak., qui hoc verbum ex omnibus libris substituit vulgari *Adiicere*, quae e Lambini ingenio fluxit.

569. *Nil missus*] Retinui felicissimam Eichstaedtii coniecturam, quam praeter Codd. vestigia etiam locus IV, 409. defendere videtur, ubi idem substantivum *missus* adhibetur. Sensus autem est: Ex quo intervallo ignes radios emittere iisque corpora nostra calefacere possunt, ex hoc intervallo (licet tantum intervallum sit) *missus* ignis (i. e. emissiones quasi, vel emissi radii ignis) nihil librant de corpore flammaram (nihil detrahunt de corpore flamm., non deminuunt corpus fl.; ut *delibrare* (i. e. proprie librum vel corticem arbori detrahere), quod hic tantum in duas voces solutum est, etiam III, 1101. a Lucretio usurpatur. Ceterae variae lectiones et coniecturae sic se habent: Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *Nihil nisi*, libri quidam Gifanii *visi nisi*, Poor. Cant. Ald. 1. Bon. Iunt. *Nilque nisi ex*, Ald. 2. *Nil ipsis ex*, quae etiam cum Iunt. *libant* habet pro *librant*. Lamb. conii. *Illa ipsa int.* — *libant*, quae vulgaris lectio facta, Gifan. *Nihil visus int.* — *libant*, Wak. denique e conii. edidit *Nihil ipsa intervalla in sis d. c. librant*.

570. *nihil*] sic Wak. cum omnibus fere libris; Ald. 1. Bon. *nihilo*, ut vulgo.

571. Inde ab hoc versu magnae turbæ in Codd. excitatae. Nam in Lugd. 1. 2. Cant. (Brix.?) Ver. Ven. versus sic se excipiunt 570. 572. 573. 574. 571. et 572. repetitus; atque in Vind. et Brit. 3. certe v. 571. suo loco motus sequitur post v. 574. In Poor. ob repetitionem v. 572. versus 571. 573. 574. prorsus omissi sunt.

573. *filum* Turnebi est coniectura, quam Wak. Cod. Brit. 1. comprobata vidit. Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Ver. Ven. *illum* (de Lugd. 2. tacet Hav.), Cant. Iunt. *illinc*, Brix. Ald. 1. Bon. *lunae*, Ald. 2. *lumen*, quas omnes lectiones Lamb. quoque e suis libris commemorat.

576. *suo* Wak. recepit e Ver. Ven.; Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 2. Brix. *sua*; reliqui libri *suam*, ut vulgo editur. Ceterum ex hoc et priori versu Apulei. de deo Socr. p. 224. Bip. affert verba *Notham iactat de corpore lucem*.

577. *nihilo fertur*] Vind. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *nihil offertur*, (quod aperte ex *nihil ofertur* ortum.)

578. *qua*] „Vind. Poor. Brit. 1. [Iunt. Ald. 2.] *quam*, [ut vulgo], Cant. *quia*; perperam. Ordo est et constructio: „Fertur figura nihilo maiore, quam *ea figura*, quâ *eam* cernimus figurâ, videtur esse nostris oculis.“ Hav. non recte tenuit rem; dum ad *oculis* punctum poneret et Burmannum laudaret ad Val. Flacc. V, 325., quasi *qua via* deberemus per ellipsin intelligere. Nimirum, Lucretius *quam* scripsisset, nisi vox eadem praecesserat et *κακοφωνίαν* studeret evitare.“ *Wak.*

584. *Quantaque quanta est, hinc nobis*] sic, si quid video, rectissime Eichst. edidit, cuius lectio quam maxime accedit Lugd. 1. 2. Bodl. *Quanta quoque quanta est*, unde *Wak.*, vocibus transpositis, fecit *Quanta quoque est quanta*, in quibus illud *quoque* non suo loco videtur. *Quantus quantus* autem (i. e. quantuscunque) occurrit etiam Ter. Adolph. III, 3, 40. et Hor. Sat. I, 3, 88., quos locos *Wak.* affert. Ceteri libri sic variant: Vind. Ver. Ven. *Quanto quoque quanta sunt hinc nobis*, Ald. 1. Bon. Iunt. *Quantaque sit nobis tanta hinc*, Ald. 2. et varr. lectt. Iunt. *Quanta quoque est tanta hinc nobis*, Poor. Brix. *Quanta quoque sunt hinc nobis*, Brit. 1. *Quantaque sit tanta hinc nobis*, Brit. 2. *Quanto quoque quantaque sint hinc nobis*, Brit. 3. *Quantoque quaeque sunt hinc nobis*, Cant. *Quantoque sunt tanta hinc nobis*; duo denique Lamb. Codd., si collatori fas est credere, *Quanta quoque haec fuat*, unde Lamb., Mureto suasore, fecit vulgarem lectionem *Quanta haec cunque fuat, tanta hinc vid.* etc. Gifan. *Quanta quoque haec fuat, tanta* etc. Hav. *Quanto quoque haec fuvat, tanta* etc.

586. *quosquomque*] Brit. 2. *quousque*. — *igneis*] vox abest a Vind. Brit. 1. 2. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon., et Poor. Cant. substituunt *horum*, Brit. 3. vero *esse*, quod Wakefieldo praeplacet.

587. *Dum*] Poor. Brix. *Dumque*. — *est* desideratur in Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 2. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; Brit. 3. habet *et*.

588. *Perparvum*] Vind. Ver. Ven. *Per parum*. — *videtur*, nempe *filum*. Sic *Wak.* cum plurimis libris. Vulgo *videntur*, ut in Lugd. 2. Vind. (si collatoribus fides habenda) et Iunt.

589. *Alteram utram*] sic *Wak.* cum Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Cant. Brix. Ver. Ven. ad antiquiorem scribendi rationem; idemque vult Poor. *Alteram utram*; ceteri libri *Alterutram*, ut vulgo editur. — Verba *quo longius absit* (scil. *filum*)

idem Wak. Lucretio restituit e libris tantum non omnibus; Iunt. et Ald. 2., quas vulgares editt. sequuntur, *quom longius absint.*

590. In Hav. et Wak. Codd. sicut in editt. Brix. Ver. Ven. vv. 590. et 591., ordine perturbato, sequuntur demum post v. 595., et in Poor. Cant. Ald. 1. Bon. Iunt. post v. 591. iteratur v. 584.

597. *Largifluum*] Conf. I, 283. 1030. V, 948. etc.; II, 628. vero simile compositum habemus *largificus*. Wak. comparat Cic. de Or. III, 39. et Iuven. I, 103. — *scatere*] Brit. 2. Ver. Ven. *statere*, unde in Poor. *stare* factum. (Conf. Cic. Tusc. I, 28. ibique Davis. et Gruteri Inscr. p. 178., quos Wak. laudat.) — *lumen*] Brit. 2. Ald. 1. Bon. *flumen*.

598. *quia*] Hanc, nescio cuius, coniecturam, ab Hav. iam commemoratam, utpote simplicissimam, cum Eichst. recepi. Libri enim omnes *qua*, quod Wak. servavit, sic explicans: *qua*, i. e.  $\eta\eta$ ,  $\delta\iota' \eta\varsigma$ , *qua via, per quam viam*: et redit vocula ad verbum *profluat*.“ Vulgo *quo*, contra libros. — *vaporis*] Eichstaedium hic etiam sequutus, vulgarem retinui, licet omnibus libris reclamantibus, qui praebent *vapore*, quod Wak. recepit, paullo liberius pro elementis *cum* *vapore*, vel *praeditis vapore* acceptum. Iunt. et Ald. 2. *vapora*.

Post v. 600. recte Wak. maximam posuit interpunctionem. Vulgo semicolon modo, quod dicunt, adpingitur.

602. *riget*] Brit. 2. *rigent*. — *campis*] Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *campos*, quod Wak. fortasse verum censet.

603. *etiam quoque*] Vide ad III, 293. V, 154. et VI, 503.

604. *percipiat*] sic Brit. 1. 3. et Ald. 2.; Lugd. 1. *percipitat*, Ald. 1. Bon. Iunt. *praeripiat*, reliqui *praecipitat*. Heinsius Adverss. p. 310. hoc loco, ut III, 29; et IV, 731. verbum *percire* vult substitutum, sed perperam.

608. *Accidere*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. „Nimirum, inquit, voces *incendia passim* sunt  $\upsilon\phi' \epsilon\upsilon$  accipiendae. Dicit igitur Lucretius: Latissima incendia accidere, vel *atingere*, stipulam ex scintilla una.“ Cant. Brix. Ald. 1. 2. Bon. *Accendi*, Iunt. *Accipere*, quod vulgares editt. arripuerunt; reliqui omnes *Accendere*.

609. Wak. magis placet versus, qui in Brit. 1. et Iunt. legitur: *F. et roseus sol alta lampade l.*, quibus faveat etiam, quod *roseas* sit in Poor. et *alta* etiam in Brit. 3.; ipse tamen conl. *rosea sol late l. l.*, praeter necessitatem.

611. *sit*] Wak. e conl. edidit *sic*, simulque optionem facit alterius coniecturae *si*, quarum neutra necessaria videtur.

612. *Aestifer in tantum* Wak. coniectura est laude dignissima; vulgo *Aestiferum ut tantum*, quemadmodum solae

Ald. 1. et Bon. At Lugd. 2. *Aestifer vi tantum*, Iunt. *Aestifer ut tantum*, Ald. 2. *Aestiferum tantum*, Vind. Brit. 1. 2. *Aestiferum utantur*, Bodl. Brit. 3. Cant. Brix. *Aestiferi utantur*, Poor. Ver. Ven. *Aestiferi notantur*, Lugd. 1. *Aestifer vitantur*.

613. *aut*] sic Poor. Cant., quod, a Wak. probatum, Eichst. recepit; Wak. ipse *ac* cum omnibus editt. vett. praeter Iunt., et praebentem; a Vind. Brit. 1. 2. vox omnino abest; vulgo *nec.* — *recta*] sic Wak. ex omnibus libris restituit; vulgo *certa*, ex editorum arbitrio; nam in uno Vind. sic legi, quis Altero credat?

614. De voce *Aegoceros* (gen. *Aegocerotis*), quae invenitur etiam Lucan. IX, 537. X, 213. Seneca Thyest. 865. et German. Arat. 394., conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 69. not. 19.

615. *flexus*] Ver. Ven. *fluxus*.

616. *Canceris ut vortat*] Ald. 1. Bon. *Cancri iter uti vortat*, Ver. Ven. *Canteris ut vertas*. Vulgares editt. post *metas* inserunt *se* contra libros, quod Hav. et Wak. recte omiserunt. (Conf. ad IV, 1126.)

V. 621. iam adfuit III, 372.

622. *sint*] Lugd. 1. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *in*.

626. *signis*] „Bodl. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. [Brix.] Ver. [Ven.] Bon. *ignis*; ita ut referatur ad sequentia, facta distinctione post *posterioribus*. Perperam; cum manifestum sit, quid *s* literam eliserit.“ *W a k.*

627. *Inferior multum*] sic Wak. cum Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et omnibus editt. praeter Iunt.; qui censet, si vulgaris *multo* re vera sit in Lugd. 1. 2., nihil aliud videri, quam facile peccatum vocis *multō*, i. e. *multom*, cum *multo* confusae.

628. „*Hoc*: i. e. ob hoc, ob hanc causam. Ordo est ac sensus: Et magis hac de causa lunam tanto minus posse tendere cum *signis*, quanto — etc.“ *W a k.* Vulgares editt. post *lunam* inserunt *et*, ex Lambini fabrica profectum.

629. *Cursus*] Hic etiam, ut supra v. 419., Wak. suspicatur, Lucretium scripsisse *Currus*.

633. Recte Wak., Bentleio suasore, sustulit comma, quod vulgo post *adipiscuntur* ponunt, ut vox *circum* cum prioribus coniungatur hoc modo: *signa circum* (scil. ὄντα, vel signa cingentia) *hanc adipiscuntur*.

638. *solem*] sic omnes libri, quos cum vulg. editt. et Eichst. sequutus sum. Wak. autem *lunam*, e Bentleii coniectura, qui putat, voces *solem* et *lunam* hic et v. 642. sedes invicem commutavisse; quae opinio, licet satis speciosa, ta-

men audacior mihi videtur, quam cui omnium Cedicum auctoritas posthaberi possit.

640. *ab*] sic Wak. cum Ald. 1. et Bon. ad Lucretii morem (conf. ad IV, 220. 245. V, 123. 150. etc.); neque aliud voluit Ver. Ven., ad praebentes; vulgo *a*. — *umbris*] Cant. *unbris*, unde in Ver. Ven. *imbris*.

642. *lunam*] Wak. *solem*, comparato Virg. Aen. III, 284. (Conf. ad v. 638.)

644. *Aëribus*] Cant. Ver. Ven. *Acribus*, Brix. *Acreis*, Ald. 1. Bon. *Aëreis*, Poor. Brit. 1. *Aëris*. — *e*] ita Wak. cum plurimis libris; vulgo *a*, ut in Brit. 1. 2.

650. *Aut*] Poor. Brit. 3. *Ast*, Brit. 2. 3. *At*, Ver. Ven. *Ac*, Brix. *A se*. — *sol ultima* Wak. restituit e Vind. Poor. Cant., a quibus non nisi una litera differt Lugd. 1. 2. Brit. 3. Ver. Ven. lectio *solvet ima*; Brit. 2. *solve ima*, Brit. 1. *solvet intima*, Brix. *Sol intima*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *sol extima*, quae vulgaris lectio facta.

652. *itere*, i. e. itinere. Wak. de hac antiquiore vocem per casus flectendi ratione laudat Sosip. Charis. I. p. 63. et 106. Nonium VIII, 13. Iuvenum hist. evang. I, 245. 291. et IV, 770.

653. *convortere*] sic diserte Lugd. 2., cui Wak. paruit.

654. *supra* Wak. edidit e Vind. Poor. Brit. 1. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2.; ceteri *supera*, ut vulgo editur. — *terras*] Iam ante Lamb. quidam coniecerunt *terrae*, quibus miror Bentleium calculum suum addidisse.

655. *roseam Matuta*] sic solae Ald. 1. 2. Bon. Iunt., a quibus vix discrepat Brit. 1., *rosea Matuta* praebens; Lugd. 1. 2. Cant. *roseam matura*, Vind. Poor. Brit. 3. Brix. *rosea matura*, similiterque Brit. 2. Ver. Ven. *rose amatura*. De Bodl. tacet Hav. (Conf. Ovid. Fast. VI, 473 ss. Varro ap. Augustin. de C. D. IV, 8. et Nonius I, 337.

656. *defert*, et] Ver. Ven. *deferte*, i. e. *defert ē*, Vind. *deferre*, Pii Codd. et Lugd. 1. *deffert et*, Lugd. 2. Poor. Cant. *differt et*, minus bene.

657. *ille*] „Brit. 2. *inde*; minime ineleganter, et aliquantulum dubito, an non etiam melius.“ *Wak.*

662. *Idaeis*] Ver. Ven. *Idacis*, Brit. 2. *Idiacis*. — *e*] Poor. *a*, Brit. 2. *in*; a Brit. 1. praepositio prorsus abest.

663. De ablativo participiorum in *i* conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 88. not. 98. et, quem ibi laudat Stallbaum., Bentleius ad Hor. Od. I, 2, 31.

664. *conficere*] Ver. Ven. *conficte*, Brit. 1. *conficier*.

666. *possint*] Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *possit*, Brit. 2. *posset*.

673. *demittere*] Vind. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *dimittere*, male.

674. *Fulmina*] Brit. 2. Cant. Ver. Ven. *Flumina*, vulgari permutatione. (Conf. ad I, 490. 1002. etc.)

676. *fuertunt*] Poor. *fuertant*, Brit. 2. Ald. 1. Bon. *fuertint*.

677. *ita* Wak. edidit cum plurimis libris; vulgo *uti*, quemadmodum soli Brit. 2. 3.

678. *Consequiae*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. et vetusto Cod. Gronovii, vocem primae declin. *consequia* etiam in Apuleio Met. V. p. 364. et X. p. 712. Oud. agnoscendam iudicans. Vind. *Consegue*, Ver. Ven. *Consequae*, Brit. 1. Brix. Ald. 1. Bon. *Consequitur*, Bodl. Brit. 2. *Consequere*, Brit. 3. *Consequetur*; Pii Codd. Poor. Cant. Iunt. Ald. 2. *Consequa*, quae vulgaris est lectio. — *quodque est idem* Wak. restituit ex Ald. 1. et Bon.; ceteri libri omnes *quoque*, omisso *est*, praeter Iunt. et Ald. 2., *natura est* praebentes, quod, quamvis omnium minime Codd. auctoritate firmatum, vulg. editt. propagarunt. Receptam lectionem Wak. sic explicat: „*Quodque* (i. e. unum quodque eventum) *est consequiae*, vel consequentiae, [plurali pro singulari posito] *ex ordine certo rerum.*“

680. *quom sumant*] Brix. *cum summant*, Lugd. 1. *consumant*, Brit. 2. *cum sumunt*. — *augmina*] Brit. 1. *agmina*. — *noctes*] Brit. 2. *noctis*. In Ver. et Ven. omnis versus desideratur, in Ald. 1. vero et Bon. voces sic transponuntur: *cum noctes augmina sumant*.

683. De forma *partire*, vetustissimis Romanis pro *seriori partiri* usurpata, conf. Nonius VII, 63. 64. Priscian. VIII, 6. §. 29. (p. 799.) et Valer. Probus p. 1483., quos Wak. laudat.

684. *detraxit*] „Brit. 2. *detractus*; quae variatio referri debet, nisi fallimur, ad compendiarium scripturam *detractust*, i. e. *detractum est*; et ea neutiquam mala fuisset lectio.“ *Wak.* Tamen nihil novandum puto.

686. *Donec*] sic Wak. cum omnibus libris, e quibus, licet Hav. tacente, Bodl. non exceperim; vulgo *Donicum*, e Lambini arbitrio. (Vide ad II, 1116. 1130. et infra ad v. 706. 722. etc.)

687. *Nodus*] Brix. *Modus*, Bodl. Ver. Ven. *Malus*, Ald. 1. Bon. *Almis*, mira varietate. — *exaequat*] Lugd. 2. *et aequat*, Ald. 1. Bon. *exaequant*.

688. „Constructio est: Nam coelum ad aequales distantias, in medio Aquilonis et Austri, metas separatim tenet, vel *seorsim* habet.“ *Wak.*

689. *Distinet*] Lugd. 2. Poor. Brit. 1. 2. *Destinet*.

690. *signiferi — orbis*] Wak. comparat Cic. de div. II, 42. eundem de N. D. II, 20. et Vitruv. VI, 1.

691. *contundit*] Ver. Ven. *contunditur*, Lugd. 1. 2. Vind. Cant. *contudit*, omissa lineola in *contūdit*, ut recte censet Wak., qui nihilominus tamen addit: „Vel fortassis antiquissimis tam *tudo*, quam *tundo*. fuerit in usu, atque in tempore praesenti, non praeterito, debeat accipi apud Prisc. X, 5. §. 26. (p. 891.)“; quod certe propter hunc unum locum non contenderim.

696. *igni*] sic Wak. cum Ver. Ven. Ald. 1. et Bon.; ceteri libri *ignis*, ut vulgo editur.

697. *atque*] Brit. 1. *utque*, Brit. 2. *nec. — emergere*] Vind. Brit. 2. *mergere*, Ver. Ven. *emerge* (i. e. *emergē*), Brit. 3. *in iungere*.

699. *veniat*] Brit. 2. 3. *venit. — radiatum insigne diei*] vide supra ad v. 463. et Ennii fragm. apud Cic. de Or. III, 40., quod suscitavit Planck. ad Ennii Medeam p. 133.

702. *faciunt*] Sic Wak. cum plurimis libris; vulgo *faciant*, ut Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. — *desurgere* Wak. scripsit cum Bodl. Brit. 1. 2. 3. Cant. et cunctis edit. vett.; vulgo *de surgere*. Post hunc versum in omnibus libris praeter Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 1. et Ald. 2. insertus legitur v. 713., quod quum Gerard. commemorare neglexerit, in Diss. de Lucr. not. 56. p. 93. hunc versum (quem propterea admodum suspectum iudicavi,) a Brix. Ver. Ven. et Ald. 1. prorsus abesse, falso a me sumtum est.

703. *percussa*] Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. et omnes edit. vett. *perculsa*, mendose.

705. *orbe*] Ver. Ven. *ore*; „etiam bene, sed receptam malin in hoc loco dictionem. De commutatione vocum *orbe* et *ore* videas viros doctos ad Ovid. Met. XV, 274. eiusd. Ibin 74. Silium Ital. III, 654. etc.“ *Wak.*

706. *Donec*] sic omnia haud dubie vett. exemplaria, quamvis Hav. de Lugd. 1. 2. et Bodl. taceat; vulgo *Donicum*. (Vide supra ad v. 636.) — *bene*; i. e. valde. Conf. Columna ad Ennium p. 71. s. (p. 27. Hess.) et Wakef. in Sylva crit. sect. 58. et 206.

709. *Debet item*] Pii Codd. et cum his Iunt. *Debeat id. — quanto*] Poor. *quando*; etiam bene, ut Wak. censet. — *propius*] Ver. Ven. *proprius*. — *iam*] Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *tam*.

710. *Labitur*] Vind. Brix. Ver. Ven. *Inlabitur*.

712. *tenere*] Lugd. 2. *imere*, et in margine *meare*.

Vss. 711. et 712. in Ald. 1. et Bon. post v. 715. transponuntur; de v. 713. autem conf. quae ad v. 702. annotavimus.

714. *quare*] sic omnes omnino libri, quos Wak. sequutus est; Hav. cum vulgaribus *quoque uti*, ex editorum arbitrio. — *splendoris*] Ver. Ven. (nescio, an etiam Brix., nam Gerard. prorsus tacet) *splendore*; „forte an pro *splendorē*?“ quaerit Wak., cui hic versus *V. et variis splendorem v. formis* magis placeret.

720. *parte*] ita Wak. cum omnibus libris praeter Bodl. Brit. 1. 2. Iunt. et Ald. 2., cum vulg. editt. *parti* praebentes. (Conf. ad I, 806. etc.) *candenti*] Cant. Brix. Ver. Ven. *cadenti*.

722. *Denique* Wak. edidit e Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus editt. vett.; vulgo *Donicum*. (Vid. ad II, 1116.)

724. *contorquet*] Brit. 2. *retorquet*.

726. *Babylonica Chaldaeum*] sic Ald. 1. Bon. et vulgares editt., quas sequitur Wak., probante etiam Bentleio in nota adscripta et in epist. ad Millium p. 37. Hav. cum Poor. (?) Iunt. Ald 2. et Lamb. edidit *Babylonica Chaldaeam*. Cetera varietas lectionis sic se habet: Vind. *Habilonisa caldeum*, Brix. Ver. Ven. *Babilonis achaldeam*, Brit. 2. *babilonis ad chaldeam*, Brit. 3. *babilonis chaldeam*, Cant. *babilonisa chaldeam*.

728. Pronomen *id* vulgo omitti solet, ut in Iunt. et Ald. 2.; quod ex reliquis omnibus libris Wak. restituit.

729. *illo*] Lugd. 1. *ilio*, Vind. Brit. 2. 3. Cant. *illico*, Poor. et Brix. *illud*, quod Wak. placet; a Ver. Ven. vox abest.

732. *privos*] Poor. Brit. 1. 2. *primos*. — *aborisci*] „ἀβορῖσκις“ haud dubie, quamvis de verbi forma nihil alibi reperire quiverim, pro *aboriri*, i. e. abortum pati, vel perdi et interire: redeas ad III, 156. Sic autem scribitur in Lugd. 1. 2. Brit. 1. 2. 3. Cant., neque aliud est *aboristi* in Bodl. Ver. [et Ven.]; Poor. [Brix. Ald. 1.] et Bon. *aboriri*; Vind. *abolescere*, ut communis editi; sed cave fidem collatori des. Facile fuisset cum quibusdam doctis reponere *abolesci*, [ut in Iunt. et Ald. 2. legitur]; nos autem optimis Codd. standum esse existimavimus.“ *Wak.*

735. *videas tam*] Horum verborum loco Brix. *vitam*, Ver. Ven. *eam* exhibent, in Brit. 3. deest *videas*, et post *certo* insertum legitur *possunt*. — *multa*] Poor. *cuncta*.

736. *It*] Brit. 1. *Et*, Ver. Ven. *Ic*, unde fluxit *Sic* in Ver. et Ven. — *Veris*] sic Bntl. e coniectura felicissima restituit pro *Veneris*, omnium librorum lectione.

737. *Pennatus* Wak. scripsit cum omnibus libris pro vulgari *Pinnatus*, simulque docet, *pennas* Zephyri sub *auribus* esse positas, non appensas *humeris*, uti recentes pictores



exhibeant; qua tamen in re errat vir doctissimus. (Conf. praeter alios Hirtius in Bilderbuch für Mythol. etc. II. p. 146.) De veriori autem scriptura *Pennatus* conf. Quinctil. Inst. Or. I, 4. p. 43., a Nobbio, Collega coniunctissimo, laudatus, qui hunc Lucretii locum v. 736 — 746. recepit in Syntagma suum locorum parallel. etc. p. 133. — *Zephyrus*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *Zephyri*; quare Wak. coni. *antis Pennatus graditur Zephyri*, i. e. *ordo*, vel *exercitus pennatus Zephyri*, quod probare non possum. Ceterum, suadente Preig. et praeunte Wak., cum Cant. vulgarem interpolationem post *propter* sustulimus.

738. *praespargens*] unus Vind. *praespargens*, si collatori fides haberi potest. Wak. coni. *perspargens*, praeter necessitatem.

741. *Polverulenta Ceres*] sic Wak., neque aliter Ald. 1.; vulgo *Pulverulenta Ceres*. Vind. *Polluerunt acres*, Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. *Polluerunt acres*, Brit. 2. *Pulverit acer res*, Brit. 3. *Pulverrent acres*. — et abest a Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., quod, sequente voce *Etesia*, non mirum. — Hunc versum respiciens, Isidor. Orig. XIII, 11. scribit: „*Etesiae autem flabra Aquilonis sunt, quibus nomen inditum est, quod certo anni tempore flatus agere incipiunt.*” *Ἔτος* (sic Wak. emendat librorum *ἐνιαυτός*) enim Graece annus dicitur.“

V. 744. idem Isidorus l. c. laudat. — *fulmine*] Brit. 1. *fulmina*, Ver. Ven. *fulmen*. Pius coni. *flamine*, perperam. Vulgatam Isidori quoque auctoritas tuetur.

746. *Reddit*] Vind. Brit. 3. *Redit*. — *crepitans*] Vind. Brit. 3. Cant. Ver. Ven. *creditans*; a Brit. 1. vox abest. — *ac dentibus*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. *accentibus*, Ver. Ven. *accentibi*. — *Algu*] sic Wak. edidit, quia in Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2. legatur *algi*, in quod *Algu*, imprimis ob raritatem vocis, facile abire potuerit; quem, quum Ald. 1. et Bon. lectio *algit* et ipsa facilius ex *algu*, quam ex *algu* oriri potuerit, et Sosip. Charis. I. p. 23. diserte formam *hoc algu* inter monoptota commemoret, cum Eichst. (qui tamen, sibi non constans, in Indice tantum formam *Algu* statuere videtur) sequutus sum. (Conf. etiam ad III, 732. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 342.) Nobbio tamen, de hoc monoptoto dubitans, vulgatam *Algu* retinuit.

749. *fieri possint*] Lugd. 1. Bodl. *fieri possint*, Brit. 2. 3. Cant. Ver. Ven. *flere possint*, Brit. 1. Brix. *fluere possint*, Pii Codd. Poor. et Cant. in margine *florere queant*.

750. *item quoque*] Sic etiam VI, 757., pariterque III, 293. V, 154. et VI, 503. *etiam quoque*. (Vid. etiam supra ad v. 246.)

751. *tibi*] Ver. Ven. *ti*, Ald. 1. Bon. Iunt. *tum*.

752. *poscis*] „sic videtur certissime legendum, quamvis locus sit perplexior tam constructionis, quam verborum. [Ald. 1.] Bon. Ald. 2. et Iunt. habent *posces*, omnes, omne genus, reliqui libri veteres, *possis*. — De suo reposnere editores *solis*, quae vox, utpote minime obnoxia depravationibus, omni probabilitate destituitur. Sensus autem loci, subtiliore dicendi genere involutus, sic se habet: „*Poscis autem, cur luna terram queat obumbrare? Tum aliud corpus putetur non posse idem facere.*“ Nempe qui dubitat de priore re, eidem liceat de posteriore quoque dubitare: quum vero priori assenserint plerique, nihil caussae est, quare et posteriori recusent assentire.“ *Wak.*

753. *ei*] sic Wak. cum Vind. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon.; Poor. Cant. Iunt. *eius*; vulgo *eii*. (Conf. supra ad v. 285. et 301.)

755. *eodem*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 2. 3. *eadem*; „quod,“ Wak. inquit, qui tamen vulgatum praestare censet, „fortasse ferri poterat: Cur non aliud corpus putetur facere id *eadem via suo* tempore?“ — *putetur*] Brix. *putent*, Ver. Ven. *putes*, Ald. 1. Bon. *putemus*.

760. *perire*] Retinui cum Eichst. vulgarem lectionem, quam praebent Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. Ceteri libri omnes *periri*; unde Wak. fecit *pariri*, i. e. creari, ad Priscian. VIII, 7. §. 33. (p. 802. P.) provocans, et verba *interstingui atque pariri* verbis modo praegressis *dimittere ignes et recreare lumen* manifestissime respondere ratus. Tamen vulgatis stare tutius habuimus.

763. *umbras*] Poor. *undas*, fortasse e Virg. Aen. I, 147., ut Wak. censet.

765. *supra*] sic Wak. cum Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. et Ald. 2.; vulgo *supera*. (Vid. ad I, 544. V, 86. 327. 514. etc.) — *perlabier*] Brit. 2. *perlabitur*.

767. *fulget*] sic Wak. cum omnibus Codd., praeter unum, cunctisque editt. vett. (etsi Gerard. hanc varietatem prorsus intactam reliquit.) Vulgares editt. *fulgit*, ut solus Lugd. 1.

768. *Quur*] sic Wak. cum Brit. 2. (Conf. ad I, 175. V, 221. 327. et alibi.) Vulgo *Cur*. — *certa*] Bodl. Poor. Brit. 2. Brix. Ver. Ven. *terra*.

759. *inimica*] Brit. 2. *i minuta*. — *per exit*] sic Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quibus Hav. et Wak. obtemperarunt; nec valde discrepant Bodl.

Ver. Ven. *pervexit* exhibentes; Vind. *perrexit*, Brit. 1. *perusit*. Lamb., quem editt. vulgares sequuntur, *pererrat*, Gifan. *peragrat*, utrumque sine libris. — Post hunc versum in Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et in omnibus editt. vet. (quamvis taceat Gerard.) male repetitur v. 763.

770. *caerula mundi*] Conf. I, 1089. V, 482. VI, 96. etc.

774. *soleant*] Poor. Brix. *possent*, Brit. 1. *possint*, Brit. 3. *posset*; a Ver. Ven. vox prorsus abest. — *offecto*] Poor. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *effecto*, Brit. 1. 2. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *ef-foeto*.

775. *nec*] Retinui cum Eichst. et Orellio (qui omnem locum a v. 770. usque ad finem huius libri edidit in Eclogis suis p. 48. ss.) vulgarem lectionem, quam Wak., plurimos utique libros sequutus, in *neque* mutavit. Vulgarem tamen praeter communem usum Lambini et Havercampi silentium de suis Codd. tueri videtur.

776. *connivent*] Vind. *conibeunt*, Cant. Ver. Ven. *conibent*, Brit. 1. *combent*, Brit. 2. 3. *cumbent*, Brix. *connubent*. — *rursum*] Brit. 2. *rursus*.

777. *convisunt*] Ver. Ven. *connisunt*, Brit. 1. *commiscent*. — *candida*] Ald. 1. Bon. *condita*.

780. *Tollere et*] Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *Tolleret*, Poor. *Tollere*. — *creduint committere*] Wak. pro vulgari lectione *tentàrit credere*, e Lambini ingenio profecta, e plurimis libris restituit *credunt committere*, ad *credunt* supplens *philosophi*; (nimirum Empedocles ap. Pseudo-Plutarch. de plac. phil. V, 26. et Theophrast. ap. Porphy. de abstin. II, 5., ab Orellio laudati, qui cum Eichst. sequitur Wakefieldi lectionem.) At amicus quidam Orellii, cui iure meritoque ellipsis illa *philosophi* durior videbatur, coni. *creduint* per synecphonesin pro *crediderint*, i. e. *confisa*, *ausa fuerint arva*; quam coniecturam dignissimam censui, quae in contextum reciperetur. Quidni enim, quae Plautus aliquoties in singulari sibi indulsit (conf. Amph. II, 2, 40. Capt. III, 4, 74. Truc. II, 2, 52.), Lucretium aliquando etiam in plurali adhibuisse sumamus? Sensum autem sic multo meliorem evadere, non est ut pluribus doceam. Id tantum adiicio, Knebelium quoque videri similem medicinam loco desiderasse, qui Wakefieldi rationem et ipse reiiciens, sic vertit:

— — *was diese beim ersten Gebähren Wagte zu bringen ans Licht, unsicheren Winden vertrauend.*

783. *fulserunt viridanti*] Brit. 2. *cinxerunt floridanti*.

784. *exinde*] „Brit. 1. *exire*; non infeliciter, si salva staret constructione.“ Wak.

787. *Quadrupedum membris*] sic Wak. (Eichst. Orell.) cum omnibus libris; Hav. cum vulg. editt. *Quadr. in membris*.

789. *inde loci*] Conf. supra ad v. 438. — *corda*] sic Wak. edidit ex uno Cod. Poor., quod, utpote elegantius, eo magis servandum duxi, quum etiam Virgilius, perpetuus Lucretii imitator, Geo. I, 330. *mortalia corda* habeat pro *mortales*, et Lucretius paullo inferius v. 862. eodem loquendi circuitu de canibus utatur: *levisomna canum corda*. Vulgaris lectio *mortalia saecla*, quam Eichst. quoque et Orell. retinuerunt, facillime substitui potuit ex (I, 1091.) II, 1154. V, 803. etc., inprimis si delicatior aliquis librarius offenderit in verbis coniunctis *corda coorta*.

790. *coorta*] Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *creata*.

791. Cum huius versus sententia conf. II, 1154. s.

794. *sit e*] Vind. *si de*. — *quoniam*] Ver. Ven. *quom*, Brit. 2. *cum*, Poor. *quomodo*. — *sunt*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *sint*.

798. *maiora*] sic Bodl. Poor. Brit. 1. Iunt. et Ald. 2.; ceteri omnes *maiore*, vitiose. — *adulta*] ita Wak. (Eichst. Orell.) cum omnibus libris; vulg. editt. *adulto*, locum non recte capientes, quem Wak. recte sic construit: „plura et maiora coorta, *adulta*, i. e. ad suam magnitudinem perducta, tellure nova, atque aethere (*novo*).“

801. Eadem sententia iam adfuit IV, 56.

803. *Tum tibi*] Brit. 2. *Tunc tibi*, Ald. 1. Bon. Iunt. *Tunc ibi*.

805. *Hoc*] „i. e. ideo, ergo; non *hoc modo*, ut ratus est Wak.“ Orell. Sic autem Wak. edidit e Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 2. 3. Cant.; Bodl. Vind. Brit. 1. Ald. 1. Bon. *Hinc*, ut vulgo; Brix. Ver. Ven. Iunt. *Haec*, Ald. 2. *Ecce*. Bentl. coni. *hic* adverbialiter, provocans ad VI, 274. 446. 687. — *ubi quaeque*] Cant. *ubiquoque*; quare Wak. coni. *ubiquomque*, non male quidem, sed tamen praeter necessitatem.

806. „*terrae*, casu tertio, *radicibus*, sexto; ita certe locum intellexit Censorinus c. 4. *Epicurus* — *credidit limo calefacto uteros nescio quos radicibus terrae tohaerentes primum increvisse*.“ Orell. *Terrae* autem plurimi libri Lucretii et Lactantii, qui Inst. II, 11. in hunc versum affert, suppeditant; Lugd. 1. 2. Brit. 3. Ver. Ven. *terram*, quod fortasse ortum e vulgari lectione et praepos. *in*, quam habent Cant. et Iunt. ante *radicibus*. Wak. (quem Eichst. sequitur) ex uno Cod. Cant. et nonnullis Lactantii Codd. edidit *terra*.

807. *aetas*] Vind. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *aestas*.

808. *humorem*] Ald. 1. Bon. *humore*. — *petissens*] sic omnes editores; rectius tamen fortasse scriberetur *petessens*

cum Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 3. Cant. (Conf. ad III, 648.)  
Ald. 1. Bon. Iunt. *petiscens*, Brit. 2. Brix. Ald. 2. *petescens*,  
Brit. 1. *petissens*, Poor. *potessens*, Bodl. Ver. Ven. *petenses*.

809. *ibi*] Lamb. coni. *ibus*, temere.

810. *Et*] Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven.  
Ald. 1. Bon. *Ut*; „quod nescio an reijci debuisset, pro *Dum*;  
quamvis recepta lectio faciliior et rectior appareat.“ *Wak.*

813. *alimenti*] Ver. Ven. *alundi*, Brit. 2. *elementi*.

817. *nec magnis*] sic omnia ad unum exemplaria; *Wak.*  
tamen, opinione praeiudicata ductus, *neque magnis*.

821. *animans*] sic *Wak.* recte interpretatus videtur Lugd.  
1. Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et Brix. lectionem *animas*, i.  
e. *animās*; a Ver. Ven. vox plane deest; ceteri libri habent  
*animal*, ut vulgo editur, sed contra Lucretii usum. — *fudit*]  
Lugd. 2. *fundit*.

822. *magnis*] Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *magni*. „Versum  
equidem ulcere gravi affectum puto. Si Codd. faverent, li-  
benter rescripsissem: *quod immani b. murmure p.*“ *Wak.*;  
cui neutiquam possum assentiri. *Omne*, e *Wak.* sententia,  
respicit nomen vulgarius *animal*, in *animans* comprehensum.  
Sed quidni sumamus, Lucretium participium *animans* ipsum  
genere neutro adhibere voluisse? (Conf. Cic. N. D. II, 53.  
et de Univ. 4.)

823. *Aëriasque*] sic cum plurimis libris et vulg. edit.  
retinuit Orellius, haec annotans: „*Aeriae*, omisso *que*, Brix.  
[similiterque Ver. Ven. *Aërie*], quod erroris originem detegit:  
nam quum semel in Cod. aliquo ἀρχετύπω ita erratum  
esset, librarii metro consulturi temere scripserunt *aëriaeque*,  
ut habent Codd. sex [Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 3. Cant.] Me-  
rum hunc soloecismum receperunt Alterus, professionem suam  
hoc certe loco conficiens, et *Wak.* [quem Eichst. sequitur], ele-  
gantiam loci admiratus. „Poeta, inquit, constructionem im-  
mutatam voluit, ut alibi saepissime.“ Orellio totus assentior.

826. *aetas*] Brit. 3. Ver. Ven. *aestas*, ut supra v. 807.

828. *omnia migrant*, i. e. omnia mutantur. (Conf.  
Scioppii Susp. lectt. II. ep. 1., qui praeter alios laudat Plaut.  
Trin. III, 2, 13. et Gellium II, 29.) E Lucretio huc pertinet  
etiam II, 775.

829. *vortere*] i. e. *se vertere*, vel *verti*. (Vid. ad IV, 1126.)

830. *aliud* deest Ver. Ven. — *putrescit*] „Brit. 2. *pu-  
trefit*; quod facile verum putaverim.“ *Wak.*

831. *concrescit*] Lugd. 2. Bodl. Poor. Brit. 3. Cant. Brix.  
Ver. Ven. *crescit*. — *e* abest a Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant.  
Brix. Ver. Ven. — *contemptibus*] Vind. Cant. Brix. *contempti-  
libus*, Ver. Ven. *contentilibus*. Quare *Wak.* censet: „Loco

videtur morbus inhaerere, qui vel emaculatiores libros postulet, vel διαγνωστικώτερον saltem medicum.“ Ceterum hic versus, una modo voce variatus, redit infra v. 1277.

834. Bentl. coniecit *Quod tulit, ut nequeat, sine causa.*

835. *tum*] Poor. Brix. Ver. Ven. *cum.*

V. 837. Lamb. Gifan. Faber. Creech. Hav. Bentl. aliique spurium censuerunt, recte autem Wak. et Orell. defendisse videntur, quorum ille dicit, poetam res monstrosas versu monstroso vividius effingere voluisse, hic vero omnem versus e Graeco fonte haud nimis feliciter detortum habet. Ordinem et sensum Wak. sic explicat: „Hermaphroditum, inter utram naturam, virilis atque muliebris, quis velit; nec tamen, qui utramque naturam in se rite complectatur, quum sit aequè remotus ab utraque.“ Varietas lectionis sic se habet: *Androgynem*] Brit. 1. 2. 3. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *Androgynum.* — *utras*] Brit. 1. *veras*, Iunt. *utra.* — *utramque*] Ald. 1. Bon. *utrumque et*, Iunt. *neutrumque et.* — *utrimque* Wak. dicit se posuisse ex coniectura; at sic ante eum iam omnes editt. vulg. et ex antiquioribus Brix. et Ald. 2.; ceteri libri *utrumque* vel *utrunque.* — *remotum*] Lugd. 2. *remoti.* Lamb. edidit *Androgynum neutrum, inter utrumque, ab utroque remotum*; Gifan. *Androg. inter utras nec utraque utrimque rem.*; Heinsius ad Claudian. de Phoen. 163. (p. 1071. ed. Burm.) coni. *Androgynem inter neutra, atque ab utroque remotum.* Vulgo sic editur: *Androgynum inter utrum, nec utrumque, et utrinque remotum.*

839. *Muta*] sic ex omnibus libris non nisi Ald. 2., quam tamen, probante iam Creechio, recte sequuti sunt Hav. Wak. Eichst. et Orell., quum optime sibi respondeant *muta, sine ore* — *caeca, sine voltu.* Ceteri libri omnes *Multa*, ut vulgo editur.

840. *Vinctaque*] Brit. 1. *Iunctaque*, Brit. 2. *Victaque.* — *adhaesu*] Brix. *adhaesa*, Brit. 3. *adhaesum.*

842. *foret usus* vulgaris est lectio, quam, quum locis I, 220. IV, 832. 842. et similibus satis defensam putarem, in contextu servavi. At quum ab omnibus libris comprobatam videam lectionem *volet usus*, a Wak. Eichst. et Orellio receptam, haec utique, licet minus facilis et expedita, ob Codd. auctoritatem nunc mihi praeferenda videtur, quam non statim in contextum induxisse me poenitet.

844. *absterruit*] Brix. *absteruit*, Lugd. 1. *abs se ruit*, Lugd. 2. Brit. 1. *abseruit*, Poor. *abserruit.* A Brit. 2. omnis versus abest.

846. *nec iungi*] „*nec abest* Cod. Brit. 2.; Vind. Ver. [Ven.] *ut*; forsitan pro *aut*; de qua scriptura sic foret ver-

sus constituendus: *N. r. cibos, aut iungi* etc. Solenne peccatum est librariorum commutare vocolas *aut et ut*: vid. Drakenb. ad Liv. IV, 12, 8. *Wak.* Imo nihil mutandam.

847. *debent* *Wak.* restituit e *Cant.* et *Poor.*; ceteri libri et vulg. editt. *debere*, ut versus sit hypermeter, qui tamen admodum rarus in Lucretio. Recte autem *Wak.* in voce *videmus, παρενθετικῶς* inserta, causam mutatae lectionis deprehendere videtur.

848. *producere*] sic *Lambini*, ut videtur, *Codd.* et *Cant.*, quos cum vulg. editt. *Eichst.* et *Orellio* sequutus sum; *Wak.*, qui tamen ambigit, utra lectio sit anteponenda, *procludere* cum *Brix.* *Ald.* 1. 2. *Bon.* *Iunt.* (quemadmodum v. 854.). *Lugd.* 1. 2. *Brit.* 3. *Ver.* *Ven.* *procludere*, *Poor.* *Brit.* 1. 2. *precludere*.

850. *quae*] sic *Wak.* cum plurimis libris; vulgo *quā* cum *Poor.* *Brit.* 1. 3. *Cant.* *Brix.* *Ver.* *Ven.* *Iunt.* *Ald.* 2.; „minus recte: nam nihil proficeret meatus, quo quid effluat, nisi provisum esset, quod effluat,“ ut *Wak.* censet. — *manere*] *Brit.* 2. *manere*.

851. *Feminae*] *Vind.* *Cant.* *Brix.* *Ver.* *Ven.* *Ald.* 1. *Femina quae*, in *Brit.* 2. *que* deest. — *ut maribus*] *Vind.* *uti narius*, *Bodl.* *ut marvis*, *Lugd.* 1. *Brit.* 2. *Ver.* *Ven.* *ut in arvis*.

852. *quā*, i. e. *quomodo*. Sic autem *Wak.* et *Orell.* cum *Lugd.* 1. 2. *Bodl.* *Vind.* *Cant.* *Brix.* *Ver.* *Ven.*; *Poor.* *quae*, ceteri libri *quēis* (vel *quis*), quod cum vulg. editt. *Eichst.* recepit. — *nectant*] *Retinui* cum *Eichst.* et *Orellio* vulgarem lectionem, ab *Ald.* 2. exhibitam, a qua paullum modo differunt *Ald.* 1. *Bon.* *Iunt.*, *nectent* praebentes. *Lugd.* 1. 2. *Bodl.* *Vind.* *Cant.* *Poor.* *Brit.* 1. *Brix.* *Ver.* *Ven.* *metuent*, *Brit.* 2. *metuunt*, *Brit.* 3. *metuant*; quare *Wak.* e *coni.* edidit *metarent*. — *inter*] *Brit.* 2. *in*. — *uterque* *Wak.* restituit ex omnibus libris: vulgo *utrisque*, ex editorum arbitrio.

853. *Multaque*] *Ver.* *Ven.* *Mutaque*. (Vid. ad v. 839.) — *tum*] *Vind.* *Poor.* *Brit.* 1. 3. *cum*, *Brit.* 2. *tamen*.

857. *tutata*] *Vind.* *Brit.* 2. 3. *Cant.* *Ver.* *Ven.* *tuta*.

859. *Wak.* *coni.* *tutelā tradita nostrā*, i. e. „per manus hominum tradita; de seculo in seculum transmissa;“ sed sine causa idonea.

861. *Tutata est*] *Ver.* *Ven.* *Tutast*. (Vide modo ad v. 857.) — *ut*] sic *Wak.* cum plurimis libris; vulgo *et*, quemadmodum *Brit.* 1. *Ald.* 1. et *Bon.*

862. *At*] *Brit.* 1. *Ut*, nisi potius hic *Codex* cum *Ald.* 1. et *Bon.* praebeat *Et*. — *levis omnia*] *Vind.* *Brit.* 2. *Ver.* *Ven.* *levis omnia*, *Brit.* 3. *Brix.* *levis ora*. — *canum - - corda*, i. e. *canes ipsi*. (Conf. supra ad v. 789.)

863. *veterino*] Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *veteri non*, Brit. 1. *uterino*. De voce *veterinus*, quod statim redit v. 888., conf. Nonius I, 44., nostrum versum afferens, et Festus s. v. Veterinam, qui uterque docet, iumenta aliaque animalia sic dicta esse a *vehendo*; nescio an satis recte.

864. Conf. VI, 1236., nostro simillimus.

865. *tutelae*] Ver. Ven. *tutela*. (Vide supra ad v. 859.)

866. *sequutae*,] sic omnes libri veteres; Lamb. tamen et Bentl. maluerunt *sequuta*, temere. *Sequutae* enim vel respicit *pecudes*, v. 864. commemoratas, vel remotius subiectum *animantes*, quo Lucretius saepius genere feminino utitur (v. c. II, 944. III, 666. IV. 647. V, 70.).

869. *queis nil*] Ald. 1. Bon. Iunt. *quis nil*, quod idem est, Vind. Brit. 3. *quis ni*, Poor. Brit. 1. Cant. Brix. Ver. Ven. *quis in*, Brit. 2. *aliquis ni*.

875. *Donec* Wak. ex omnibus libris in contextum revocavit; vulgo *Donicum*, e Lambini arbitrio. (Conf. ad II, 1130. IV, 432. V, 686. etc.)

876. *fuerunt*] Retinui cum Eichst. et Orellio vulgarem lectionem, ab omnibus fere libris Mss. exhibitam; Wak. e Poor. Brit. 3. Cant. et vett. editt. praeter Iunt. recepit *fuerant*, in quibus fortasse ob correptionem modo perfectum est correctum, quae tamen in Lucretii carminibus frequentissima. (Conf. v. c. III, 86. 135. 1041. IV, 41. V, 194. VI, 2. 4. 1174. etc.) — *nec*] sic Wak. cum Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus editt. vett.; vulgo *neque*. — Quod autem sensum huius loci attinet, Orell. annotat: „Immoratur huic opinioni refellendae, respiciens non solum fortasse ad fabulam de Centauris, sed etiam ad Empedoclis illud v. 214. Sturz. *πολλὰ μὲν ἀμφιπρόσωπα κ. τ. λ.* Ceterum Centauros Scyllasque apud poëtas et in antiquis monumentis passim coniungi observat Visconti Museo Pio-Clem. V. p. 21. Lucr. IV, 736. [734. nostrae edit.] Virg. Aen. VI, 286. Stat. Sylv. V, 3, 280.“

877. *queunt*] sic plurimi libri, quos Wak. sequutus est; vulgo *queat*, cum Ald. 1. Bon. Iunt. — *binō*] Lugd. 2. *uno*.

879. Wak. haec adscripsit: „Sensus est: Ita ut ex utraque parte monstri, ex homine puta et equo constantis, nequeat esse pars utilitas membrorum; vel: Impossibile est, animantem sic compositam membris alienigenis utrobique fungi. Sic autem se varietates lectionis habent: *par vis*] Bon. [Ald. 1. Iunt.] *paribus*, Brit. 2. *pravis*; ceteri iunctim *parvis*. [Ald. 2. diserte *par vis*.] — *sic*] Brit. 1. 3. [Lugd. 1. 2. Bodl.] *sit*. — Et omnes libri post *sit* inferciunt *pars*, unde versus iustam mensuram superat, praeter Pium [Ald. 1. 2.], qui *par*. [Errat Wak.; nam in Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.



ideoque haud dubie etiam in libris Mss., substituitur potius *pars* vel *par* omissae voculae *sic* vel *sit*.] — *potissit*] Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Bon. [Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.] *potis sit*, [Ver. Ven. *potisset*.] Nimirum forma *potesse* facit in tempore instante indicativi modi *potessit*, et in eodem tempore subiunctivi *potissit*: vid. Diomed. I. p. 381. Plaut. Curc. V, 3, 23. Idem in Pers. I, 1, 41. [Conf. etiam quae ad I, 453. 666. et alibi annotavimus.] — Porro dictiones *non sic* Bentleyus suspicionis nota merito signavit, sed nihil conatus est medelae. Vanum fuerit in hac re sine Codd. hariolari; expromam tamen, quod in mentem venerit: *H. i. p. v. ut monstis esse potissit*.“

V. 880. sine ulla varietate iam legimus IV, 51.

882. Retinui cum Orellio vulgarem lectionem, nisi quod voces *haud* *quaquam* et *etiam nunc*, libros sequutus, divisim exaravi. *Quin* diserte exhibent Iunt. et Ald. 2., cui Ald. 1. et Bon. *quia* substituunt; ceteri libri omnes omittunt, absorpta nimirum, ut Orell. rectissime censet, vocula *quin* a praecedente syllaba *quam*. — *etiam nunc*] sic Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 2. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 2. exhibent; Ald. 1. Bon. *etiam tunc*, Iunt. *etiam tum*; vulgo *etiamnum*. Wak. (et Eichst.) ex uno Cod. Cant. edidit *haud ita quaquam*: *saepe etiam nunc*; quod *ita* Orellius dicit Italam interpolationem sapere.

883. *in somnis*] sic libri omnes, quos cum editt. vulg. Eichst. et Orellio sequutus sum, qui recte monet, „puerum triennem somniantem tantum mammam quaerere.“ Wak. e con. edidit *insomnis*, quod per *difficilis*, *querulus* interpretatur; male. — *lactantia*] Lugd. 1. 2. Cant. *laetantia*, quod Vossius ad Catull. p. 234. praetulit, et Hav. in contextum adeo recepit, recte propterea reprehensus a Wak., qui comparat nostri I, 260. 886. II, 370. Virg. Geo. II, 524. imprimisque Ovid. Met. VI, 342. et VII, 321., oblitus tamen eius, quem ante omnes commemorare debuisset, Ennii apud Charis. I. p. 103. P. (p. 15. Hessel.) *Dulciferae ficei lactantes ubere toto*. — *quaeret*] sic Hav. et Wak. cum plurimis libris; vulgo *quaerit*, ut Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

886. *puerili*] sic Wak. restituit ex omnibus fere libris; vulgo *pueris*, cum Ald. 1. et Bon. — *florente*] Brix. *florentae*, Vind. Ver. Ven. *florenta*; quare Wak. suspicatur obsoletam formam *florata*, i. e. sese induens in florem, quae in compositis *desfloro*, *praeflora* etc. servata sit.

887. *Officit*, i. e. intervenit, ut Wak. explicat, (comparans nostri I, 338. II, 784. V, 717.) qui primus hanc pluri-

morum librorum scripturam restituit; vulgo *Occipit*, ut in Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

V. 888. Nonius affert I, 44., ubi tamen, certe apud Gothofr. p. 490., mendose legitur *Torto homine* etc.

889. *neque esse*] sic Wak. cum Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et omnibus editt. vett.; vulgo *nec esse*.

890. *rabidis*] Recte Wak. recepit Heinsii coniecturam, a Bentleio quoque comprobata, pro omnium librorum lectione *rapidis*; provocans ad Virg. Cirin v. 79. Ovid. Am. III, 12, 22. eiusd. A. A. I, 332. Senec. Med. 650. Sidon. Apoll. IX, 162. et Oudend. ad Lucan. VI, 66. 337.

893. *nec* Wak. restituit e Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et Ver. Bon., a quibus reliquae vett. editt. non differunt; vulgo *neque*.

894. „*perficiunt*: i. e. ad finem ducunt, ita ut nequeat progredi; quod fit antecedente senectute. (Conf. II, 1115.) Sic autem legitur optime in Poor.; ceteri omnes *proficiunt*; cuius loco consenserunt editores in Turnebi emendatione *proiiciunt*: sed nostra lectio probabilior. *Per* et *pro* in locis infinitis permutata sunt; ut voces integrae ad Lucan. VI, 455. et Liv. XXXVII, 6. §. 7., ubi vid. Drakenb. "*Wak*.

896. *nec*] Rescribe potius *neque* cum Wak., quod Lugd. 1. 2. Poor. Cant. et omnes editt. vett. exhibent; *nec* vulgaris est lectio. — *iocunda*] sic Wak. cum Brit. 1. 3. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; ceteri *iucunda*, ut vulgo.

899. *Flamma*] Brit. 2. *Flamina*. — *vero* abest a Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et cunctis editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2.; et in Brix. Ald. 1. Bon. versus sic expletur: *Igneae flamma quidem cum*. Wakefieldo hi versus sic constituendi videntur: *Fl. quidem quoniam tam c. f. l. Iam soleat* etc.; nam v. 900. Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *Iam* exhibent pro *Tam*.

902. *Quî*] Ver. Ven. *Quae*. — *corpore*] Ver. Ven. *tempore*. — *ut*] Poor. Bon. *et*. — *una*] Vind. Brit. 2. 3. Ver. Ven. *unam*. In Iunt. pro *ut una* legitur *iuncta*.

903. *media*] sic plurimi libri, quos cum vulg. editt. et Orellio sequutus sum, qui recte comparat Hom. Il. VI, 181. et Hesiodi Theog. 323., a Wak. iam laudatos. Ipse tamen Wak. et Eichst. cum Vind. Brit. 1. Cant. *medio*.

904. *ore foras*] Hic quoque cum Orellio retinui vulgarem lectionem, quam diserte praebent Brit. 3. Ald. 2. et, si Hav. silentio aliquid tribuendum, Lugd. 2. Bodl., paullum modo recedentibus Lugd. 1. Vind. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon., qui *ore feras*, et Brit. 2., qui *Horriferas* exhibet; Poor. *ore ferens*; Brit. 1. et Iunt. *ore ferox*, haud dubie ex interpo-

latione, quod tamen Wak. et Eichst. receperunt. Recte autem Orell. observat, „*foras* Lucretio esse in deliciis, [e sexcentis locis conf. inprimis II, 200. VI, 682. 887. 897. etc., in quibus omnibus de igne et flammis prorumpentibus sermo est,] magisque corruptioni obnoxium fuisse, quam *ferox*.“ — *flaret*] sic Wak. cum Lugd. 1. Poor. Brit. 1. Cant. et cunctis editt. vett., quod iam Ruddim. Inst. Gr. II. p. 221. praefert; Vind. Brit. 2. 3. *flare*; vulgo *efflaret*. — *flamman*] Brit. 2. *flammas*. — Pro corpore, quod frigeat et statim praecesserit, Wak. coni. *pectore*, praeter necessitatem.

906. *fingit*] Ver. Ven. *fingunt*.

908. *effutiat*] Vind. Cant. Ver. Ven. *effuciat*, unde in Brit. 3. *efficiat*. Nonius II, 272. hunc versum mendose sic affert: *Mata licet similis ratione effutiat ore*.

909. *tum*] Poor. Brit. 1. Brix. Ald. 1. Bon. *cum*.

912. *nixus*] ita Wak. cum Cant.; Poor. Brit. 1. Ver. Ven. *visus*; ceteri omnes *nisus*, ut vulgo. — *pandere*] sic Wak. (Eichst. Orell.) cum Lugd. 1. Ald. 1. Bon., quod sic interpretatur: „cruribus semel divaricatis alta maria comprehendere, vel gradu simplici transire;“ et comparat cum Virg. Geo. II, 258. Lugd. 2. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., paullum modo aberrantes, *pondere*; Iunt. Ald. 2. *ponere*, ut vulgo.

916. *Nil*] Wak. cum Vind. Brix. Ver. Ven. *Nihil*, ut solet.

920. *possunt* Wak. ex omnibus libris restituit; vulgo *possint*, ex editorum arbitrio.

921. *Sed si*] ita Wak. cum Lugd. 1. 2. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., a quibus haud multum differunt Poor. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., *Sed sic* exhibentes; Vind., si collatori fides habenda, *Res si*; vulgo *Res sic*. Ordo et constructio secundum Wak. haec est: „Sed, si (i. e. quoniam) quaeque (i. e. herba, v. 919.) suo ritu procedet, et omnes (i. e. omnes etiam herbae ac fruges, omnigeni fetus terrae) servant discrimina, naturae certo foedere.“ — *quaeque*] Iunt. *quodque*.

925. *Et*] „Ver. [Ven. Ald. 1.] Bon. *E*, quod probavisse[m] [ut nimirum illud *Et* error sit librariorum pro *Ex*,]: quasi causam scilicet huiusce durtitiae noster apponere voluerit; sed Arnobius non patitur vulgatam vocem de loco moveri.“ *Wak.* Arnobius enim II. p. 54. aperte locum nostrum respexit his verbis: „*Ossibus* illis *fundata* sunt corpora, et *nervorum* colligatione devincta;“ cum quibus Wak. alterum eius comparat locum p. 84.: „Quo ex materiae genere humanorum corporum concreta et stabilita sunt *viscera*? unde *ossa solidata*?“

926. *Verbis Fundatum, validis vulgo interponitur et cum Ald. 1. Bon. Iunt., quod Wak., meliores libros sequutus, omisit.*

928. *labi]* Vind. Brit. 1. *labe*, haud dubie mendose, etsi alibi forma *labi* non videtur occurrere. (Conf. ad I, 977.)

V. 931. *paullulum mutatus redit VI, 1253. Ceterum Wak. post aratri male ponit semicolon, quod dicunt; et sequentia Quisquam nec scribat etc. uno tenore vult pronuntiat. Longe melius in vulg. edit., apud Eichst. et Orell. Quisquam commate a sequentibus seiunctum, cum verbis prioris versus connectitur; quae constructio quomodo Wakefieldo perturbata, nec satis quidem Latina videri potuerit, equidem non intelligo, nisi fortasse omnino molestum ei fuerit pronomen in fine demum sententiae initioque sequentis versus positum. Sed saepe nominativus subiecti, utpote qui non solum ad hanc ipsam, sed simul etiam ad sequentem pertineat sententiam, consulto et iure suo inter utramque insertur ad finem prioris. (Quare Knebel. rectissime vertit:*

*Da war keiner annöch des Pfluges rüstiger Lenker,  
Keiner verstand mit Eisen zu wenden die müssigen  
Aecker.)*

Locus prorsus simillimus est I, 534.; alia exempla in re satis nota superflua videntur. Praeterea quum in Vind. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. legatur *Quicquam*, Wak. coni. *Quidquam nes scibant etc.*, sine causa idonea; nam literas *s* et *c* saepissime confusas esse constat. (Conf. Wak. ipse ad Lucr. VI, 546. et 706. Drakenb. ad Liv. III, 23, 3. Bothius ad Plaut. Poen. 370. ad Ter. Heaut. III, 1, 102. etc.) De antiquiore autem forma imperfecti *scibat pro sciebat*, quae statim redit v. 951. et 1001., non opus est ut dicam. Plura exempla collegit Ruddim. Inst. Gr. I. p. 281. not. 91. — *molilier]* Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Ald. 1. Bon. *mollirier*, „minus exquisite, nec absurde tamen,“ ut Wak. censet; Ver. Ven. *molliner*.

933. *neque]* sic Wak. cum Vind. Brit. 1. 3. Cant. et cunctis edit. vet. (Brix. *atque*); vulgo *nec*.

Vss. 935. et 936. Macrobius laudat Sat. VI, 1. fin. cum Virg. Geo. II, 500. comparatos.

936. *placabat]* Ald. 1. Bon. *placarat*. — *pectora]* Lugd. 1. Eodl. Vind. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *pectore*; mendose.

937. *curabant]* Poor. Cant. *curabat*. — *corpora]* Lugd. 2. *pectora*.

939. *puniceo]* sic Wak. cum omnibus libris; vulgo *Poeniceo*.

940. *Plurima]* Bentl. coni. *Pluria*, perperam.

942. *dura*] Brix. Ald. 2. *dura*, Brit. 1. Ald. 1. Bon. *dia*, quae vulgaris est lectio, recte a Wak. e plurimis libris correcta. — *ampla*] Iunt. *aspra*.

943. *At*] Macrobius, qui Sat. VI, 1. (p. 162. Bip.) hunc versum affert, *Ad*, quod Hav. recepit, ut verba *sedare sitim* more Graecorum unius quasi substantivi munere fungantur qua de re vehementer dubito; Cod. Cant. *Et*. — *vocabant*] Iunt. *docebant*, aperte e Marulli vel editoris coniectura.

945. *Claru' citat late*] Sic edidi e coniectura, quae mihi facillima et, fere dixerim, certissima videtur. Librorum varietas sic se habet: Pii quidam Codd. Lugd. 1. 2. Brit. 2. *Clarici tatiat*, Brit. 3. *Claricita tiat*, quod idem est, Bodl. Brix. Ver. Ven. *Claritati a te*, Cant. Poor: *Clarior aciate*, unde fluxit correctio illa, quam exhibent Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *Clarior accitat*; plane denique ab his lectionibus differunt, quae in Brit. 1. et inter varr. lectt. editioni Veron. adscriptas inveniuntur: *Clam iuvat aestate* et *Claritat aestate*. Ex his variis scripturis Sim. Bosius confecit lectionem *Claricitat late*, quae, vulgaris facta, per omnes editt. inde a Lamb. propagata est. Licet autem Codd. vestigiis proxime accedat, tamen hoc verbum *claricare* non omni solum destituitur auctoritate, sed etiam adversatur analogiae, quod recte iam observavit Orell. Eclog. p. 55., primus in hoc loco offendens, et recte monens, participiorum illorum *altitogans*, *altivolans*, *blandiloquens* etc. plane aliam esse rationem, siquidem nemo dixerit: *altitonat*, *altivolat*, *blandiloquitur*. Non magis autem verba *aequiparo*, *amplifico*, *magnifico* et similia, ad quae fortasse aliquis provocet, cum hoc verbo comparari possunt, utpote cum adiectivis, non cum adverbis composita, quae dicantur pro aequum parare, amplum, magnum facere etc. Orell. suspicatur *Allectat late*, quae tamen lectio nimis a Codd. vestigiis recedit. *Claru' citat* vero facillime in *Claricitat* abire potuit, quum aliis etiam in locis apocope literae finalis s. librariis fraudi fuerit. (Conf. ad II, 831. 929. VI, 1137. etc.) *Clarus* autem hic est: undique, e longinquo audiendus, ut I, 98. Virg. Aen. V, 139. Ovid. Met. IV, 138. et saepius. (Conf. etiam Diss. mea de Lucr. not. 76. p. 119., ubi fere eadem iam disputavi.)

946. *nota vageis*] ita Wak. rectissime cum Bodl. Brit. 1. 2. 3. Cant. et cunctis editt. vett.; Vind., si collatori fides habenda, *noctivagis*; vulgo *noctivagi*, quod sane in Lugd. 1. 2. inveniri, ex Havercampi silentio concludendum esset. Bentl. maluit *nocte vagi*.

947. *Nympharum* — *excibant*] sic Wak. ob Codd. auctoritatem lectionem constituit, locum sic explicans: „Nym-

phae exsuscitabant et properabant aquas.“ Codd. varietas sic se habet, ut Poor. et Cant. Wakefieldi scripturam tueantur, Lugd. 1. 2. Vind. exhibeant *escibant*, quod Wak. ex antiquiori orthographia *escibant* fluxisse putat, Brix. Ver. Ven. *aestibant*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *exibant*, ut vulgares editt. — Orellius vero Wakefieldi mutationem propterea reprehendit, quod, Epicuro iubente, Lucretius talia deorum opera administrari ubique negaverit, quam dubitationem comprobat etiam Censor eius in Ephem. lit. Ienens. 1823. n. 76., qui eo adeo progreditur, ut, quum Lucretius IV, 582 ss. Nymphas esse omnino negaret, ex coniectura suadeat scribendum: *sylvestria templa Lympharum*, „*waldige Quellgrotten*.“ At vero quam parum idoneum sit hoc argumentum, quisque vel me non monente videt, quum Lucretius, qui non solum philosophus, sed etiam poëta vult haberi, ut orationis inserviat ornatui et colori, statim ab initio Venerem invocare sibi indulgeat, ut, Martem mitigans amore, pacem Romanis subministret, pariterque VI, 91 ss. Calliopes auxilium imploret, quo sibi contingat aeterna virtutis corona, quum VI, 1075. Neptunum, maris et aquarum deum, commemoret, et saepius deos utpote testes et sponsores invocet. (Conf. II, 434. 1093.; et vid. quae ad V, 515. annotavimus). Sensus igitur nil obstat, quin exquisitiorem illam scripturam comprobemus, inprimis quum etiam corruptae lectiones multo facilius e difficiliori *excibant* (quod tamen verbum non inusitatum est Lucretio, conf. II, 327. et IV, 1211.) quam ex trito illo et vulgari *exibant* oriri potuerit. Coniecturam vero Censoris Orellii, licet probe sciam, voces *nymphae* et *lymphæ* sexcentis in locis a librariis esse commutatas, (conf. Wak. ad Lucr. VI, 1173., ubi tamen *lymphis* praeferendum, Heins. ad Ovid. Her. V, 31. ad Metam. IV, 298. Broukh. ad Prop. II, 23, 49. III, 14, 4. et 21, 26. Drakenh. ad Silium XI, 420. Huschke ad Tibull. IV, 1, 60. Sillig. Epist. crit. p. 8. et alii) eo minus probare possum, quia antiquissimis Romanorum scriptoribus *Lympha* eadem fuit, quae *Nympha*, aquae et fontium dea (conf. Varro R. R. I, 1, 6. Gruteri Inscr. XCIII, 1. Festus in v. Lymphas, Servius ad Aen. VII, 377. et recentiores, quos laudat Broukh. ad Prop. III, 14, 4.) ita ut, etiamsi coniectura illa assume retur, plane eundem, quem omnium librorum lectio, sensum praeberet, vel certe ambigua esset. — Ceterum Bentl. pro *humore* coni. *humoris*, ut l. IV. v. ult. *guttas humoris*. „Nihil unquam vidi equidem infelicius,“ addit Wak.

V. 948. laudatur a Nonio X, 2, (p. 767. Goth.) Ceterum miror, neminem editorum de sensu versus sequentis dixisse, qui non nimis in aprico positus videtur. Equidem lo-

cum sic explico: Nymphae ex antris exsuscitabant rivos, qui larga proluvie lavarent *humida saxa*, quae *super* (i. e. supra, in superficie) *stillabant* aquâ, ut *viridis muscus*, quo oblecta erant, ipse etiam stillaret aquâ. Quare Knebelium puto non recte reddidisse:

*Rieselnde Felsen, auf grünendes Moos abträufelnd von oben.*

951. *neque*] sic Wak. cum Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. cunctisque editt. vet.; Vind. *atque*; vulgo *nec*, fortasse contra omnes libros.

955. *imbreis*] sic diserte Ald. 1. 2. Bon. Iunt. et haud dubie plures etiam Codd. Mss., Brit. 2. *umbrisque*, ceteri *imbris*. Wak. addit: „Nescio, an mihi non magis arrideret *tò imbris* librorum, pro secundo casu singularis numeri acceptum, atque cum *verbera* consociatum. Hnic saltem constructioni favent Virg. Aen. IX, 669. et Tibull. I, 2, 7., ubi consulas Broukh. et Gronov. quoque ad Sen. Hippol. 383.“ Tamen vulgarem praestare censeo.

956. *neque* Wak. recepit ex iisdem libris, quos ad v. 951. nominavimus; vulgo *nec*.

957. *scibant*] Retinui cum Orellio vulgarem lectionem, quam diserte exhibent Ald. 1. 2. Bon. Iunt. et, si Hav. et Wak. vere tacent, Bodl. Brit. 1. et Cant.; ceteri libri *sciebant*, unde Wak. fecit *scierant*, quod miror Eichstäedtiū retinuisse, quum plusquamperfectum plane non huius loci videatur.

958. *Quod quoique*] „Ver. Bon. (quibus adde Ven. et Ald. 1.) *Quodcunque*; me iudice non deterius.“ Wak. De vulgari tamen minime dubitandum.

960. *iungebat*] Ver. Ven. *lugebat*, Lugd. 2. *lucebat*, quae lectiones e compendio scripturae *iūgebat* originem duxerunt; Brit. 2. *iungebant*; „unde, Wak. inquit, tentare possis non invenuste: *Et Venerem in sylvis iungebant corpora amantum*.“ Sed unde in omnibus libris *Venus* casu recto? Nihil igitur mutandum esse, sponte apparet.

965. *Consectabantur*] sic vulgares editt. cum omnibus fere libris; Ver. Ven. solae *Conflectabantur*, quare Wak., recte ab Eichst. et Orellio desertus, e con. edidit *Conflictabantur*, quod equidem quomodo dici possit non perspicio.

V. 966. ab editoribus, utramque edit. Ald. sequutis, recte in hunc locum revocatus videtur. In plurimis enim libris (Lugd. 1. 2. Vind. et omnibus, ut videtur, Wakefieldi Codd.) pariter atque in editt. Brix. Ver. Ven. post v. 973., in aliis autem, ut in Bon. et Iunt., (quarum illam Wak. falso perhibet versum prorsus omittente) post v. 959. insertus legitur.

968. *suis sylvestria membra*] Retinui vulgatam lectionem, a Wak., quem Eichst. sequitur, e paucis quibusdam libris sic mutatam: *subus sylvestribus, membra*. At *subus*, quod Orell. quoque recepit, duobus modo Codd. Lugd. 1. 2. nititur, cui accedit, quod *subus* VI, 975. prima syllaba corripitur, quae hic produceretur, et quod, quum in vita communi *subus* diceretur, Lucretius hic pariter atque VI, 978. insolentio rem formam praetulisse, librarii vero usitatio rem substituisse credendi sunt. Lectionem *sylvestribus* vero Wak. e solis editt. Ver. Ven. male recepit. Sic enim sues istae duplici ornantur epitheto, quo, ut Wak. ipse recte annotavit, Lucretius non nisi ut sensum efficacio rem praebeat, uti solet, quem in hac mutatione equidem frustra quaesivi. Nam sylvestres tantum, non domesticas sues illis temporibus commemorari posse, per se patet. Contra vero si ad homines refertur hoc epitheton, nullo modo cum Wak. frivolum et supervacaneum dixerim praedicatum, quum aperte contineat causam, quae effecerit, ut homines nude humi prostrati, frondibus involuti, noctes sub diu transigere possent, quippe qui memoribus adsueti fuerint, semper vixerint in sylvis et speluncis, nec certa et fixa habuerint domicilia. Prorsus eodem modo noster infra v. 1410. commemorat *sylvestre genus terrigenarum*.

969. „*Nudabant*: poëtice pro vulgari *Nuda praebebant* vel *dabant*; quod editores impudentissimi Lucretio obstruserunt, libris universis, indignissime factum! reclamantibus, et summo consensu nostram dictionem ostentantibus,“ *Wak.*; quem, ut par erat, Eichst. et Orell. sequuti sunt.

972. Wak. sic distinxit: *Quaerebant, pavidei palantes* etc., quia „*pavidi* ipsi videtur inbecillum et supervacuum cum *plangore*, signatum vero atque pervenustum, si retuleris ad *palantes*.“ Qua in re non possum assentiri.

973. *tacitei*] Brit. 2. *placidi*, quod huc vix quadrat.

975. *A parvis*] Vind. Cant. *Aperuis* vel *Aperius*, Brit. 2. *Asperius*, Brit. 3. *Aperuisset*; nonnulli Lamb. Codd. *A pueris*, quam lectionem Wak. non malam censet. Sed de vulgari, quam vel corruptae lectiones clare tuentur, omnino non est dubitandum.

977. Cum Eichst. et Orellio vulgatam locum interpungendi rationem servavi. Wak., qui comma ante *mirarièr* positum delevit, locum sic construit et explicat: „Non erat, ut *τὸ mirari id*, quod semper consueverant cernere, posset fieri; nec erat, ut *τὸ diffidere*, ne nox teneret terras, *posset fieri*;“ quod artificiosius videtur.



978. *Nec*] Vind. Brit. 2. 3. Ver. Ven. (fortasse etiam Brix., nam Gerard. omnino tacet hanc varietatem) *Ne*. — *diffidere*] Brix. *deffidere*, Ver. Ven. *de sidere*.

980. *curae, quod*] Ver. Ven. *curaeque*, Ald. 1. Bon. *curae quae*, quare Wak. suspicatur *curae, quia*; sed vulgatam non sollicitandam duco.

983. *Spumigeri* recte Wak. ex omnibus libris restituit; vulgo enim *Setigeri* editur; ut v. 968., sed libris universis reclamantibus.

987. *lamentis* lectio est omnium librorum, a Wak. iure in contextum revocata, qui recte annotat, „salse rideri mortalium ignaviam, mortis timoribus discruciatorum, et miseram vitam inter lugubres ploratus relinquentium,“ et conferri iubet III, 946. et 965. Vulgo *labentis*, e Mureti coniectura.

988. *deprensus*] Ver. Ven. *depensus*, Poor. Brit. 2. Ald. 1. Bon. *deprehensus*, Wakefieldo non improbante.

991. Editores cum hoc versu comparant Ennium p. 141. Hessel. (ubi vid. Columnae annotationes) Eustathium ad II. p. 564, 40. ed. Bas. Longinum III. p. 9. Toup. Sueton. Octav. 13. Apulei. Met. V. p. 354. Oud. aliosque.

993. *super*] Brit. 2. 3. Cant. *supra*. Ceterum hic quoque versus, qui est ex paucis illis locis, ubi Wak. Iuntinae \*) lectiones affert, demonstrat, hunc virum non semper satis accurate versatum esse in libris antiquis conferendis. Non enim inter varr. lectt. tantum calci adiectas, ut Wak. dicit, sed, ut Brit. 2. 3. Cant. Ald. 1. 2. Bon., in contextu habet optimam et unice veram scripturam *ulcera*, cui reliqui libri *viscera* substituunt; quam vero in contextis invenisse sibi visus est vir doctus *sub viscere* (a Poor. quoque suppeditatam), hanc ne in variis quidem lectt. affert, ubi potius clare et distincte scriptum est *sub viscera*, quod tamen Candidus ipse reprobavit.

995. *Denique*] sic Wak. restituit ex omnibus fere libris; solae editt. Iunt. Ald. 2. *Donec*; vulgares tamen editt. *Donicum*, ex editorum arbitrio. — *privarunt*] hic vulgatam le-

---

\*) Florentinae enim nomine hic non eam intelligendam esse, quae Florentiae a. 1647. cum notis Nardii prodit, ex eo apparere puto, quod seriore hanc Florentinam duobus tantum vel tribus locis affert, anno, quo in lucem emissa est, adscripto. Si vero simpliciter Florentinam laudat, hanc Iuntinam esse, e comparatione lectionum intellexisse mihi videor. (Vid. etiam Conspect. editt.)

ctionem retinendam duxi, quam Wak., sequentibus Eichst. et Orell., e Lugd. 1. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et edit. vett. in *privarant* mutavit, cuius tamen plusquamperfecti vim et rationem non perspicio.

1000. *Nec*] sic omnes, quotquot innotuerunt, libri Mss. cunctaeque edit. vett., quibus Wak. recte obtemperavit; vulgares tamen editores, suo ingenio ducti, *Sed*, quod miror Orellii Censorem Ienensem saepius allatum comprobasse. Ceterum non prorsus assentior Wakefieldo, qui, hunc etiam versum permultis interpungendi signis temere onerans, verba sic coniungit: *Nec mare saevibat* (in naves scilicet, quod e prioribus supplet), temere, incassum, frustra coortum; quae ratio paullo impeditior videtur. Mihi potius copula *nec*, ut saepissime, non tantum ad verbum *saevibat*, sed ad omnem sententiam pertinere, omnibus eius verbis communis esse videtur, quasi Lucretius dixisset: *Nec saepe temere mare cooriebatur et saeviebat*. — *incassum frustra*] Retinui lectionem ab Hav. et Wak. receptam, quam non solum omnium fere librorum consensus, sed etiam locus simillimus II, 1060. tuetur. Pii Codd. et Iunt. *incursu fluctus*, quod Eichst. et Orell. receperunt, huiusque Censor Ienensis defendit. Vossius ad Catull. p. 230. coni. *flustro* pro *frustra*, et Lamb. edidit e coniectura: *Sed temere incassum, mare fluctibu' saepe coortis*, quae vulgaris lectio facta.

1001. *ponebat*] sic Ald. 1. 2. Bon. Iunt. et, si Havercampo fides est habenda, Lugd. 1. 2. Bodl.; quod tamen si verum fuisset, non apparet, quomodo inde exortae sint tam mirae lectionis varietates; nam Poor. Brit. 1. Cant. *poscebat*, Brix. *possebat*, Ver. Ven. *potebas*, Brit. 2. *petebat*, Brit. 3. *portabat*. Quare iam in Diss. mea de Lucr. not. 66. (ubi de omni hoc loco disputavi), proposui coniecturam *pascebat*, a lectionibus *poscebat* et *possebat* uno modo literula differentem, quam tamen, licet mihi verisimillima videatur, in contextum recipere non ausus sum. *Minas pascere* autem dictum esset pro *minas alere*, quemadmodum alii etiam scriptores furorem, iram pascere, vel alere, dicunt. (Conf. Claudian. XXXIX, 22. Silius XII, 721. Cic. p. Sext. c. 38. etc.) Omnem igitur loci sensum in Diss. laud. sic exposui: Nondum mare turbidum naves in saxis scopulisque confregit et elisit, neque omnino saepe coortum saeviit temere et sine effectū, et, si fortasse commotum erat, leviter tantum minas alebat, statim ad priorem tranquillitatem rediens, quippe quod, navigatione nondum inventa, nihil adesset, in quod furorem suum effunderet.

1003. Conf. cum hoc versu locus II, 560.

1004. De hoc quoque versu accuratius disputavi in Diss. mea de Lucr. not. 41., ex qua mihi liceat describere, quae maxime ad rem pertinere videntur. „ Scilicet quum nunc ab omnibus fere sumatur, substantiva 2. declin. in *ius* et *ium* desinentia usque ad seriora Augustei aevi tempora contractam modo genitivi formam admisisse, (conf. Bentl. ad Ter. Andr. II, 1, 20. Wolf. ad Hor. Sat. I, 1, 3. p. 11. Heindorf. ad Hor. Serm. I, 1, 105. et ad Cic. N. D. p. 141. Bothius ad Plaut. Asin. III, 1, 2. et Merc. prol. 10. idemque ad Ter. Andr. II, 1, 22. et III, 2, 38. Osann. Anal. Crit. p. 172. Schneid. Gr. Lat. II. p. 59. Weichert. de verss. Virg. et V. Flacci p. 60. Niebuhr. ad Cic. Oratt. Fragm. p. 57. et 110. Maius ad Cic. de Rep. p. 4. et 354. Iahn. ad Ovid. Met. XV, 727. et plures alii, quos in Diss. mea laudavi) Orellii Censor Ienensis, saepius dictus, hunc versum, quem iam Bothius et Osannus II. cc. eadem de causa coniecturis sollicitarunt, ita ut ille *navigiis*, hic *navigiūm* legendum suaderet, prorsus exulare iussit. Cui equidem assentiri non possum, quum mihi nondum persuasum sit, regulam illam a scriptoribus Propertio prioribus vere ubivis ita observatam esse, ut omnes loci ei adversantes statim corrigendi vel spurii censendi sint. Errat enim vir doctus, quum opinatur, aliis quibusdam locis recte a viris doctis emendatis aut reiectis, hunc solum Lucretii locum superesse, in quo regula illa vere negligatur. Ut enim non commemorarem alium Lucretii locum VI, 744. (ubi vid. annott.), restant etiam Ennii versus ab Apuleio J. p. 43. Bip. servatus, p. 157. Hessel. (*Brundusii*), Virg. Aen. III, 385. (*Ausonii*), Manil. II, 740. (*Dodecatemorii*) et alii fortasse, qui regulae illi non minus adversantur. Accedit ipse seriorum scriptorum ex aevo Augusteo usus. Vix enim intelligitur, quomodo hi scriptores, Propertius imprimis, qui minime novatorem se exhibuit, in illam licentiam incidissent, si ne unus quidem veterum auctorum illa soluta genitivi forma uti sibi indulsisset. Quare mihi consultius videtur sumere, hanc solutam 2. casus formam, fortasse ob ipsam illam causam, quam Nigidius Figulus apud Gellium XIII, 25. quodammodo innuit, scilicet ut secundus et quintus casus melius discernantur, Ennii iam temporibus in vitae communis usum introductam esse, ita ut scriptores quidem, cultioris orationis studiosi, veterem formam plerumque retinerent, interdum tamen etiam ad populi consuetudinem deflecterent; serius autem, quum usus ille magis magisque communis factus esset, scriptores quoque, singulis illis antiquiorum auctorum exemplis fretos, recentiorem genitivi formam saepius adhibuisse. — Cetera autem argumenta, quibus Censor Ienensis usus est, ut versum

expellendum esse nobis persuaderet, superfluum scilicet et languidum eum esse, nimisque artificiosum pro gravi Lucretii simplicitate, nisi ob illam causam versum iam spurium censisset, vix, puto, Vir doctus attulisset, quum ex ipsa loci natura et scribendi ratione, qua Lucretius utitur, parum praesidii habeant.“ Sic fere scripsi in Diss. mea l. c., nec quidquam eorum nunc quidem retractare possum.

1006. *dabat*] Poor. Brit. 2. Brix. *dabant*, Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *dedant*. — *mersat*] Ver. Ven. *mersast*; quare Wak. addit: „forte *mersans*, i. e. nunc copia rerum *mersans* dat leto membra. Conf. VI, 1174.“ Sed nihil propterea mutandum esse puto.

1007. *imprudentes*] sic solae Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quas tamen editores recte sequuntur; Vind. Brix. Ver. Ven. *prudenter*, ceteri omnes *prudentes*. Wak. demonstrat, quam facile in scriptura *Illi imprudentes* illud *i* absorberi potuerit littera praeaeunte.

1009. *pelleis*] Cant. *pelvis*, Pii Codd. quidam (non ipsa edit. Bon., quam Wak. affert,) *pelves*.

V. 1011. abest a Vind. Poor. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven.

1014. *alsia*] Poor. Brit. 1. Brix. Ald. 1. 2. Bon. *algida*, quod non mirum, quum vox *alsius* pro *alsiosus* nusquam alibi occurrat; licet apud Cic. ad Att. IV, 8. in. et ad Q. Fr. III, 1. med. *alsius* utpote comparativus participii *alsus* inveniatur. (Conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 179. not. 52.)

1015. *ferre*] „Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 3. [Brix.] Ver. [Ven. Ald. 1.] Bon. *ferri*; unde dubitare liceat, an aliam forte constructionem poeta vellet, *alsia* nimirum propter *frigus*: quod videtur tamen vix tolerabile, et minime audendum nobis.“ *Wak.* Utique hoc non tolerandum foret.

1018. *amicitiem* (sic enim typis exscribi volui) Wak. (quem Eichst. et Orell. sequuntur) restituit e Lugd. 1. Poor. Cant. Ver. Bon., a quibus non differunt Brix. Ven. et Ald. 1. Provocat Wak. ad Sosp. Charis. I. p. 94. et Lucretium ipsum, qui III, 59. usus sit voce *avarities*; cui loco adde V, 183. et 1046., ubi *notities* invenitur. (Conf. etiam Schneid. Gr. Lat. II. p. 483. s.) E contrario usu ad IV, 46. et 83. *effigia* pro *effigies* usurpatum vidimus. — *habentes*, i. e. habitantes, ut in Ennii fragm. apud Cic. ad Fam. VII, 6. (vid. Ennii Med. ed. Planck. p. 83 ss.) apud Varronem L. L. IV, 8. Plaut. Men. prol. 68. Bacch. I, 2, 6. Trin. I, 2, 156. et saepius.

1019. *Finitumei*] sic Wak. (Eichst. Orell.) cum Brit. 1. 3. Cant. et Iunt. (non Bon., quam Wak. laudat); Lugd.

1. 2. Bodl. Vind. Ver. Ven. *Finitim*, ceteri *Finitima*, ut vulgo editur.

1022. *misererier*] Ver. Ven. *mistrerier*, Vind. Poor. Cant. *miserier*. — *omni*] sic Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., quos sequitur Wak.; Iunt. *omneis*; reliqui *omnium*, quod vulg. editt. receperunt.

1023. *Nor*] Brit. 2. Ald. 1. Bon. *Nec*.

1024. *servabant*] Retinui vulgatam lectionem, a Vind. Brit. 1. 3. Iunt. et Ald. 2. exhibitam, quum librarii ad vocabulum collectivum pluralem facilius in singularem mutasse putandi sint, quam contra, inprimis si cogitamus, lineolam modo superscriptam fuisse omittendam. Wak. Eichst. Orell. cum reliquis libris ediderunt *servabat*.

1027 ss. Orellius comparat hunc locum cum Epicuri Epist. ad Herodotum §. 44. Schneid., ut appareat, „quam arte Lucretius in praeceptoris pedestri sermone reddendo expoliendoque versatus sit.“

1031. *Quom*] Brit. 2. *Quae*; non male, ut Wak. censet. — *monstrent*] sic solae Iunt. et Ald. 2., quas tamen cum vulgatis editt. sequutus sum, quum lineola superscripta facillime deleri potuerit. Wak. (Eichst. Orell.) cum plurimis sane libris *monstret*, quod tamen nescio quo apte referatur.

1032. *vim*] Lugd. 1. 2. Cant. *vis*; „haud deterius, si liceret etiam *suas* scribere. Vide II, 586. (587. nostrae edit.)“ *Wak.* Ceterum ut hic *abuti*, sic VI, 1135. simplex *uti* construitur cum quarto casu. (Conf. Sosip. Charis. V. p. 266. Diomedes I. p. 300. Sanctii Minerva III, 3. extr. et, qui hos cum pluribus exemplis laudat, Ruddim. Inst. Gr. II. p. 196. not. 58.) Eodem modo constructa vidimus verba *frui* (III, 953. IV, 1074. 1091.), *fungi* (III, 734. 802. 814. IV, 948.), *potiri* (II, 653. III, 1051. IV, 763.) et *vesci* (II, 1127., ad quos locos vide quae annotavimus). — *quod* Wak. restituit e plurimis libris; Brit. 3. *qui* (i. e. quomodo, ex interpretatione), Ald. 1. et Bon. *quam*, quod vulgares editt. receperunt. Recte autem Wak. docet, constructionem esse hanc: Quisquis sentit, quod possit *abuti* suam *vim*.

1034. *infensus*] Wak. e Vossii coniectura edidit *infestus*, quam comprobata censet Lugd. 1. 2. Vind. et Cant. corrupta lectione *infessus*, melius vero Iunt. et Ald. 2. auctoritate defendisset, in quibus utique *infestus* legitur; nam ex illis Codd. vestigiis in utramque partem disputari posse, quisque videt, inprimis quum Brix. quoque lectione *infensus* res in dubio relinquatur. Quare mihi (ut Eichstaedio et Orellio) vulgaris lectio, quam certe nonnulli libri Mss. et

editt. Ald. 1. Bon. diserte exhibent, alteri videbatur praefenda, quae nullius Cod. auctoritate nititur.

V. 1035. affertur a Nonio VI, 50., et ultima eius verba *scymnique leonum* laudat etiam Isidorus XII, 2. (p. 1116. Goth.)

1037. *Vix etiam quom*] sic Iunt., quam Gifan., Pareaus et recentiores editores inde ab Hav. sequuti sunt; vix differt Lugd. 2., *Vix tiam quom* suppeditas; Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Cant. Ver. Ven. *Vix iam quom* (omisso *et*), Ald. 1. Bon. *Vix iam etiam quom*, Brix. Ald. 2. *Vix iam quom ipsis*. Vulgo editur *Vix dum cum ipsis*. Lamb. coni. *Vix dum etiam cum sunt*, vel *Vix dum eis, cum sunt*, quibus coniecturis facile supersedemus. — *sunt dentes unguesque*] Brit. 2. *sint ungues dentesque*.

1038. *Alituum porro*] Vulgarem lectionem cū Eichst. et Orelli retinui, quam Wak., quum in Lugd. 2. Bodl. Vind. Cant. et Ver. (quibus adde Brix. et Ven.) invenisset *proporro*, mutavit in *Alitum proporro*, impense, ut dicit, laetatus ob huius loci tantum non certissimam restitutionem; quam tamen, quum aliud nullum in Lucretio inveniatur exemplum literae *m* ante aliam consonam elisae, probare non possum. Accedit Nonii auctoritas, qui II, 47. hunc versum cum sequente sine ulla varietate laudat.

1042. *Desipere*] Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *Desuper*.

1044. *non quisse*] Lugd. 2. *nequisse*; forte *nequisse*, ut Wak. arbitratur.

V. 1046. ss., qui vulgo sic leguntur: — — *notities est Utilitatis; et unde data est huic prima potestas, Quid vellet, facere, ut scirent, animoque viderent?* nos cum Wak., quem Eichst. quoque et Orell. sequuntur, paullo aliter edidimus. Sensus Wak. sic exponit: „Praeterea, unde quispiam nomina rerum sonitusque varios callere quiverit, nisi fuisset experientia edoctus? Unde ille solus omnium posset scire atque pervidere, quid sibi posceret communis hominum utilitas?“ *Utilitas omnes praebent libri, praeter Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; etiam vero Wak. recepit ex Ald. 1. et Bon., quod, per compendium scriptum et, in plurimis libris abiit in et, praeter Poor. Brit. 1. et Brix., qui habent atque. — sciret*] sic omnes libri, praeter Brit. 1. Ald. 1. Bon., *scirent* exhibentes. — *videret*] Brit. 2. Ald. 1. Bon. *viderent*, Lugd. 1. 2. *videre*.

1052. *Quid sit opus facto*] „Nequissimi bipedum editores [i. e. omnes inde a Lambino usque ad Wak.] *Quid facto esset opus* dederunt ex arbitrio, contra libros veteres universos.“ *Wak.*

1055. *est re*] Brit. 2. Brix. *esset*, et *re* abest etiam a Brit. 3. Ver. Ven., quasi voluissent: *quid in hoc m. t. esset*.

1057. *varias*] Bentleius coni. *variâ*, ad v. 1087. provocans, cui etiam v. 1043. et 1059. addere potuisset. Recte autem Wak. opponit: „Sed quid impedit, quominus poëta *ποικιλώτατος* dicendi formam mutet? Et re vera eodem reddit, sive quis *res varias* voce significet, an *varia voce* res: quum prorsus necessum sit utrolibet, ut inde diversa nomina proferantur.“

1060. *aut*] Brix. Ver. Ven. *atque*. — *et*] Poor. Brit. 1. 2. *aut*. — *iam*] Brit. 2. *nam*, Poor. Brit. 1. *sibi*.

1061. *etenim*] Vind. Brix. Ver. Ven. *enim*. — *licet in*] sic Wak. edidit cum omnibus libris suis, a quibus Lugd. 1. 2. haud dubie non differunt, qui collatoris modo socordia silentio praetermissi videntur; vulgo *id licet e*, ad arbitrium editorum.

1063. *fremunt*] sic editores cum Vind. (si collatori fides habenda) Ald. 1. Bon. Iunt., procul dubio rectissime; Nonius, qui hunc versum laudat III, 185., *tremunt*, reliqui libri *pre-munt*. Ceterum forma *rictum* praeter hunc locum et VI, 1194., non nisi apud Cic. Verr. IV, 43. occurrere videtur, quem locum Nonius l. c. simul cum nostro affert.

1064. *alio*] sic soli Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; ceteri omnes *alia*, quod Wak. verum arbitratur, ut antiquissimi *sonitus* in genere femin. adhibuerint. Sed hoc parum probabile videtur. — *rabies* Wak. edidit e Cant. Brit. 3. Ald. 1. Bon. Iunt.; ceteri *rabie*, ut vulgo. — *districta*] Lugd. 1. 2. Vind. Ver. Ven. *stricta*, Brit. 2. *et stricta*, Brit. 3. *si stricta*, Brix. Ald. 2. *distracta*. — *minatur*] ita Wak. cum Lugd. 2. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. Cant. et cunctis edit. vett. praeter Ald. 2., quae cum ceteris libris favet vulgatae *minantur*.

1067. *Aut*] Brit. 3. Ver. Ven. *At*, Poor. Brix. *Atque*. — *Lactant*] sic Wak. restituit ex omnibus libris praeter unam Ald. 2., quae iam vulgatam habet *iactant*. *Lactare* autem, a *lacio* deductum, aperte hic valet per ludum vellicare, palpare, et sequentibus accuratius explicatur. (Conf. etiam ad IV, 993., ubi Wak. idem verbum in contextum induxit, sed minus recte.) — *petentes*] retinui cum Orellio vulgatam lectionem, cui Wak. (et Eichst.) e Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 3. Cant. substituit *potentes*, quod sic interpretatur: „Quamvis sint *morsu potentes*, ex ore fortissimo, mollissimis tantummodo tenerorum dentium morsiunculis utuntur.“ Sed hoc artificiosius, et illud *morsu petentes* potius praecedenti *lactant pedibus* quasi interpretamentum additum esse videtur.

1069. Ultima verba huius versus *gannitu vocis adulant* Nonius bis affert, ita tamen ut altero loco I, 57. *adulat*, altero VI, 10. (ubi docet, *gannire* verbum proprium esse de canibus) *adulent* exhibeat. De verbo *gannitus* conf. etiam Festus s. v. *Gannitio* et Interpp. ad Ter. Adelph. IV, 2, 17., quos Wak. laudat.

V. 1070. ab eodem Nonio II, 95. commemoratur ob verbum illud *ὀνομασποποιητικόν* *baubari*, fortasse ab ipso Lucretio inventum, certe alibi non occurrens. Non mirum autem, hoc verbum in Codd. varie corruptum esse; nam Lugd. 1. 2. *busabantur*, Brit. 1. *aubantur*, Cant. *aubuantur* exhibent. Pro *deserti* nonnulli Pii Codd. Brit. 1. 2. Brix. habent *desertis*, Cant. *desertibus*.

1074. *Pinnigeri saevit*] Cant. *Pinigeris aevit*, unde in Vind. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. factum *Pinnigeris acuit*, Brit. 1. *Pinnigeris init*, Poor. *Pinnigeris hinnit*. Omnes vero libri consentiunt in scriptura *pinniger*, ut non minori consensu supra ad v. 737. *pennatus* praebebant.

Vss. 1075. et 1076. Wak. ex ingenio, ut dicit, transposuit, postea vero intellexit, in Iuntina (cui etiam Ald. 2. addere potuisset,) iam sic factum esse. Recte autem ab Eichst. et Orellio desertus est, quum in ordine versuum, quem omnes libri Mss. et antiquiores editt. tumentur, nihil sit, in quo offendere possimus. Pro *Et quom sic*, quod Wak. ex omnibus libris restituit, vulgo legitur *Ac quom sis*, ex editorum arbitrio.

1077. *variaeque*] Ver. Ven. *variatque*, literis *c* et *t*, ut saepius, commutatis. „Cogitare poterat de *variae atque*; sed illud probabilius.“ *Wak.*

1078. *ossifragae*] Vind. Ver. Ven. *ossifrangae*, Brit. 1. *ossifragi*. (De ave ipsa conf. Plin. H. N. XXX, 20. et Isid. Orig. XII, 7.)

1079. *in salso*] sic omnes libri, quos Wak. sequutus est. Vulgo *in salsis*, ex editorum ingenio; quod Bentleium quoque probasse, pro *marinis* conicientem *marini*, iure Wak. miratur, locum sic interpretans: „Ossifragae mergeique, *quae sunt* marinis fluctibus.“ Fortasse vero etiam locus per pleonasmum illum potest explicari, quem iam ad II, 1. et V, 508. a Lucretio vidimus adhibitum.

1081. „*certant*] Lugd. 2. *cernant*; eleganter, et accepissem, nisi posceret aliam mutationem, *repugnent* utique.“ *Wak.* — *praeda*] Ald. 1. Bon. *praedae*, Lugd. 1. 2. *praedata*.

1083. *cornicum secla*] sic Lugd. 1. 2. Ald. 1. Bon. Iunt., quibus cum Wak. et Eichst. obtemperavimus; vulgo *cornicum ut secla*, quod, si fas est collatoribus credere, conspicitur in Bodl. et Vind.; ceteri libri *cornicum et secla*, ut Orell. edidit.



1086. *variei*] Lugd. 1. 2. Brix. *variis*, Bodl. Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *varios*, Brit. 2. *vario*.

1087. *Muta*] sic soli Vind. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; ceteri libri omnes *Multa*, mendose.

1091. *terras*] Per errorem modo haec vulgaris lectio in contextu servata est, cui Wak. ex omnibus libris substituit singularem *terram*.

1092. *inde*] Poor. *unde*. — *diditur*] vett. editt. praeter Iunt. et Ald. 2. *deditur*. Bentl. conii. *diditus*, citra necessitatem.

1093. *incita*] Hanc vulgatam lectionem, quam cum Eichst. et Orellio retinui, non solum locus simillimus VI, 428., sed etiam Nonii auctoritas, qui vv. 1093. et 1094. affert X, 12., et editt. Iunt. et Ald. 2. tuentur. Wak. e ceteris libris omnibus edidit *insita*, quod ab hoc loco alienum videtur, in quo de origine et suscitatione flammaram sermo est. Locos autem a Wak. collatos, I, 901. (900. nostrae edit.) et IV, 331., prorsus diversi generis esse, quisque videt. Ceterum de verbo *fulgère* tertiae coniug., quod redit apud nostrum VI, 160. 165. 174. 214. et 218., praeter Nonii l. l. conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 277. not. 67. (Conf. etiam II, 41. *fervere* [de quo vid. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 219. not. 80.] VI, 149. *stridère* etc., et vide notam ad III, 22.)

1094. Wak. conii. *roravit* pro *donavit*, sine causa.

1095. *Et*] Lugd. 1. 2. Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Ut*, quod quum Wak. dicit „editorum genti placuisse, sine rationibus idoneis ceterorum librorum auctoritatem posthabenti,“ errat vir doctiss., siquidem omnes editt. inde a Iuntina utique *Et* exhibent.

1101. *vapore*] Bodl. Poor. Brit. 2. 3. Cant. et omnes editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. *vaporem*, quare Wak. suspicatur, Lucretium scripsisse *flammae molire vaporem*, “ i. e. aggredi et tractare vaporem flammae ad hanc ipsam rem perficiendam, ad cibos coquendos scilicet; “ quod nemo facile probabit.

1104. *invictum*] sic coniunctim Brix. Ver. Ven. et alii fortasse libri, quod recepimus, ab Orellii Censore Ienensi admoniti, qui vocem *invictus*, licet ἄπαξ λεγόμενον sit, interpretatur: victus, qui proprie victus dici nequit, βίος ἄβιος, et comparat cum *incultus*, quo Sallustius primus usus sit (Cat. 55. Iug. 2.). Vind. Brit. 3. Ald. 2. *hi victum*, quae vulgaris lectio facta, Ald. 1. Bon. Iunt. et *victum*, ceteri libri in *victum*, ut ediderunt Hav. Wak. Eichst. Et Wak. quidem haec adscripsit, satis mira: „*Commutare in victum* dictum est, exemplo locutionis perquam notabili, pro *commutare*

*victum*, vel *in victu*, vel *mutationes importare in victum*. Hav. affirmat, phrasin esse elegantem; nec dubitem sane, quum Lucretius posuerit; sed exemplum desidero gemellum, nec habeo equidem ad manus. " Orell., qui haec omnia „inepta et ridicula“ censet, proponit coniecturam *incultum*, qua tamen et ipsa non opus videtur.

1105. *igni*] Ald. 1. Bon. *acri*, ad *Ingenio* relatum.

1107. *coeperunt*] Ald. 1. Bon. *Iunt. coeperunt tum*.

1109. *divisere atque dedere*] Vind. *diviseratque debere*, Ver. Ven. *diviserantque debere*, Brix. *diviserant atque dedere*, Pii Codd. et Cant. *divisim* (vel *diversim*?) *ut quisque haberet*, quae tamen merae corruptiones videntur receptae lectionis.

1113. *demsit*] Bodl. Brit. 2. Ver. Ven. *depressit*, quem errorem Wak. censet fluxisse ex compendio *dēpsit*; ipse enim, ut Hav. et vett. editt., scribit *dempsit*.

1116. *gubernat*] ita Wak. (Eichst. Orell.) cum Bodl. Poor. Brit. 1. 2. Cant. et cunctis editt. vett.; vulgo *gubernet*.

1119. *At*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Ad*, perperam. — *se abest* a Brit. 2. Ver. Ven. Ald. 1. et Bon. Apud Hav. et in vulg. editt. hic versus, contra libros, sic legitur: *At claros se homines voluere esse, atque potentes*.

1121. *placidam*] Vind. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *placida*. — *possent*] Cant. *possint*, Vind. Brix. Ver. Ven. *possunt*. — *degere*] Bodl. Brix. Ver. Ven. *ducere*.

1122. *succedere*] Wak. cum Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *subcedere*.

1123. *Certantes, iter*] Vind. Brit. 2. 3. Cant. Ver. Ven. *Certantesque inter*, Brit. 1. Brix. *Certantesque iter*. Brit. 2. 3. *inserunt se post iter*. — *viai*] Vind. *via*. Formula *iter viae* iam adfuit II, 627.

1124. *fulmen*] Brit. 1. *fulmine*, Brit. 2. *flumen*. — *deicit*] Bodl. *dicit*, Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *deicit*, quod Wak. verum putat, omnem versum a Lucretio elegantius sic scriptum esse ratus: *Et tamen e summo, quasi fulmine, deicit actos Invidia* etc.

1125. *Invidia*] Vind. Brit. 2. 3. Ver. Ven. *Invia*, Bodl. Brit. 1. Brix. *Invia et*. — *contemtim*] Ver. Ven. *contemptum*, Cant. *contemptus*.

1127. „*imperio res*] Lugd. 1. 2. *inferiores*; neque ausus essem vetustissimos Codd. respuere, nisi et alii optimae notae receptam lectionem exhibuissent, et Virgilius tueretur Aen. VI, 852. " *Wak.*

1128. *sine*] sic Hav. et Wak. cum Ald. 1. 2. Bon. Iunt. aliisque libris; Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *si de*, Lugd. 2. *fidei*, Brit. 1. *si*; vulgo *sive*. — *incassum*] Cant. *in cassu*. Ordinem verborum: „Proinde sine, (ut) sanguine sudent, incassum defessi“ interpunctione satis indicatum puto. Formula *incassum* vero iam adfuit II, 1060. et 1166. (ubi vid. annott.), reditque infra v. 1429.; et *sanguine sudare* est dictio Enniana, p. 228. Hess., quam Virgilius quoque, Livius aliique receperunt.

V. 1130. et sequentem Creech. et Bentl. spurios censuerunt, sed sine idonea causa; quare recte Wak. eos defendit, quos tamen affirmat post v. 1125. positos magis sibi placituros esse. — *altis - edita*, i. e. in altis locis exposita, vel prominentia, ut Wak. explicat, qui hanc lectionem primus ex omnibus libris restituit pro vulgari *aliis - edita*.

1134. *neq*] Wak. cum Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et vet. edit. *neque*; Brit. 2. *aut*.

1137. *praeclarum*] Ver. Ven. *sic clarum*, (Brit. 2. *si clarum*), quam lectionem Wak. non malam censet.

1138. *lugebat*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *lucebat*; et v. 1139. Brit. 2. *pedibus pro cupide*.

1140. *Res itaque*] Vind. *Restaque*, Brit. 2. *Resteque*, Brit. 3. *Restatque*, Brit. 1. *Res tanquam*. — *redibat*] Retinui cum Orellio vulgatam lectionem, quam praebent Brit. 2. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; sed Lugd. 2. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *recidat*, Lugd. 1. *recidit*, unde Wak. fecit *residit*, quod per retro sidit, redit, revertitur explicat. Recte autem Orell. opponit, praesenti hic non esse locum.

1141. *sibi quom*] Lugd. 2. *si cum*, quare Vossius proposuit conii. *siccum*, i. e. non cruentum (imperium), quae Wakefieldo iure ridicula videtur. — *summatum*] Lugd. 1. *summa tum*, Cant. *summa cum*. „Tentare poterat: *Imp. sibi quom*, ac *summam quom*, quisque p.: egomet tamen *summatum* retinuerim, quamvis non alibi videatur hoc vocabulum extare; nam huiuscemodi seges ampla est dictionum in Lucetio.“ *Wak.*

1144. *vi colere*] sic (ut v. 1149.) Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quos editores sequenti sunt; at Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *vincere*, Brit. 1. *vigescere*, Lugd. 2. *vigere*, quare Vossius conii. *vi gerere*, quod quamvis Wak. admodum probabile censeat, ipse tamen non reticet coniecturam *vim terere* vel *vi terere*, longe minus speciosam. Vulgaris tamen v. 1149. defenditur.

1146. *arcta*] Wak. cum Vind. Cant. *arta*, Brit. 3. *atra*.

1150. *Inde* Wak. restituit ex omnibus fere libris; vulgo *Unde*, ut Vind. Iunt. Ald. 2.

1152. *revortit*] Eandem formam Nonius, a Wak. laudatus, affert VII, 68. Nos, hanc antiquiorem scribendi rationem retinentes, *vortere* et composita ubique cum *o* typis exscribi iussimus, qua de re alibi dictum.

1155. *humanum*] Omni iusta causa destitutus, Wak. scripsit *humanum*, quod pro humanorum vult positum, comparans III, 80. Sed quidni *genus divom* et *genus humanum* sibi respondere possint? Iure igitur Wakefieldum ab Eichst. et Orellio desertum puto.

1158. *protraxe*] sic (Bentleio suadente) Wak. edidit e Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 2. et Ver. (quibus accedunt Ven. Iunt. Ald. 2.), collatis locis nostri I, 410. IV, 1185. V, 1387. et Valer. Max. III, 8, 6. IV, 7, 7. Cant. *protaxe*, Brit. 1. Brix. (et inde haud dubie margo Veron. pro var. lect.) *protrasse*, Ald. 1. Bon. *prograxe*, unde Lamb. fecit vulgarem lectionem *procraxe*, a  $\rho\alpha\zeta\omega$  derivatam; Brit. 3. *fortasse*.

1159. „*Diu* exulat Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Ver. [quibus adde Ven. et haud dubie etiam Brix., nam Gerard. hunc versum omnino neglexit.] — *peccata*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. Cant. et *peccata*, Brit. 3. *etiam peccata*, [Ver. Ven. et *pictam*]. Hae sane dissimilitudines non possunt non movere suspiciones de loci sinceritate, quamvis omnia videantur in portu navigare.“ *Wak.*

1161. *Pervolgarit*] Brit. 2. *Pervulgavit*, Ver. Ven. *Pervulgant*. — *ararum*] Vind. *anarum*, Brix. *arnarum*, Ver. Ven. *ranarum*. — *urbeis*] Vind. Poor. Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *orbis*.

1162. *curarit*] Brit. 2. *curavit*, Brit. 1. *curant*, Cant. *curam*.

1163. *sacra* abest a Lugd. 2. Ald. 1. Bon. — *rebus*] Ald. 1. Bon. *rebusque*. Poor. et Brit. 1. exhibent *Quae in magnis florent nunc rebus sacra locisque*. Ceterum in voce *sacra*, duobus versibus se excipientibus varia quantitate his posita, offendentes, Faber. et Bentl. hunc versum spurium iudicarunt, Orellius vero, leniori certe medicina usus, pro *sacra* coniecturam Censor Ienensis recte superfluum dicit.

1172. *movere*] Cant. *videre*. Wak. quaerit: „An pro *vigere*, quod leviter deflexum sit a sincera Lucretii scriptura *vegere*; cuius proinde vulgatum *movere* interpretamentum fuerit? Vide Nonium II, 876.“ Quae mihi altius repetita videntur, quam quae probari possint.

1176. *Et tamen omnino, quod*] Hanc omnium librorum lectionem, a se restitutam, Wak. sic explicat: „Et tamen, vel ob rationem solam, quae sequitur, illis aeternam vitam facile tribuerent; ne confugiam ad praecedentem causam.“ Conf. supra v. 1095. et 1124. Vulgo, tamen ex editorum arbitrio: (*Et manet omnino*) *et quod* etc.

1177. *ulla vi*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 3. Ver. Ven. *illa vi*, Poor. Cant. *illabi*.

1183. „*varia*] Vind. Brit. 1. [Brix.] *varias*, Ver. [Ven.] *vario*. — *annorum*] Brit. 1. [Brix.] *anni*. Unde sic tentes licet: *ordine certo, Et varias anni, cernebant tempore vorti*: i. e. suo quamque tempore.“ *Wak.*

1188. *nox — videtur*] sic Wak. ex omnibus libris restituit; (nam Brit. 2. *mox* aperta est verae lectionis corruptio). Vulgo *sol — videntur*, ex editorum arbitrio, „quas lectiones, ut Wak. inquit, socordia Vind. collatoris propagavit.“

1189. *severa*] Brit. 2. *serena*, ut I, 143. II, 149. 1100. IV, 213.; quod Lambino, Gassendo aliisque placuit. Sed librorum auctoritas non temere vilipendenda, quum *severa*, i. e. cum horrore quodam veneranda, et ipsum bonum sensum praebeat, de quo vid. Turneb. Advv. XXX, 22. et Casaub. ad Athen. XI, 5. fin. p. 790., quos iam Hav. laudat.

1191. *sol*] sic omnes libri veteres, quos Wak. iure sequutus est; vulgares editores, quia iam v. 1188. *solem* posuerant, hic eodem arbitrio ducti, *ros* in textum intulerunt. — *imbres*] una Bon. *imber*. — *fulmina*] Lugd. 1. 2. Brit. 2. Ver. Ven. *flumina*, quare Wak. coni. *venti flamina*, ut I, 291. Sed voces *fulmen* et *flumen* sexcentis in locis confunduntur (vid. ad I, 490. 1002. V, 674. etc.), et mirum esset, si Lucretius in hac enumeratione fulmina non commemorasset.

1194. *adiunxit*] Brit. 2. *coniunxit*, quare Wak. coniecit *quom iunxit*.

1197. *ulla est, velatum*] ita Ald. 1. Bon. Iunt., quas editores sequuntur; ceteri libri omnes *ulla velatum est*, quod legibus metricis adversatur, nisi quis *ullà* pro *ulla* ratione dictum putet, quod tamen vereor ut fieri possit. Wak. non minus quam tres coniecturas proponit *N. p. ulli velatum*, *N. p. ulli velato*, (ut ambiguitas evitetur, quum *velatum* et hominem et lapidem respicere possit) et *N. p. ulla est laevatum* etc. Vulgatam vero et Lactantii auctoritas tuetur, qui Inst. II, 3. huius loci vv. 1197 — 1201. attulit. Quod rem ipsam attinet, Lamb. et Wak. laudant Prut. Amph. I, 1, 101. V, 1, 42. Liv. I, 32. §. 6. Virg. Aen. II, 249. III, 405.

545. XII, 120. Iuv. VI, 301. aliosque locos, et quoad *lapidem* hic commemoratum, Tibull. I, 1, 11.

1199. „*Nec*] Lactantius *Et*. Parum interest; sed receptum videtur doctius.“ *Wak.*

1200. *neque* *Wak.* e coni. dedit pro vulgari *nec*; „de constantissimo, ut inquit, Lucretii more ante vocalem, si in contigua clausula *nec* semel ponatur, atque potissimum si bis, ut in hoc loco factum.“

1202. *mage*] *Cant. magis*. — *placata*] sic *Wak.* e plurimis libris restituit; vulgo *pacata*, ut *Vind.* (si collatori fides habenda) et *Iunt.*

1205. *viarum*] *Brit.* 1. *meatus*, ex glossa.

1206. *pectore*] *Servavi* cum *Orellio* vulgatam lectionem. *Wak.*: (et *Eichst.*) e *Lugd.* 1. 2. *Brit.* 3. *Cant.* *Ver.* *Ven.* recepit *pectora*, quod satis artificiose sic explicat: „*contra* *pectora* expergefatum et excitatum. Vel satius fortasse fuerit cum *erigere* voces in *pectora* consociare; ut translatio sit a serpente iracundo, atque impetum meditante.“

1208. *Ne quae*] sic *Wak.* cum plurimis libris; „verissime, ut *Orell.* censet, in eiusmodi dubitatione cum pavore mixta.“ *Brit.* 3. *Nec quae*, *Ald.* 1. *Bon.* *Et quae*, *Pii Codd.* *Iunt.* et *Ald.* 2. *Ecquae*, quod vulg. editt. et *Eichst.* receperunt. — *nobis* *Graecorum* more eleganter adiectum, ut supra v. 261. *tibi*. Male igitur et fere ridicule *Faber* coni. *endo polis*, i. e. in coelis.

1211. *Ecquaenam*, et v. 1212. *ecquae*] ita vulg. editt. *Eichst.* et *Orell.* cum optimis libris. *Wak.* e *Vind.* *Poor.* *Brit.* 1. 2. 3. *Cant.* et *vett.* editt. praeter *Iunt.* et *Ald.* 2. hic etiam *Et quaenam* — *et quae*, et pro *etiam* posito.

1213. *Et taciti*] *Brit.* 2. *Ald.* 1. *Bon.* *Et tanti*, quod vulg. editt. placuit, sed „si primo intuitu planius fortasse videatur, correctorem sapit,“ ut *Wak.* censet, qui plurimorum librorum lectionem revocavit, sed parum probabiliter *motus* scribit, sic explicans: *vel taciti motus*; qui nempe, licet non cadat in observationem sensuum, necesse conterat atque labefactet tamen.“ *Bentl.* pro *Et taciti* coni. *Solliciti*; *Faber* omnem versus sic legendum arbitratur: *Hunc tanti motus possint sufferre laborem.*

V. 1215. iam adfuit I, 1003., et v. 1216. supra huius ipsius libri v. 380., ita ut hi versus, in quibus offendit etiam vox *aevi* repetita, utique in aliquam suspicionem incurrere videantur, quamvis ab omnibus libris agnoscantur.

1219. *Fulm. is*] *Vind.* *Poor.* *Brit.* 1. 2. 3. *Cant.* *Ver.* *Ven.* (quas *Gerard.* tacet, ideoque fortasse etiam *Brix.*) *Fulmine*,

quare Wak. confidenter pronuntiat, Lucretium scripsisse *Fulminea — plaga*.

1220. *Contremit — murmura*] Brit. 2. *Conterrit — nubi*, mendose.

1221. *Non*] Brit. 2. *Nam*; „nec absurde,“ ut Wak. censet. Vulgaris tamen longe significantior.

1222. *Corripiunt*] Brix. *Corripuit*, quidam Pii Codd. *Correpunt*. — *perculsei*] sic Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 2. Iunt. Ald. 2., quos Wak. cum reliquis editoribus sequutus est; nos remittens ad I, 13. Heins. ad Virg. Aen. I, 513. et Oudend. ad Lucan. I, 437.; ceteri libri *percussi*.

1223. *Ne — admissum*] Poor. *Nec — omissum*.

1224. *Poenarum — solvundi tempus*] Plura exempla, ubi gerundia in *di* genitivum pluralis pro accusativo admittunt, collecta videas a Ruddim. Inst. Gr. II. p. 245. — *adactum* vulgaris est lectio, a plurimis libris suppeditata, in qua nescio cur recentiores editores offenderint. Wak. enim (quem Eichst. sequitur) e solo Cant. (cui tamen Ver. et Ven. addere potuisset,) edidit *ad auctum*, i. e. „ad plenam maturitatem suam perductum;“ Orell. vero e Brix. *ad actum*, haec adiiciens: „intellige *forensem*, qui communiter dicitur *actus rerum*, saepe de iudiciis exercendis, v. c. Suet. Ner. c. 17.; *ad* autem tempus denotat propinquum.“ Recte vero Orellii Censor Ien., qui et ipse vulgatam defendit, quaerit, quid hic, ubi de *poenis divinis* sermo sit, sibi velit *actus forensis*?

1225. *Summa*] sic Ald. 1. 2. Bon. Iunt. Brit. 3. et, si Havercampi silentio fidendum, Lugd. 1. 2. Bodl.; nec video, cur Orellius hoc epitheton *ambiguum* dicat, etsi *otiosum* esse concedam, quae tamen causa non sufficit, ut corrigatur. Wak. e Vind. Poor. Brit. 1. 2. Cant. Ver. Ven. (quibuscum Brix. conspirare videtur, *Summem*. exhibens) edidit *Summe*, cum *violenti* constructum, quemadmodum IV, 255. *summe celeri*; quod, quamvis duriusculum censeat, Orell. etiam post Eichst. recepit. Amicus quidam Orellii coniecit *Sume*, collato III, 371.; parum feliciter.

1226. *classis*] Iunt. *classi*, Brit. 2. 3. Brix. *clausis*. — *aequora*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *aethera*. — *verrit*] Cant., a secunda manu, Ver. Ven. *vertit*, perperam. (Vid. supra ad v. 267.)

1228. *adit ac*] Vind. *adit*, Ver. Ven. *adyta*, Brix. *adita*, Brit. 1. 2. 3. *addita*. — De forma *quaesere* praeter Festum s. v. Quaeso et Phocam art. gramm. p. 1718. P., quos Wak. affert, conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 269. not. 24., et qui hic laudantur.

1229. *Ventorum*] „Poor. Brit. 1. *Aurarum*; quod vero simillimum arbitror, quum noster varietatem phraseos opere maximo sectari soleat. Obstat tamen aliquantulum Arnob. I. p. 2. *Num quid suas animas exspiraverunt venti?* quae sunt impendio venusta.“ *Wak.* — De voce *paces* in plurali posita conf. Nonius II, 621. et Ruddim. Inst. Gr. I. p. 147. not. 37.

1231. *ad vada leti*] Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *aqua daleti*, quidam Pii Codd. *ad vada lethae*; Heinsius ad Anthol. Lat. Burm. IV, 13, 21. coni. *ad vada Lethae*.

1233. *Obterit*] Poor. Brit. 1. *Opterit*, Lugd. 2. *Operit*.

1235. *sub*] Vind. *sui*, Brit. 3. *sin.* „An pro *sis*? quærit *Wak.* Nempe *sis pedibus*, pro *suis radicibus*; ut *pedes montis* alii: quod elegantissimum fuisset.“ Mihi secus videtur.

1236. *dubiaeque*] Bentl. legi iubet *dubiaeve*. *Wak.* annotat: „Sic locus est integer concipiendus: Et urbes (aliae) concussae cadunt, et (aliae) dubiae minantur; vel: Eadem urbs ex parte concidit, ex parte casum minitatur. [Prior ratio mihi praeferenda videtur.] Lucretii mentem Arnob. I. p. 4. sic repraesentat: Terrarum validissimis motibus tremefactae, nutant usque ad periculum civitates.“

1239. *gubernent*] Brit. 1. 2. *gubernant*.

1240. *aes atque*] Vind. *atque*, Lugd. 1.2. Poor. Brit. 1.2. Brix. Ver. Ven. *aeque*, Brit. 3. Cant. *eque*. Ceterum locum sequentem respexit Servius ad Virg. Aen. XII, 87.

1243. *seu*] Eichst. solus *ceu*, quod Hav. affert utpote margini edit. Veron. adscriptum. Orell. comparari iubet supra v. 1091 ss., vulgatam satis defendentes.

1251. *ex* *Wak.* e Brit. 2. recepit pro vulgari *e*, „quum praepositionem plenam Lucretius deamet ac frequentet.“

1252. *Horribili sonitu*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *Horribilis sonitus*. — *altis*] Ald. 1. Bon. *altas*.

1253. *Ab radicibus*] sic Bodl. (si Hav. vere tacet) Brit. 3. Iunt. Ald. 2.; quos editores recte sequuti videntur. (Conf. ad IV, 220. 245. V, 123. 150. etc. *Wak.* hic comparat Virg. Geo. I, 20. II, 17. Aen. XII, 787.) Ceteri libri *A radicibus*.

1257. *in terras*, i. e. super terras, vel, ut Orell. explicat, „adversus terras, terris iuxta metalla positis.“ Sic autem *Wak.* cum omnibus libris pro vulgari *in terris*, quod ex editorum ingenio fluxit. (Conf. ad I, 389.)

1258. *captei*] Lugd. 1.2. Poor. Brit. 1. 2. Brix. *capiti*. — *levi*] Brit. 2. *leni*.

1259. *videbant*] Vind. Brit. 3. Cant. *videbat*, Ver. Ven. *videbunt*.



1261. *calore*] Retinui cum Orellio vulgatam lectionem, et omnium fere librorum auctoritate, et sensu suo satis defensam. Ald. 1. Bon. *favore*, unde Pii temporibus quidam viri docti fecerunt *vapore*, quod Wak. paullo cupidius recepit.

1264. *procudendo*] Brit. 2. *producendo*. (Vid. ad IV, 247. 281. et V, 848.)

1265. *et caedere*] sic Wak. cum plurimis libris; vulgo *excidere*, ut Poor. Brit. 1. 2. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

1266. Ut hunc versum cum Wak. et Eichst. edidimus, sic in plerisque libris legitur, hac tantum cum varietate: *Materiem*] Brit. 2. *Materiam*. — *dolare*] Vind. *dolarent* (quod Wak. corruptum habet e *dolañ et*, Cod. Cant. scriptura) Brit. 2. 3. *dolaret*, Ver. Ven. *delere*. — *levare ac*] Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 1. Cant. *levare et*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *ac laevia*; (quare Lamb. conii. *ac laevia reddere tigna*, Wak. vero *ac laevia reddere ligna*, utrumque praeter necessitatem). — *tigna*] Ver. Ven. *signa*. Vulgaris lectio, a Lamb. profecta, et ab Orellio servata, sic se habet: *Materiem laevare, dolare ac radere tigna*; quae sane amplectenda erit non credenti, Lucretium primam syllabam verbi *lêvare* (alias *laevare*) hic aliquando corripuisse; nam in eo certe Orellio assentiendum puto, Wakefieldum errasse, putantem, verbum *lêvare*, nude positum, hic sensum habere „frondium expoliandorum atque ramorum superfluatorum;“ nam Virgilii locus, quem affert, Geo. II, 400., in quo *fronde* adiectum est, utique huc non quadrat.

1271. *poterant*, scil. et auri et argenti potestas, duae igitur potestates. Sic autem Wak. restituit ex optimis libris, quem Orell. sequitur; vulgo *poterat*, ut Bodl. Brit. 1. 2., quod Eichst. retinuit.

1272. „*Nam* in hoc loco potestatem habet exquisitiorum, transitioni orationis solummodo inservientem: vide sis dicta ad III, 7. [ubi Wak. errare videtur], et Priscian. XVIII. p. 1170.“ *Wak.*

1273. *retusum*] Ver. Ven. *recusum*, Cant. *recussum*.

1275. *volvunda*] Vind. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *volvendo*, mendose. (Redi ad huius libri v. 515.)

1277. *e contemtibus*] Lugd. 1. 2. Brit. 2. 3. Ver. Ven. praepositionem omittunt, et Cant. *iam* substituit, quare Wak. arbitratur, „coniecturale esse supplementum doctorum, sed necessarium tamen, ex v. 831. supra transvectum.“

1278. *reperitum*] Wak. conii. *refertum*, quia „non de novis inventis poëta loquatur, sed de honoribus notarum re-

rum commutatis, et ex desuetudine in aestimationem vicissim venientium;“ quae argutiora quam veriora esse puto.

1279. *miro*] sic Brit. 2., quem, Wak. suadente, sequutus sum, ut *miro honore ad floret* referatur; ceteri libri *miro est*, ut vulgo. — *honore*] Vind. Brit. 2. *honores*, unde Wak. fecit *honore est*.

1281. „Sic mallet dedisset noster: — — *natura reperia, Sic facile est* —: neque aliter scriptum offendi postea in Poor. Sed nihil ausus sum novare; nam recepta videri possint simpliciora, atque adeo Lucretium penitius respicere.“ *Wak.* — *ipsi*] Ald. 1. Bon. *ipsum*.

1283. *sylvarum*] Poor. Brit. 2. *lignorum*.

1284. *Et flamma atque*] sic Wak. cum Lugd. 2. Vind. Cant. Ald. 1. Bon. Iunt.; Brix. *Efflammantque*, Ver. Ven. *Efflaminant*, Poor. *Et flammam*, Brit. 1. *Et flammati*, Brit. 2. *Et flamina atque*; vulgo *Et flammae atque*. Bentl. coni. *At flammae*, imo omnem versum delendum censet, utrumque sine causa idonea.

1285. „*ferris vis*, βίη σιδήρου, ut supra v. 1241. *potestas plumbi*. Aliter Virg. Geo. 1, 143. *ferris rigor*, et Aen. VII, 609. *ferris robora*, quae sunt nihilominus formulae consimiles et Graeco more fabricatae.“ *Wak.* (Conf. etiam ad III, 7.)

1288. Lamb. iam docet, nostrum hic imitatum esse Hesiodum Opp. et Dd. 150.

1289. *vasta*] Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *fasta*, Poor. *fesa*, Brit. 1. *fasta*. „An *feda*?“ quaerit Wak.; quod non crediderim. — Bentl. coni. *luctus et funera*, quemadmodum Virg. Aen. X, 755., inprimis quum noster etiam VI, 1224. dicat *funera vasta*. Ipse tamen, ut Wak. dicit, pro vulgatis agens, apposite provocat ad Eurip. Ion. 60. (πολέμιος κλύδων), sicut etiam meminit Lucretii ipsius V, 1434. (*belli aestus*); et Orell. citat Huschkii Anal. crit. p. 201., ubi ex Victorii Varr. Lectt. XXXVII, 7. laudatur Theopompus, qui, teste Plutarcho, dixerat *θεῦμα καὶ κλύδωνα πολέμου*.

Vss. 1292. et 1293. Macrobius affert VI, 1. (p. 161. Bip.) cum Virg. Aen. VII, 636. et Geo. I, 508. comparatos; et ita quidem, ut pro vulgari omnium librorum lectione in opprobrium exhibeat in obscenum, quod Wak., Bentleio suasore, recepit, Eichst. et Orell. servarunt. Iunt. habet *obscurum*, quod e Macrobianae lectione correctum, vel potius corruptum puto. Recte enim Wak. annotasse videtur: „Poëta dicit, falcem ahenam, ut instrumentum militare, in desuetudinem abiisse, ad usus magicos conversam. Hinc pendet Hor. Epod. V, 98., ubi *obscenae anus* sunt *veneficae*, ut Ascensius pulchre intellexit.“ Ceterum Wak. Eichst. et Orell. scribunt *obsce-*

*nus*, nos cum cel. Beiero ad Cic. Off. I, 29. (Tom. I. p. 226.) *obscoenus*, quod magis convenit etymologiae.

1295. *creperi*] Brit. 1. *dubii*, e glossa; nam et Festus sub. h. v. et Nonius, qui I, 45. versum nostrum cum aliis exemplis affert, *creperus* per *dubius* interpretatur.

1296. *armatum*] sic Hav. et Wak. cum omnibus libris nobis cognitis. „Lamb. e Codd. scriptis, ut dicit, *repper-tum*; quem errorem Vindob. editoris supinitas propagavit,“ *Wak.*; et sane Lambino de Codd. allatis non semper fides habenda. Tamen *repper-tum* vulgaris lectio facta.

1297. „*vigere*] vetera Pii exemplaria *viere*, quae dictio nihil ad huiusce loci scopum facit. Vide Nonium II, 925.“ *Wak.* Iunt. habet *ciere*, e coniectura.

1299. *biugom*] sic Wak. edidit e coniectura, quum omnes fere libri *biugo* exhibeant, quod, licet vulgata sit lectio, bonae loci structurae refragetur. Eichst. autem et Orell. recte Wakefieldum sequuti sunt; nam sane in haud paucis Lucretii locis obsoleta illa terminatio *om* in *o* mutata videtur. (Conf. ad I, 381. 661. 834. II, 846. 937. 1094. III, 392. etc.) Brit. 2. *biugem*; Faber. con. *biugos*, (probantibus Creechio et Bentleio,) quae tamen scriptura haud facile in omnibus libris mutata fuisset.

1300. *armatum*] Vetera Pii exemplaria *inventum*, quod cum Iunt. et Ald. 2. vulgares editt. receperunt. Wak. vero recte librorum fide digniorum lectionem restituit. — *ascendere*] I. F. Gronov. ad Liv. II, 28. §. 6. maluit *escendere*, sine causa.

1301. *Lucas turrito*] Vind. Brit. 1. 2. Brix. Ver. Ven. *castarrito*, Ald. 1. Bon. *Lucas aurito*. — „*boves Lucas*. Scilicet *elephantes* hoc nomine donati sunt Romanis, qui maius animal *bove* non ante viderant, quia in *Lucania* bellua haec primum sit iis conspecta. — Vide Hessel. [vel potius Columna] ad Ennium p. 305. Senec. Hippol. 352. Isidor. Orig. XII, 2. Plin. H. N. VIII, 6. [ubi vid. Salmas. p. 218.] interpp. ad Veget. de re mil. III, 24. Solin. c. 25. fin. et Lucil. apud Nonium IV, 349.“ *Wak.* Adde Varronem de L. L. VI. p. 89. Bip. Lucan. IX, 572. Auson. Epist. XV, 12. aliosque.

1302. *Anguimanos*] Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Anguimanus*, Brit. 1. *Ignivomis*, et pro var. lect. *Ignaros*. Respexit hunc locum Lactant. de opif. Dei c. 5., quem Wak. laudat.

1304. *alid*] Vind. Brit. 1. 2. 3. Ver. Ven. *alii*, Poor. Brix. *aliud*. (Conf. ad I, 264.)

1307. *moenere*] Retinui cum vulg. editt. Eichst. et Orel-lio antiquiorem formam, ut I, 30. et 33. (Conf. etiam IV,

221. et VI, 927. *moerorum*, etc.) Wak. cum Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. et vett. editt. scripsit *munere*; quamquam ipsi praeplacet lectio *munera*, quam Iunt. et Ald. 1. praebent.

1308. *sunt*] Brit. 2. *in*; nec displicuisset Wakefieldo praepositio cum verbo coniuncta, *immittere*.

1309. *Parthei*] sic Pii Codd. quidam, Lugd. 1. 2. Brit. 1. Cant., quos editores sequuti sunt; ceteri libri *partim*, quod probant Bentleius et Preiger, nec deterius censet Wak., qui tamen vulgatam praefert, quia librarii in nominibus propriis constanter peccare soleant, et sic versus noster concinnius respondeat v. 1302.

1310. *ductoribus*] sic plurimi libri rectissime, quorum lectio, ab Eichst. quoque et Orellio servata, Wakefieldo, omne insolens cupide amplectenti, non e paucis illis libris, Lugd. 2. Vind. Poor. Cant., in *doctoribus* mutanda fuit.

1311. *his* Wak. recte, ut videtur, restituit e Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 2. Cant. et omnibus editt. vett., a quibus Brit. 1., *iis* exhibens, vere non discedit; reliqui libri *hos*, quod vulgo editur.

V. 1314. cum levi varietate iam adfuit II, 633.

1315. *perterrita*] Lugd. 2. Vind. Brix. Ver. Ven. *perterrit*, Brit. 1. *perterriti*, Brit. 3. *perterriet*. *Fremitus* autem de leonibus usurpatum legitur etiam II, 298., ut apud Virg. Aen. IX, 339., quem Wak. laudat.

V. 1317. a Nonio II, 503. (p. 559. Goth.) affertur.

1318. *petebant*] Vind. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *patebant*, quare Wak. coni. *ore patebant*; Brit. 2. *iacebant*.

1319. *diripiebant*] Haec est omnium fere librorum vulgaris lectio, a Wak. quoque recepta. Hav. vero cum uno Lugd. 1., et Turnebo Advv. XXX, 22. suasore, edidit *deripiebant*, minus recte; „quum (Wakefieldi sunt verba) aptissime opponantur invicem *ora petebant*, a *fronte* facere impetum scilicet, atque *a tergo diripiebant*, i. e. *postica parte* subinde lacerabant.“

1320. *volnere*] Brit. 1. 2. Iunt. *volvete*. — *victos*] sic Wak. rectissime restituit ex omnibus libris; vulgo *vinctos*, cum duobus Lambini Codd., nisi potius ex editoris arbitrio.

1322. *suos*] sic Hav. et Wak. cum plurimis libris; vulgo tamen *sues*, ut Lugd. 1. Bodl. Brit. 1. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.

1323. *ac*] Poor. et, Ver. Ven. *ad*. Sensus Wak. sic exposuit: „Aperiebant (cornibus) et extrahebant sanguinem atque inclusa viscera;“ et comparat Virg. Aen. X, 313. (Geo. III, 87.) et Stat. Theb. II, 46.

1324. *et terram minitanti*] sic Wak. restituit ex omnibus fere libris. Iunt. *ad terramque minitanti*, unde in Ald. 2. factum *ad terramque minanti*, quod vulg. editt. temere pro-  
pagarunt.

1325. *Et* idem Wak. in contextum revocavit, omnes libros sequutus, praeter Iunt. et Ald. 2., *At* exhibentes, quae vulgaris est lectio.

De vv. 1326. et 1327. in Diss. mea de Lucr. p. 103 s. haec fere disputavi: Lamb. utrumque versum, aut certe priorem, Bentl. pariter utrumque, aut saltem posteriorem, atque hunc etiam Marull. Gifan. et Wak. spurium habuerunt, Hav. e duplici ipsius Lucretii editione, Orell. e semilibus repetitionibus, (ut V, 1189. et VI, 15., quae tamen alius sunt generis,) utrumque defendere student; nemo tamen de sensu accuratius dixit. Mihi prior versus genuinus et sic intelligendus videtur: Apri, tela corporibus suis infixi et fracta secum trahentes et sanguine suo imbuentes, propterea ad furorem et saevitiam concitati, ipsos suos socios, i. e. milites, a quibus ipsi in certamen adducti erant, dentibus invaserunt. Hunc sensum serior aliquis interpolator clariorem reddere studuit v. 1327. adscripto, omittens etiam epitheton *saevi*, ut modo vidimus, minime superfluum. Meineckius, qui posteriorem versum genuinum, priorem vero eius glossena habet, male locum sic reddidit:

*Minder nicht fielen die Eber mit ihren mächtigen Hauern  
Auf einander selbst, zerbrachen die Hauer, und färbten  
Die zerbrochene Wehr mit ihrem eigenen Blute.*

Non magis vero, quam Meineckio, assentiri possum Knebelii Censori in Ephem. lit. Halens. a. 1823. ch. 239. et 240., per epanalepsin utrumque versum defendenti, quem, mutatione etiam verbi *tinguentes* in genitivum *tinguentis* adhibita, sic explicat: „Apri *venatores* (de quibus plane non sermo est,) caedebant, qui *suo sanguine* fracta *venabula* cruentabant, dum apri *eadem tela* confracta suo etiam sanguine conspergebant.“ At quam artificiosa et tamen non apta sit haec locum expediendi ratio, nemo non videt, quum nihil aliud expressurus Lucretius vix usus fuisset illa eorundem verborum repetitione, qua sententiam per se iam languidam languidiorum etiam redderet. Mihi potius, si uterque versus ut vere Lucretianus vertendus erat, generosiss. Knebelius locum rectissime reddidisse videtur.

1329. *adactus*] Retinui cum Orellio vulgarem lectionem, quam praebent Brit. 2. Iunt. Ald. 2. Vocabulum *adactus*, ut multa alia apud Lucretium, ἀπαξ λεγόμενον est habendum, (conf. etiam ad IV, 17.) *exire* vero, pro vitare, ef-

fugere positum, alibi etiam (ut VI, 1205. 1216.) a Lucretio simplici accusativo iungitur. Varietas lectionis haec est: Lugd. 2. Vind. Ald. 1. Bon. *dentis ad auctus*, Lugd. 1. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *dentibus adauctus*, Brit. 1. *dentibus ad auctas*, Poor. *dentibus ictus*. Pius conii. *dentis ad ictus*, Wak. e conii. edidit *dentis ad actus*, quod Eichst. servavit.

1333. *Si* Wak. restituit ex omnibus libris; vulgo *Sic*, quod, a Lambino profectum, Gifan. primum in contextum intulit.

1337. Wak. „ex indubitata correctione Lucretio verissimam scripturam reddi“ iubet: *varium genus omne ferorum*, quam coniecturam Orell. non immerito inanem vocat.

1339. *quom*] „sic Brit. 2. dilucide; ceteri *cum*; Brit. 3. *tum*. — *facta*] Poor. *fata*; perperam.“ *Wak.*

1340. Voculam *Sic* cum Vind. Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. vulg. editt. Eichst. et Orellio retinui; ceteri libri *Si*, quod Hav. et Wak. receperunt. Ceterum, ut hic legimus *ante praesentire*, sic apud Ter. Andr. I, 5, 4. *praescisse ante*, Cic. Arat. v. 12. *praelabitur ante* etc. (Conf. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 369. not. 2.)

1342. *fieret*] sic omnes fere libri, quos Wak. sequutus est; Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *fuere*, quam obsoletam formam Orell. recepit; vulg. editt. *fuere*, contra libros universos.

1343. „Hoc mihi velle dicere Lucretius videtur: Loquor de re, non admittente quidem specialem confirmationem, sed generaliter probabili; vel: quod affirmo, *generalem* veritatem habeam, haud *universalem* tamen; rationibus saltem veri quam simillimis subnixam.“ *Wak.* Mihi, ut verum fatear, hic locus semper suspicionem aliquam movit, imprimis quum v. 1344. prorsus eodem modo voci *omne* explicandae adhibitus, sed loco longe aptiori, supra v. 529. iam adfuerit; de quo tamen aliquid certi pronuntiare non audeo.

1347. *perire*] Ald. 1. Bon. Iunt. *perirent*, quod Wak. „planius“ quidem, sed, ne uno quidem libro Ms. addicente, tamen non recipiendum censet.

1350. *paratur*] sic Wak. (Eichst. Orell.) cum Brit. 1. 3. Cant. et omnibus editt. vett., praeter Brix., pro vulgari *parantur*. „Facile etenim, inquit Wak., subintelligimus, *telam* non posse recte procedere sine *telis*, vel instrumentis ferreis.“

1352. *fusei, radii*] Vulgo insertur copula *et*, quam Wak., omnibus libris suadentibus, omisit. Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. habent *radiis*, prima litera sequentis vocis adhaerente. — *scapei*] Poor. Brix. Ver. Ven. *capi*, Brit. 2. *campi*. Orellius vocabula artis textoriae, quae hic legimus,

sic explicat: „*Insilia*, κόνονες, ἀντίον, liciatorium Vulgatae, [1. Sam. 17, 7.] lignum, in quo licium (*Geschirr*) involvitur in tela pendula s. ingali, insubulum in tela plana ap. Isidor. XIX, 29. arundo Ovid. Met. VI, 54.; *radius*, ital. społa, *Weberschiffchen*; *scapi*, unde nostrum *Schaft*, idem fere, quod apud alios *pecten*, *Weberlade*, s. potius ea eius pars, quam vocant *Weberblatt*;“ et laudat Schneid. Indicem ad Scriptt. R. R. p. 371. et 376.

1358. *pariter*] sic Wak. restituit ex omnibus libris; vulgo *potius*, quod sane melius huc quadraret, sed ex editorum ingenio fluxit. Non temere autem hic aliquid corrupti latere Orell. sumere videtur.

1359. *durarent*] Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *durarunt*, *perperam*. Faber hunc versum spurium habuit, quem Wak. et „ἀφελεία quaedam vere Lucretiana, et apertissima Maronis imitatione, ad Geo. IV, 114.“ sicut etiam locis Tibulli I, 4, 48. Horatii Sat. I, 4, 119. aliisque defendit.

1362. *baccae*] „Ver. [Ven.] *buccas*, Poor. *bacae*; nescio an non veriore orthographia, quam glossator vetustus etiam agnoscit: *Baca*, δάφνης καρπός. Sed novare nolui.“ *Wak.*

1363. *subter*] Brit. 2. *propter*, minus bene, ut recte Wak. censet, qui de voce *pulli*, pro arborum surculis posita, conferri iubet Catonem R. R. c. 51. et Plin. H. N. XVII, 12.

1370. *locum*] Ver. Ven. *suum*, Ald. 1. Bon. *situm*, quod Wak. recepit, et Eichst. servavit. Orell. vero scribit: „Auctoritatem Codd. Brix. Lamb. Hav. sequi maluimus, quam Avancii correctionem;“ rectissime.

1375. *vario distincta lepore*] Conf. III, 1019. Wak. comparat Hor. Od. II, 5. 11. Auson. Mos. 67. et auctorem Culicis v. 70.

1381. „In dubio est, quam constructionem voluerit poëta: utrum *Zephyri* (in primo casu plur.) *per cava sibila*, i. e. sibilas cavitates: an *sibila Zephyri*, casu patrio; quae mihi videtur longe elegantior. Conf. Virg. Ecl. V, 82.“ Sic Wak.; cui assentientes *Zephyri*, non *Zephyrei*, edendum curavimus.

1383. *dulces — queralas*] Conf. IV, 586., quem sequitur versus, nostro 1384. ex asse respondens.

V. 1387. cum sequente infra iteratur v. 1453 s. — *quidquid*] Ver. Ven. *quidquis*, Ald. 1. Bon. *quidvis*. — *ratioque*] Poor. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *ratio quae*. — *eruit*] Brit. 2. *exuit*, Lugd. 2. *erigit*, quod e v. 1454. huc translatum est.

1389. *Haec*] Brit. 2. *Nec*. — *olleis*] Poor. Brit. 1. *olim*.

1390. *Cum satiate*] Poor. (Brix.?) Ver. Ven. *Cum sa-*

fugere positum, alibi etiam (ut VI, 1205. 1216.) a Lucretio simplici accusativo iungitur. Varietas lectionis haec est: Lugd. 2. Vind. Ald. 1. Bon. *dentis ad auctus*, Lugd. 1. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *dentibus adauctus*, Brit. 1. *dentibus ad auctas*, Poor. *dentibus ictus*. Pius coni. *dentis ad ictus*, Wak. e coni. edidit *dentis ad actus*, quod Eichst. servavit.

1333. *Si* Wak. restituit ex omnibus libris; vulgo *Sic*, quod, a Lambino profectum, Gifan. primum in contextum intulit.

1337. Wak. „ex indubitata correctione Lucretio verisimam scripturam reddi“ iubet: *variūm genus omne ferorum*, quam coniecturam Orell. non immerito inanem vocat.

1339. *quom*] „sic Brit. 2. dilucide; ceteri *cum*; Brit. 3. *tum*. — *facta*] Poor. *fata*; perperam.“ *Wak.*

1340. Voculam *Sic* cum Vind. Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. vulg. editt. Eichst. et Orellio retinui; ceteri libri *Si*, quod Hav. et Wak. receperunt. Ceterum, ut hic legimus *ante praesentire*, sic apud Ter. Andr. I, 5, 4. *praescisse ante*, Cic. Arat. v. 12. *praelabatur ante* etc. (Conf. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 369. not. 2.)

1342. *fieret*] sic omnes fere libri, quos Wak. sequutus est; Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *fuere*t, quam obsoletam formam Orell. recepit; vulg. editt. *fuera*t, contra libros universos.

1343. „Hoc mihi velle dicere Lucretius videtur: Loquor de re, non admittente quidem specialem confirmationem, sed generaliter probabili; vel: quod affirmo, *generalem* veritatem habeam, haud *universalem* tamen; rationibus saltem veri quam simillimis subnixam.“ *Wak.* Mihi, ut verum fatear, hic locus semper suspicionem aliquam movit, inprimis quum v. 1344. prorsus eodem modo voci *omne* explicandae adhibitus, sed loco longe aptiori, supra v. 529. iam adfuerit; de quo tamen aliquid certi pronuntiare non audeo.

1347. *perire*] Ald. 1. Bon. Iunt. *perirent*, quod Wak. „planius“ quidem, sed, ne uno quidem libro Ms. addicente, tamen non recipiendum censet.

1350. *paratur*] sic Wak. (Eichst. Orell.) cum Brit. 1. 3. Cant. et omnibus editt. vet., praeter Brix., pro vulgari *parantur*. „Facile etenim, inquit Wak., subintelligimus, *telam* non posse recte procedere sine *telis*, vel instrumentis ferreis.“

1352. *fusei, radiei*] Vulgo insertur copula *et*, quam Wak., omnibus libris suadentibus, omisit. Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. habent *radiis*, prima litera sequentis vocis adhaerente. — *scapei*] Poor. Brix. Ver. Ven. *capi*, Brit. 2. *campi*. Orellius vocabula artis textoriae, quae hic legimus,



sic explicat: „*Insilia, κάνονες, αντίον*, liciatorium Vulgatae, [1. Sam. 17, 7.] lignum, in quo licium (*Geschirr*) involvitur in tela pendula s. ingali, insubulum in tela plana ap. Isidor. XIX, 29. arundo Ovid. Met. VI, 54.; *radius*, ital. *spofa*, *Weberschiffchen*; *scapi*, unde nostrum *Schaft*, idem fere, quod apud alios *pecten*, *Weberlade*, s. potius ea eius pars, quam vocant *Weberblatt*;“ et laudat Schneid. Indicem ad Scriptt. R. R. p. 371. et 376.

1358. *pariter*] sic Wak. restituit ex omnibus libris; vulgo *potius*, quod sane melius huc quadraret, sed ex editorum ingenio fluxit. Non temere autem hic aliquid corrupti latere Orell. sumere videtur.

1359. *durarent*] Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *durarunt*, *perperam*. Faber hunc verum spurium habuit, quem Wak. et „*ἀφελεία* quadam vere Lucretiana, et apertissima Maronis imitatione, ad Geo. IV, 114.“ sicut etiam locis Tibulli I, 4, 48. Horatii Sat. I, 4, 119. aliisque defendit.

1362. *baccae*] „Ver. [Ven.] *buccas*, Poor. *bacae*; nescio an non veriore orthographia, quam glossator vetustus etiam agnoscit: *Baca, δάφνης κερπός*. Sed novare nolui.“ *Wak.*

1363. *subter*] Brit. 2. *propter*, minus bene, ut recte Wak. censet, qui de voce *pulli*, pro arborum surculis posita, conferri iubet Catonem R. R. c. 51. et Plin. H. N. XVII, 12.

1370. *locum*] Vēr. Ven. *suum*, Ald. 1. Bon. *situm*, quod Wak. recepit, et Eichst. servavit. Orell. vero scribit: „Auctoritatem Codd. Brix. Lamb. Hav. sequi maluimus, quam Avancii correctionem;“ rectissime.

1375. *vario distincta lepore*] Conf. III, 1019. Wak. comparat Hor. Od. II, 5. 11. Auson. Mos. 67. et auctorem Culicis v. 70.

1381. „In dubio est, quam constructionem voluerit poëta: utrum *Zephyri* (in primo casu plur.) *per cava sibila*, i. e. sibilas cavitates: an *sibila Zephyri*, casu patrio; quae mihi videtur longe elegantior. Conf. Virg. Ecl. V, 82.“ Sic Wak.; cui assentientes *Zephyri*, non *Zephyrei*, edendum curavimus.

1383. *dulces — queralas*] Conf. IV, 586., quem sequitur versus, nostro 1384. ex asse respondens.

V. 1387. cum sequente infra iteratur v. 1453 s. — *quidquid*] Ver. Ven. *quidquis*, Ald. 1. Bon. *quidvis*. — *ratioque*] Poor. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *ratio quae*. — *eruit*] Brit. 2. *exuit*, Lugd. 2. *erigit*, quod e v. 1454. huc translatum est.

1389. *Haec*] Brit. 2. *Nec*. — *olleis*] Poor. Brit. 1. *olim*.

1390. *Cum satiate*] Poor. (Brix.?) Ver. Ven. *Cum sa-*

*tiare*, Brit. 2. *Consotiare*, Cant. *Cum satiata*. — *cibi*] Poor. Brit. 2. Ver. Ven. *tibi*. — *omnia lectio est omnium librorum praeter unum, quam vulg. editt. Eichst. et Orell. iure retinuerunt*; Brit. 2. *communis* (i. e. *coīa*), quod facillime ex *omnia* (*oīa*) oriri potuit. Faber conī. *otia*, quod Hav. et Wak. receperunt. Wak. vero etiam conī. *fit copia*, ut Hav. *somnia*, et Voss. ad Catull. p. 67. *omnia chordae*, quibus commentis facile supersedemus. (Conf. etiam VI, 14.)

Vss. 1391 — 1395., nonnullis vocibus mutatis, iterantur ex libri II. v. 29 — 33.

1393. *iocunde*] sic Wak. cum Brit. 1. 2. 3. pro vulgari *iucunde*; Ver. Ven. *in cunole*, literis earumque partibus male divisae. (Conf. ad II, 3. 19. V, 896. etc.)

1395. *pingebant*] „Brit. 1. Poor. Cant. [Brix.] *pinguebant*; nec fortasse perperam: ut *unguo*, *tinguo*.“ Wak. Vix assentior. Ceterum Wakef. comparat Auson. Mos. 160. Ovid. Fast. IV, 430. Stat. Theb. VI, 58. aliosque.

1396. *ioca*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *loca*. — *dulces - cachinni*] Brit. 1. *dulcibus - cachinnis*.

1399. *monebat*] Lugd. 2. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *movebat*.

1401. *terram pede pellere*] Conf. Hor. Od. III, 18, 15. Virg. Geo. IV, 233. et Catull. LXI, 14., quos Lamb. et Wak. laudant.

1403. *haec*] Ver. Ven. *hoc*. — *vigebant*] Brit. 1. 3. Brix. *vigebat*.

1404. *somno* Wak. ex omnibus libris restituit; vulgo *somni*, contra *libros*; nam unus Vind., quum admodum negligenter collatus sit, hic respici non potest.

1406. *supera*] Vind. Poor. Brit. 1. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2. *supra*. — *unco*] Pii quidam Codd. et Brit. 1. *rauco*. Bentl. conī. *udo*. Sed vide IV, 590.

1408. *numeris*] sic Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon., quas sequuntur Wak. Eichst. Orell.; ceteri libri, si Wak. recte intelligo, *numerum*, i. e. *numerorum*, ut vulgares editiones.

1409. *Maiore*] ita Wak. cum Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. et omnibus editt. vett.; vulgo *Maiorem*, ut Cant. et, si Hav. silentio fides habenda est, Lugd. 1. 2. Bodl. — *dulcedine*] sic omnes fere libri, quos Wak. sequutus est; vulgo *dulcedinis*, quod, si Hav. vere tacet, praebent Lugd. 1. et Bodl.

1411. Wak. suspicatur, Lucretium scripsisse *Iam quod* etc., quamquam concedit, *Nam* transitionibus quoque inservire. (Vide supra ad v. 1272.)

1413. s. „Duplex est constructionis via; vel: *Illaque melior res posterior reperta perdit sensus: quae placet nobis, ut*

elegantior et simplicior; vel: *Posteriorque res melior perdit illa reperta, et immutat sensus*: quae videtur minus signata, durior ac tortuosior; arrisit tamen editoribus et pluribus interpretibus. “*Wak.*

1415. *cepit*] ita *Wak.* cum *Brit.* 3. *Cant.* et *Ald.* 2.; vulgo *coepit*.

1417. „Vulgo post *ferina* ponunt *est*; vetustis libris [et omnibus editt. vett.] reclamantibus. Ordo est: *Pellis, ferina vestis, cecidit contempta*.“ *Wak.* Ceterum *Iunt.* exhibet *ferinae*, mendose.

1418. *tunc* lectio est plurimorum librorum, quae tamen a *Wak.* correctio habetur verae scripturae *nunc*, e *Lugd.* 1. 2. *Cant.* *Ver.* *Ven.* a se receptae, et paullo artificiosius sic explicatae: „Egomiet nunc dierum reor; vitam, quam vivimus hodie, omnibus artibus exultam, cum simplicissima veterum mortalium conditione componens scilicet.“ Nos cum *Eichst.* et *Orell.* vulgatam retinuimus.

1420. *distractam*] sic *Wak.* (*Eichst.* *Orell.*) cum *Vind.* *Brit.* 1. 2. 3. *Cant.* et omnibus editt. vett.; vulgo *distractum*, ut ceteri libri; „quae lectio, ut *Wak.* censet, ferri poterat, respectu ad aliud nomen habito, ut alibi in *Lucretio*, vulgatae tamen utpote simpliciore et apertiori posthabenda est.“

1421. *Dispersisse* *Wak.* ex omnibus libris (quorum nonnulli tantum *Dispersisse* praebent,) restituit pro vulgari *Dispersisse*, quod haud dubie ex ingenio *Lambini* fluxit, etsi hic in *Cod. Ms.* sic invenisse dicit. Receptam lectionem iam *Heinsius* ad *Claud.* in *Rufin.* II, 416. e duobus *Codd.* *Voss.* (i. e. *Lugd.* 1. 2.) in contextum revocandam censuit.

1422. „*curis*] *Brit.* 1. *curae est*; quae varietas sine *est* valde placuisset, ad hanc constructionem: *Aurum et purpura, quae sunt curae ac sollicitudini*. Sed exemplaribus pluribus atque vetustioribus auscultandum remur.“ *Wak.*

1427. *vigentibus* *Wak.* edidit e *Iortini* coniectura, quam roborant locis *Virgilio* *Aen.* XI, 72. et I, 648. (non *ibid.* v. 648., ut *Wak.* et cum eo *Orell.* scripsit.) *Ver.* *Ven.* *Ald.* 1. *Bon.* *vigentibus*, reliqui libri *ingentibus*, ut vulgo editur.

1430. „*in deest* *Lugd.* 1. 2. *Poor.* *Brit.* 1. 2. 3. [*Brix.*] *Ven.* [*Ven.*], atque corruenti metro sic subveniunt *Poor.* *Brit.* 1. 2. *Et semper curis*.“ *Wak.*

1433. *provexit*] *Brit.* 2. *perdixit*, minus eleganter.

1435. *magnum et*] sic omnes editores, praeter *Wak.*, qui et omisit, plures sane libros sequutus. Sed copulam tuentur *Bodl.* *Vind.* *Cant.* *Ald.* 1. *Bon.* et *Iunt.* *Bentleius* annotat, hunc locum *Prudentio* ante oculos fuisse adv. *Symm.* I, 310.

1440. *discreta*] *Bodl.* *Ver.* *Ven.* *districta*.

*tiare*, Brit. 2. *Consotiare*, Cant. *Cum satiata*. — *cibi*] Poor. Brit. 2. Ver. Ven. *tibi*. — *omnia* lectio est omnium librorum praeter unum, quam vulg. edit. Eichst. et Orell. iure retinuerunt; Brit. 2. *communia* (i. e. *coia*), quod facillime ex *omnia* (*oia*) oriri potuit. Faber coni. *otia*, quod Hav. et Wak. receperunt. Wak. vero etiam coni. *fit copia*, ut Hav. *somnia*, et Vöss. ad Catull. p. 67. *omnia chordae*, quibus commentis facile supersedemus. (Conf. etiam VI, 14.)

Vss. 1391 — 1395., nonnullis vocibus mutatis, iterantur ex libri II. v. 29 — 33.

1393. *iocunde*] sic Wak. cum Brit. 1. 2. 3. pro vulgari *iucunde*; Ver. Ven. *in cunole*, literis earumque partibus male divis. (Conf. ad II, 3. 19. V, 896. etc.)

1395. *pingebant*] „, Brit. 1. Poor. Cant. [Brix.] *pinguebant*; nec fortasse perperam: ut *unguo*, *tinguo*.“ *Wak.* Vix assentior. Ceterum Wakef. comparat Auson. Mos. 160. Ovid. Fast. IV, 430. Stat. Theb. VI, 58. aliosque.

1396. *ioca*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *loca*. — *dulces - cachinni*] Brit. 1. *dulcibus - cachinnis*.

1399. *monebat*] Lugd. 2. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *movebat*.

1401. *terram pede pellere*] Conf. Hor. Od. III, 18, 15. Virg. Geo. IV, 233. et Catull. LXI, 14., quos Lamb. et Wak. laudant.

1403. *haec*] Ver. Ven. *hoc*. — *vigebant*] Brit. 1. 3. Brix. *vigebat*.

1404. *somno* Wak. ex omnibus libris restituit; vulgo *somni*, contra libros; nam unus Vind., quum admodum negligenter collatus sit, hic respici non potest.

1406. *supera*] Vind. Poor. Brit. 1. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2. *supra*. — *unco*] Pii quidam Codd. et Brit. 1. *rauco*. Bentl. coni. *udo*. Sed vide IV, 590.

1408. *numeris*] sic Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon., quas sequuntur Wak. Eichst. Orell.; ceteri libri, si Wak. recte intelligo, *numerus*, i. e. *numerosum*, ut vulgares editiones.

1409. *Maiore*] ita Wak. cum Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. et omnibus edit. vett.; vulgo *Maiorem*, ut Cant. et, si Hav. silentio fides habenda est, Lugd. 1. 2. Bodl. — *dulcedine*] sic omnes fere libri, quos Wak. sequutus est; vulgo *dulcedinis*, quod, si Hav. vere tacet, praebent Lugd. 1. et Bodl.

1411. Wak. suspicatur, Lucretium scripsisse *Iam quod* etc., quamquam concedit, *Nam* transitionibus quoque inserti. (Vide supra ad v. 1272.)

1413. s. „, Duplex est constructionis via; vel: *Illaque melior res posterior reperta perdit sensus*: quae placet nobis, ut

elegantior et simplicior; vel: *Posteriorque res melior perdit illa reperta, et immutat sensus*: quae videtur minus signata, durior ac tortuosior; arrisit tamen editoribus et pluribus interpretibus. “*Wak.*”

1415. *cepit*] ita *Wak.* cum *Brit.* 3. *Cant.* et *Ald.* 2.; vulgo *coepit*.

1417. „Vulgo post *ferina* ponunt *est*; vetustis libris [et omnibus edit. vett.] reclamantibus. Ordo est: *Pellis, ferina vestis, cecidit contempta*. “*Wak.*” Ceterum *Iunt.* exhibet *ferinae*, mendose.

1418. *tunc* lectio est plurimorum librorum, quae tamen a *Wak.* correctio habetur verae scripturae *nunc*, e *Lugd.* 1. 2. *Cant.* *Ver.* *Ven.* a se receptae, et paullo artificiosius sic explicatae: „*Egomet nunc dierum reor; vitam, quam vivimus hodie, omnibus artibus exultam, cum simplicissima veterum mortalium conditione componens scilicet*.“ *Nos* cum *Eichst.* et *Orell.* vulgatam retinuimus.

1420. *distractam*] sic *Wak.* (*Eichst.* *Orell.*) cum *Vind.* *Brit.* 1. 2. 3. *Cant.* et omnibus edit. vett.; vulgo *distractum*, ut ceteri libri; „quae lectio, ut *Wak.* censet, ferri poterat, respectu ad aliud nomen habito, ut alibi in *Lucretio*, vulgatae tamen utpote simpliciore et apertiori posthabenda est.“

1421. *Dispersisse* *Wak.* ex omnibus libris (quorum nonnulli tantum *Dispersisse* praebent,) restituit pro vulgari *Dispersisse*, quod haud dubie ex ingenio *Lambini* fluxit, etsi hic in *Cod. Ms.* sic invenisse dicit. Receptam lectionem iam *Heinsius* ad *Claud.* in *Rufin.* II, 416. e duobus *Codd.* *Voss.* (i. e. *Lugd.* 1. 2.) in contextum revocandam censuit.

1422. „*curis*] *Brit.* 1. *curae est*; quae varietas sine *est* valde placuisset, ad hanc constructionem: *Aurum et purpura, quae sunt curae ac sollicitudini*. Sed exemplaribus pluribus atque vetustioribus auscultandum remur. “*Wak.*”

1427. *vigentibus* *Wak.* edidit e *Iortini* coniectura, quam roborant locis *Virgilii* *Aen.* XI, 72. et I, 648. (non *ibid.* v. 648., ut *Wak.* et cum eo *Orell.* scripsit.) *Ver.* *Ven.* *Ald.* 1. *Bon.* *vigentibus*, reliqui libri *ingentibus*, ut vulgo editur.

1430. „*in* deest *Lugd.* 1. 2. *Poor.* *Brit.* 1. 2. 3. [*Brix.*] *Ven.* [*Ven.*], atque corruenti metro sic subveniunt *Poor.* *Brit.* 1. 2. *Et semper curis*. “*Wak.*”

1433. *provexit*] *Brit.* 2. *perduxit*, minus eleganter.

1435. *magnum et*] sic omnes editores, praeter *Wak.*, qui et omisit, plures sane libros sequuntur. Sed copulam tuentur *Bodl.* *Vind.* *Cant.* *Ald.* 1. *Bon.* et *Iunt.* *Bentleius* annotat, hunc locum *Prudentio* ante oculos fuisse adv. *Symm.* I, 310.

1440. *discreta*] *Bodl.* *Ver.* *Ven.* *districta*.

1441. *velivolis*] sic Wak. recte edidisse videtur cum omnibus fere libris; nam vulgatam *velivolum* non nisi Vind. Poor. Iunt. et Ald. 2. tuentur, quam miror Orellium quoque retinuisse, cuius observatio, simplex praedicatum *velivolis*, non adiuncto, ut Latini soleant, substantivo (v. c. *navibus*, *ratibus*). ferri non posse, non omnino vera videtur. Porro si Orell. dicit: „Hanc autem lectionem (*velivolum*) ut reponerem, in causa fuit Virgilius, cuius *mare velivolum* Aen. I, 224. hinc potius, quam secundum Macrobr. Sat. V, 6. ex Livii Helena [ubi *maria alba velivola* legebatur] ductum puto: nam tragicorum audaciam in talibus imitari vix sustinebat castigatissimus ille poëta, nisi ubi praeterea Lucretii, Catulli, aut denique Epicici alicuius auctoritas praesto esset;“ fateor, me minus tribuere Orellii, quam Macrobr. auctoritati, qui, quum tot Lucretii et Virgiliti locos comparaverit, hic etiam e Lucretio potius, quam e Livio hanc dictionem deduxisset, si vere in poëta nostro locum habuisset; quem potius ex Ennio suo hausisse puto, haud semel naves ipsas *velivolae* et *velivolantes* nuncupante. (Conf. Columna ad Ennii Ann. XIV. p. 179 s. [p. 105. Hess.] et Planck. ad Ennii Med. p. 118.) — *propter odores*] sic omnes Lucretii Codd. et vet. editt., (praeter Iunt. et Ald. 2.) quarum lectionem recte Wak. restituit, probantibus Eichst. et Orellio. At verò quum Servius ad Virg. Aen. VII, 804. e Lucretio afferat verba *Florebat navibus pontus*, Marullus, memor fortasse loci Virgiliani ad Geo. II, 445. (*pandas — posuere carinas*), inde fecit *florebat navibus pandis*, quod, in Iunt. receptum, ex hac in Ald. 2. et sic in omnes editt. vulgares transit. In ullo autem libro Ms. vulgatam reperiri, credat Iudaeus Apella. Nam Gifanii „libri quidam“ haud dubie sunt Iunt. Ald. 2. et seriores nonnullae editt.; quod autem Creech. dicit, „Lambinum in quibusdam Codd. *navibus pandis* invenisse,“ falsum est, quum ille de huius scripturae auctoritate plane nihil prædat, imo alteram et veram lectionem a nonnullis (omnibus dicere debuisset) libris Mss. exhiberi fateatur. Quare de Codd. lectione non dubitandum, Servius autem vel locum nostrum memoriter tantum nec ad verbum attulisse, vel alium fortasse versum deperditum respexisse videtur. (Quid quod nonnullae Servii editt. ne Lucretio quidem, sed Lucano haec verba vindicant, in quo tamen non magis inveniuntur.) Quae quum ita sint, non possum assentiri Orellii Censori Ienensi, qui Havercampi sententiam amplexus, praestantissimorum Codd. lectiones cum Serviana sic optime conciliari censet: *Tum mare velivolum; florebat navibus pontus*; quae mihi tau'ologia videtur neutiquam ferenda. *Florere* autem, in quo, sic nude posito, offendit Vir

doctiss., neutiquam caret ablativo desiderato, si vulgatam *velivolis* cum libris fere omnibus retinemus. (Ceterum verbum *Florere* eodem modo usurpatum vidimus I, 256. et V, 910.) Obiter tantum commemoro coniecturas Vossii ad Catull. p. 77.: *T. m. velivolum fl. Protei ad'oras*, et Gifanii: *T. m. velivolis fl. navibus ponti*. (Conf. etiam, quae de hoc loco disputavi in Diss. mea de Lucr. p. 81 ss.)

1444. „*prius*] Brit. 1. *post*; rectius, ut arbitror: nam solere homines versibus recitandis otium prius mulcere, quam literarum usus sit repertus, et per se vero simile est, et verum evincitur vel unius carminibus Homeri.“ *Wak*: Tamen ob unius Cod. recentioris auctoritatem vulgatam non sollicitandam puto.

1445. *actum*] Ven. Ald. 1. Bon. *auctum*.

1446. *nequit*] Ver. Ven. *ne quid*. — *ratio*] Vind. Brit. 2. 3. Cant. Ver. Ven. *ratione*, adhaerente prima sequentis vocis syllaba. — *monstrat*] Brit. 2. *monstrant*.

1450. *ac*] sic *Wak*. cum Cant.; vulgo *et*. — *politus*] ita *Wak*. e coniectura, ab Eichst. etiam recepta, ut *politus usus* hic sit, „qui polituram vel pariat, vel habeat, et ad perfectionem aliqualem sit excultus.“ Librorum lectiones sic se habent: Vind. Brit. 2. 3. Poor. *polito*, Lugd. 2. *polita*, Brix. Ver. Ven. *politos*, quod Orell. recepit, collato l. III. v. 308., (qui tamen, quum *hominum genus* praecedat, et pronomen *quosdam* additum sit, longe diversi est generis,) ut sensus sit: „Usus et experientia docuerunt homines semel *politos* navigia etc.; quod artificiosius videtur. Vulgo *polire*, ut reliqui libri.

1452. *progredienteis*] sic Hav. et *Wak*. cum Lugd. 2. Ald. 1. Bon.; ceteri libri *progredientes*, ut vulgo.

1453. *erigit*] *Wak*. restituit ex omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2., quae vulgatam habent *eruit*, e v. 1388. huc translata. Orellius tamen, etsi concedit, „Lucretium interdum consulto similes versus leviter inmutasse,“ tamen utrobique idem verbum praestare arbitratur, causa non addita; quare hic etiam *eruit* edendum curavit. „Non enim, scribit cum Oudend. ad Apulej. Met. I. p. 470., ea tantum *erui* dicuntur, quae in terrae latent visceribus, sed et illa, quae in abdito sunt recondita.“ Mihi tamen et Codd. auctoritas et Lucretii consuetudo vulgatam satis superque defendere videntur.

1455. *alid*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *aliud*. — *videbant*] sic *Wak*. cum libris tantum non omnibus; vulgo *videmus*, ut Lugd. 2. et Brit. 1.

1456. *Artibus*] Bentl. coniecit *Partibus*, sine causa.

1441. *velivolis*] sic Wak. recte edidisse videtur cum omnibus fere libris; nam vulgatam *velivolum* non nisi Vind. Poor. Iunt. et Ald. 2. tuentur, quam miror Orellium quoque retinuisse, cuius observatio, simplex praedicatum *velivolis*, non adiuncto, ut Latini soleant, substantivo (v. c. *navibus*, *ratibus*). ferri non posse, non omnino vera videtur. Porro si Orell. dicit: „Hanc autem lectionem (*velivolum*) ut reponerem, in causa fuit Virgilius, cuius *mare velivolum* Aen. I, 224. hinc potius, quam secundum Macrobi. Sat. V, 6. ex Livii Helena [ubi *maria alba velivola* legebatur] ductum puto: nam tragicorum audaciam in talibus imitari vix sustinebat castigatissimus ille poëta, nisi ubi praeterea Lucretii, Catulli, aut denique Epici alicuius auctoritas praesto esset;“ fateor, me minus tribuere Orellii, quam Macrobii auctoritati, qui, quum tot Lucretii et Virgiliti locos comparaverit, hic etiam e Lucretio potius, quam e Livio hanc dictionem deduxisset, si vere in poëta nostro locum habuisset; quem potius ex Ennio suo hausisse puto, haud semel naves ipsas *velivolas* et *velivolantes* nuncupante. (Conf. Columna ad Ennii Ann. XIV. p. 179 s. [p. 105. Hess.] et Planck. ad Ennii Med. p. 118.) — *propter odores*] sic omnes Lucretii Codd. et vet. edit., (praeter Iunt. et Ald. 2.) quarum lectionem recte Wak. restituit, probantibus Eichst. et Orellio. At verò quum Servius ad Virg. Aen. VII, 804. e Lucretio afferat verba *Florebat navibus pontus*, Marullus, memor fortasse loci Virgiliani ad Geo. II, 445. (*pandas — posuere carinas*), inde fecit *florebat navibus pandis*, quod, in Iunt. receptum, ex hac in Ald. 2. et sic in omnes edit. vulgares transit. In ullo autem libro Ms. vulgatam reperiri, credat Iudaeus Apella. Nam Gifanii „libri quidam“ haud dubie sunt Iunt. Ald. 2. et seriores nonnullae edit.; quod autem Creech. dicit, „Lambinum in quibusdam Codd. *navibus pandis* invenisse,“ falsum est, quum ille de huius scripturae auctoritate plane nihil pròdat, imo alteram et veram lectionem a nonnullis (omnibus dicere debuisset) libris Mss. exhiberi fateatur. Quare de Codd. lectione non dubitandum, Servius autem vel locum nostrum memoriter tantum nec ad verbum attulisse, vel alium fortasse versum deperditum respexisse videtur. (Quid quod nonnullae Servii edit. ne Lucretio quidem, sed Lucano haec verba vindicant, in quo tamen non magis inveniuntur.) Quae quum ita sint, non possum assentiri Orellii Censori Ienensi, qui Havercampi sententiam amplexus, praestantissimorum Codd. lectiones cum Serviana sic optime conciliari censet: *Tum mare velivolum; florebat navibus pontus*; quae mihi tau'ologia videtur neutiquam ferenda. *Florere* autem, in quo, sic nude posito, offendit Vir



doctiss., neutiquam caret ablativo desiderato, si vulgatam *velivolis* cum libris fere omnibus retinemus. (Ceterum verbum *Flores* eodem modo usurpatum vidimus I, 256. et V, 910.) Obiter tantum commemoro coniecturas Vossii ad Catull. p. 77.: *T. m. velivolum fl. Protei ad'oras*, et Gifanii: *T. m. velivolis fl. navibus ponti*. (Conf. etiam, quae de hoc loco disputavi in Diss. mea de Lucr. p. 81 ss.)

1444. „*prius*] Brit. 1. *post*; rectius, ut arbitror: nam solere homines versibus recitandis otium prius mulcere, quam literarum usus sit repertus, et per se vero simile est, et verum evincitur vel unius carminibus Homeri.“ *Wak.* Tamen ob unius Cod. recentioris auctoritatem vulgatam non sollicitandam puto.

1445. *actum*] Ven. Ald. 1. Bon. *auctum*.

1446. *nequit*] Ver. Ven. *ne quid*. — *ratio*] Vind. Brit. 2. 3. Cant. Ver. Ven. *ratione*, adhaerente prima sequentis vocis syllaba. — *monstrat*] Brit. 2. *monstrant*.

1450. *ac*] sic *Wak.* cum Cant.; vulgo *et*. — *politus*] ita *Wak.* e coniectura, ab Eichst. etiam recepta, ut *politus usus* hic sit, „qui polituram vel pariat, vel habeat, et ad perfectionem aliqualem sit excultus.“ Librorum lectiones sic se habent: Vind. Brit. 2. 3. Poor. *polito*, Lugd. 2. *polita*, Brix. Ver. Ven. *politos*, quod Orell. recepit, collato l. III. v. 308., (qui tamen, quum *hominum genus* praecedat, et pronomen *quosdam* additum sit, longe diversi est generis,) ut sensus sit: „Usus et experientia docuerunt homines semel *politos* navigia etc.; quod artificiosius videtur. Vulgo *polire*, ut reliqui libri.

1452. *progredienteis*] sic Hav. et *Wak.* cum Lugd. 2. Ald. 1. Bon.; ceteri libri *progredientes*, ut vulgo.

1453. *erigit* *Wak.* restituit ex omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2., quae vulgatam habent *eruit*, e v. 1388. huc translata. Orellius tamen, etsi concedit, „Lucretium interdum consulto similes versus leviter immutasse,“ tamen utrobique idem verbum praestare arbitratur, causa non addita; quare hic etiam *eruit* edendum curavit. „Non enim, scribit cum Oudend. ad Apulei. Met. I. p. 470., ea tantum *erui* dicuntur, quae in terrae latent visceribus, sed et illa, quae in abdito sunt recondita.“ Mihi tamen et Codd. auctoritas et Lucretii consuetudo vulgatam satis superque defendere videntur.

1455. *alid*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *aliud*. — *videbant*] sic *Wak.* cum libris tantum non omnibus; vulgo *videmus*, ut Lugd. 2. et Brit. 1.

1456. *Artibus*] Bentl. coniecit *Partibus*, sine causa.

# ANNOTATIONES

AD

## LIBRUM SEXTUM.

1. *frugiparos* Wak. restituit e Lugd. 1. 2., Codd. praestantissimis, idque servarunt Eichst. et Orell., qui, initium huius libri usque ad v. 95. in Eclogas suas p. 76 ss. recipiens, simul annotat, hanc vocem inveniri etiam in Avieni Arat. v. 1053. Vulgo *frugiferos*, ut reliqui libri.

2. *Dididerunt* ] Brix. *Didederunt*, Lugd. 1. Bodl. Vind. Poor. Cant. *Dii dederunt*, Ver. Ven. *Diderunt*, Lugd. 2. Iunt. *Dediderunt*, Brit. 2. *Dederunt*. — *praeclaro* ] Ver. Ven. *praecharo*. — *nomine* ] Brit. 1. *munere*.

V. 6. laudat Valer. Probus I. p. 1429. Putsch.

7. *et extincti* ] Bodl. Vind. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. *et extincta*, Brit. 3. *et extinctu*, Brit. 1. *inextincta*, quare Wak. legendum censet aut *in extinctu* (quemadmodum apud Plin. H. N. VII, 5.), i. e. in obitu, vel post mortem; aut *inextincti*, i. e. ,,viventis post extinctionem etiam, propter famam inventorum (ut apud Ovid. Trist. V, 14, 36.) ,,quam alteram rationem ipse praefert. Neutra mutatione opus videtur.

V. 10. vulgares editt. sequenti postponunt, libris omnibus reclamantibus. Wak. verum ordinem primus restituit.

11. *per quae* ] Retinui cum Eichst. et Orell. vulgarem lectionem, quam Wak. e Ver. et Ven. mutavit in *pro quo*, dubius tamen, annon fortasse melior sit Bodl. Vind. Poor. [et Brix.] lectio *Et pro qua*, i. e. ,,cuius viae respectu;“ Lugd. 1. 2. *per quam*, Brit. 1. 3. *per qua*, Cant. *pro quam*. Orell. annotat: ,,Apparet, hic corruptelam latere; ego quidem suspicor: *Porro quâ*, scil. via, ratione. *Porro* per compendium scriptum ansam dedit errori, ita ut ad metrum splendendum etiam languidum illud *Et* assueretur.“ Quod mihi paullo audacius sumtum videtur, quum copula *Et* in omni-

bus libris inveniatur. — *consistere*] Brit. 2. et Iunt. *consci-  
scere*, male.

12. *Divitiis*] sic omnes fere libri, quos cum vulg. edit. Eichst. et Orell. sequutus sum. Wak. hic etiam e solis Ver. Ven. *Divitias*; sed „homines affluunt divitias“ profecto non est latinum.

13. *excellere*] Prorsus assentior Orellio, qui dicit: „*Extollere* e tribus Codd. [Bodl. Poor. Cant., quibus accedit Brix. lectione *extolere*] recepit Wak. (Eichst.); sed *divitiae* neminem extollunt bona natorum fama, secundum Wakefieldi lectionem. Minus etiam *extollere* convenit lectioni *divitiis*, quum significationem verbi medii habere nequeat: ideo redeundum fuit ad Ald. 1. Bon. [adde: Iunt. Ald. 2.] Lamb. Hav., qui cum 2 Codd. [tribus potius, Vind. Brit. 1. 3.] exhibent *excellere*.“ Paullum modo differunt Lugd. 1. 2. Brit. 2. Ver. Ven., *excolere* exhibentes, unde primum *extolere*, deinde *extollere* factum videtur.

14. *cordi* Wak. edidit e Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Poor. Brit. 2. Cant. Brix. Ver. Ven., quae lectio, ab Eichst. quoque et Orell. recepta, defenditur etiam loco simillimo V, 1390. Vulgo *corda*.

15. 16. Lamb. ex his duobus versibus, qui in eandem vocem exeunt, facinore admodum audaci hunc unum fecit: *Atque animum infestis cogi servire querelis*, quem omnes edit. vulg. propagarunt. Wak. utrumque ex omnibus libris restituit, vulgaribus tamen numeris versuum servatis. — *Caussam, quae*] sic plurimi Codd. Lambini, Ald. 1. 2. Bon.; Iunt. *Purima, quae*; ceteri omnes *Pausa atque*. — *cogit*] Lugd. 1. 2. Brix. *coget*, Iunt. *cogant*. — *saevire*] ita Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix.; reliqui *servire*. Orellius locum etiam nunc *ὑπουλον* censet.

17. *Intellegit*] Hanc obsoletam formam temporis perfecti, alibi non occurrentem, Wak. restituit e Lugd. 1. 2., Codd. optimis, cum quibus facere videntur Vind. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., *Intellegit* exhibentes. Vulgo *Intellexit*, cum paucis iisque recentioribus libris. — *vas*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *fas*. „*Vas*, i. e. ipsum hominem: vide III, 441. 554. 949. [794. V, 138.] Et Pius recte monuit, consimile esse illud Horatianum Epist. I, 2, 54., hinc, ut opinor, derivatum.“ *Wak.*

19. *collata*] „Ita Codd. edit. vett., quod quum probabili explicacione defendi possit („quaecunque venirent foris collata — quo in vocabulo ipsius utilitatis notio inest — atque etiam commoda“), Bentleii tmesin *con laeta* [i. e. laeta convenirent] recipere ausus non sum cum Wak. et Eichst.,

eamque gemellam prorsus iudico illi Lambinianae a Wak. merito explosae VI, 396. [397. nostrae edit., ubi vid. annott.] Praeiverat Bentleio Faber coni. *con-grata*.“ Sic Orellius, cuius cauto et sobrio iudicio hic etiam subscribo. — *foris*] Lugd. 2. *foras*.

23. *igitur*] Lactantius, qui Instt. VII, 27. hunc versum cum quatuor sequentibus laudat, *hominum*; „vel memoriter citans, ut Wak. censet, vel potius perfectiorem ac planiorem sensum de solito volens efficere.“

25. *cupedinis*] sic Brit. 1. 2. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., et proxime ad eos Vind. Poor. Brit. 2. Ver. Ven. *cupedinis*; Cant. et unus Cod. Lactantii (vid. Le Brun p. 590.) *cuppedinis*, ut vulg. editt. et Orell. exhibent. Wak. ex uno Cod. Lactantii (cum quo tamen Lugd. 2., collatt. Heinsii, varr. lectt. Iuntinae et reliqui Codd. Lactantii, *torpedinis* praebentes, conspirant) edidit *torpedinis*. Vulgatam vero, quod iam Orell. animadvertit, loci I, 1081. IV, 1086. et V, 46. satis defendere videntur.

27. *tramite*] Lactantius (quem Iunt. sequitur,) *limite*, locum memoriter afferens; unus tamen Cod. *tramite*, quod e Lucretii Codd. correctum puto. — *parvo* Wak. restituit ex omnibus libris; vulgo *prono*, ut sola Iunt., quae tamen veram scripturam affert inter varr. lectt.; quidam Codd. Lactantii *puro*.

28. „*recto*] Lugd. 2. *recta*; nec multum displicet, ut *recta contendere cursu sit rectâ viâ currere*, sed recepta simpliciora sunt et clariora.“ Wak. — *contendere*] Brit. 3. Ald. 2. *concedere*.

30. *Quod flueret naturali*] sic Wak. e plurimis libris restituit, mira tamen interpretatione addita: „i. e. naturali *fluxu* vel *fluore*; nomine, ut fit saepissime, intra verbum comprehenso.“ Aperte autem iungenda sunt *naturali casu*, quod etiam Orell. vidit. Libri paullulum modo variant: *Quod*] Brit. 2. *Quid*. — *flueret*] Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *fuertit*. — *naturali*] Brit. 2. *naturai*. — *varieque*] Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *viro atque*. Vulgo editur *Quod flueret naturae vi* etc., e Lamb. coniectura; Gifan. coni. *Quod fl. naturai*, quod nemo intelligit, Faber: *Quod fl. permananter*, vel *Et fl. permutatim*, Vossius: *Quod fl. Fortunai*, quod Hav. in contextum recepit, hoc sensu: „Malum, quod seu casu, seu vi Fortunae flueret varieque volaret“ etc.; Benti. denique coni. *Quod fl. naturali ratione, volaret*, et Creech. libentius omnem versum deletum vidisset. Nihil tamen in librorum lectione, modo recte explicetur, mutandum

videtur. Sensus et ordo verborum hic est: Epicurus docuit, quae per universum fluerent et vario modo volarent, sive casu naturali, seu vi quadam naturali mota; quod nimirum natura haec omnia sic paraverit.

33. *Et genus*] Hav. e coni. edidit *At genus*; „sed inutiliter et sine causa,“ ut recte Wak. censet. — *probavit*] Brit. 2. *probaret*.

35. *atque*] Brit. 2. *velut*, quod Wakefieldo impense placet, mihi non item. Ceterum hic versus cum sex sequentibus iam adfuit II, 54 — 60. et III, 87 — 93.

37. *finguntque*] Ver. Ven. *fugiuntque*, mendose.

43. *Esse et*] Vind. Ver. Ven. *Esse*, Lugd. 1. 2. *E se*.

44. 45. Ut hos versus cum Wak. Eichst. Orell. edidimus, sic ab omnibus libris unanimo consensu exhibentur. Vulgo tamen ex editorum arbitrio sic legitur: — — *fiunt, fientque, necesse Esse ea dissolvi*.

48. 49. Locus conclamatus et ab editoribus fere relictus, quem sine novis et melioribus Codd. unquam recte restitutum iri vix sperare licet. Optimum fortasse fuisset imitari Orellii modestiam, qui, abstinens omni locum sanandi periculo, versus corruptissimos, asteriscis praefixis, edidit, ut in Brix. leguntur; sed, ne inertiae accusaremur, e Codd. vestigiis lectionem aliquam efficiendam duximus, quae ab illis non nimis recederet, et sensum certe non prorsus contemnendum funderet, quam vero tantum abest, ut veram habeamus, ut asteriscis additis summam potius dubitationem indicaverimus. Lectio plurimorum librorum haec est:

*Ventorum exirtant placentur omnia rursum*

*Quae fuerint sint placato convorsa favore;*

a quibus ceteri sic differunt: *Ventorum*] Iunt. Ald. 1. *Ventorum*. — *exirtant*] Brit. 1. *exhirtant*, Brix. *exutant*, Ver. Ven. *exucant*; Ald. 1. 2. Bon. Iunt. pro *exirtant placentur* habent *exhortantur spes atque*, e coniectura. Lambinus in uno Cod. invenit *existat spes*. — *fuerint*] Vind. (si recte collatus est,) Iunt. Ald. 2. *fuerant*. — *placato*] Ver. Ven. *placito*. Ex his lectionibus Io. Auratus fecerat *Quand. semel haud segnis c. c. Ventosum spes hortata est, atque obvia cursu Quae fuerunt, sunt p. c. furore*, quae Lamb. (qui tamen more suo omnes tres versus suppositos habet,) servavit, ita tamen, ut priora verba sic ederet: *Q. s. insignem c. c. Vincendi exhortata 'st spes* etc. Hinc vulgaris lectio profecta *Vincendi spes hortata est* etc., nescio a quo primum recepta. Voss. ad Catull. p. 191. coni. *Ventorum exhortat pellacia et omnia rursum Quae fuerant, sunt pl. c. favore*; Wak. denique

edidit *Ventorum excierat pacator*, [i. e., si diis placet, Epicurus] *et omnia rursum, Quae furerent, sunt pl. c. favore.* Quibus coniecturis an meae praeferendae sint, hoc penes viros doctos sit decernere. Hoc tantum addo, sensum haud dubie esse: Pergam de rerum natura canere, quia semel incepi, et res favore lectorum bene processit; metaphoram vero ductam videri a cursu equestri in Circensibus, ita ut de *ventis* et *ventorum placatore* omnino sermo esse nequeat. *Vectorem* vero a *Ventorum*, *exhirtant* (vel *exirtant*) ab *exhortant* non nimium discrepant, et veteres etiam *hortare*, *exhortare* activa forma dixisse, res est notissima (conf. Gesneri et Forcellini Lexica s. v. Hortor et Exhortatus.); denique *plaudendo ut pro placentur* certe non audacior est coniectura, quam multae a Wakefieldo aliisque viris celeberrimis passim prolatae. Ceterum hos versus aliquando fortasse cum vv. 91 — 94. cohaesisse, et in omni huius libri exordio maximas turbas excitatas esse, in Diss. mea de Lucr. p. 68. ss. ostendere studui.

52. *Efficiunt*] sic vetusta Pii exemplaria, Iunt. et Ald. 2., quos cum vulg. edit., Eichst. et Orellio sequutus sum. Wak. plurimorum librorum lectionem recepit *Et faciunt*, quam tamen et ipse ortam conset ex antiquiore orthographia *Ecfaciunt*, licet Lactantius quoque sic exhibeat, qui Inst. II, 3. et Epit. Inst. c. 25. hunc versum et sequentem usque ad vocem *terram* laudat.

53. *Depressosque premunt*] Amare Lucretium, ad vim sententiae augendam, voces eiusdem significationis et originis consociare, iam vidimus ad I, 814. 969. II, 1060. IV, 311. 1061. et alibi.

55. *regnum*] Brit. 2. *regni*; vulgo *regnum et*, sed Wak. copulam, contra librorum auctoritatem additam, recte omisit.

Vss. 56. et 57. iam legimus I, 154. 155., idemque infra redeunt v. 90. 91.; quare Bentleius censet, ex inferiori illo loco contra auctoris voluntatem huc translatos esse; cui in Diss. mea p. 52. s. assensus sum, ubi simul versus sequentes 58 — 67. e libri V. vv. 83 — 91. ab alia, quam Lucretii, manu male hic repetitos statui. — ac Wak. revocavit ex omnibus libris scriptis, quibuscum consentiunt Iunt. Ald. 2.; reliquae editt. vett. *has*; vulgo *haec*, contra libros.

61. *supra*] sic Wak. restituit e Poor. Brit. 1. 2. 3. Ver., quibus adde Ven. Iunt. Ald. 2.; vulgo *supera*, ut Vind. (?) Brix. Ald. 1. Bon.; Lugd. 1. 2. *super ad*, sed a secunda manu.

64. *miserei*] sic plurimi libri, quos cum edit. vulg. Eichst. et Orellio audiendos duxi, quia hi versus ad verbum e superioribus descripti videntur. Wak. e Lugd. 2. Cant. Vind.

Brix. Ver. Ven. dedit *miseris*. — *ignarei*] Cant. *ingnari*, ad antiquiorem orthographiam.

67. *caeca ratione*] ita Wak. (Eichst. Orell.) cum Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; Iunt. Ald. 2. *tota ratione*; vulgo *tota regione*, e Lambini coniectura. Bentl. *tota a ratione* legi iubet, ut V, 23., sed sine causa.

68. *longeque remittis*] *que* abest a Brit. 2.; Vind. Brit. 2. 3. *remitti*.

69. „*putare*: i. e. *tò putare*; ut nominis officio scilicet post verbum *remittis* infinitivus modus fungatur: quo nihil doctius, venustius, aut magis Lucretianum. Editores [omnes a Lambino usque ad Wakef.], qui per fas nefasque ruere non dubitaverint, dummodo Lucretium sordibus suis conspurcarent, ausi sunt ex arbitrio reponere *putando*: quod Gratiae aversantur.“ *Wak.*

70. *Delibata*] Lugd. 2. *Deliberata*; „unde, Wak. inquit, facile est cuivis exsculperere *Delibrata*: sed non causa est, ob quam recepta velimus immutare.“

71. *oberunt* Wakefieldi est coniectura admodum probabilis, ab Eichst. quoque et Orellio recepta, quam sic interpretatur: „*ob os tibi erunt*, et, quasi minitancia, vultus saevos a coeli regionibus ostendent.“ Libri enim omnes *oderunt*, praeter Ald. 1. (in qua laudanda falsus est Gerard.) Bon. Iunt. et Ald. 2., *aderunt* praebentes, ut in vulg. edit. legitur.

72. *ex ira*] Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *exire*, Vind. *ire*. — *inibat*] Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *inibat*, Vind. *inibat*.

73. *quietus* Wak. restituit ex omnibus fere libris, hac addita interpretatione: „nihil caussae re vera habens, ob quam discrucieris ac conturberis.“ Vulgo *quietos*, ut Iunt. et Ald. 2.

74. *fluctus*] „Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. Cant. [Brix.] Ver. [Ven.] *fletus*; unde verissimum putassem *flatus*, ut Sil. It. XVII, 120. Virg. Aen. XI, 346., nisi vates idem obstitisset ibid. XII, 831.“ *Wak.*

76. *simulacra feruntur*] Retinui vulgarem lectionem, Orellium sequutus, qui haec annotat: „Non est haec, ut Wak. opinabatur, Pii, i. e. Avancii emendatio, sed lectio Ed. Brix. [unde transit in Ald. 1. 2. Bon. Iunt.], quam restitui-  
mus. Ver. Ven. *ferunt*, quod quum metro repugnare viderent, perverterunt in *ferunt*, [et sic Wak. et Eichst. e plurimis sane libris ediderunt]; sed *feruntur* satis defenditur et Lucretii more (IV, 177. 240. 328. [359. 737. 747.] etc.) et subiuncto *in menteis*, in quo, altera lectione recepta, misere

sese torquet Wak. " Hic nimirum suam scripturam (*simulacra fuerunt*) sic explicat: „nec valebis tranquilla mente ea simulacra contemplari, quae primitus ad veras deorum figuras sunt expressa;“ verba *in mentes* vero, aut cum prioribus coniuncta, pro *in mentibus*, aut potius cum *nuntia* constructa, pro vulgari *nuntia ad mentes* posita censeat; quorum neutrum probabile videtur.

81. *profecta* Wak., Bentleio suasore, (qui comparat G. Nep. Att. c. 9. §. 4.) ex omnibus libris restituit; vulgo *profata*, quam Aurati coniecturam Alterus, haud dubie dormiens, tamquam e Cod. Vind. exscribi iussit.

83. *superum coelique*] sic Wak. (Eichst. Orell.) edidit e Poor. Cant. [et Iunt.], a quibus paullum modo recedunt Lugd. 1. 2. Vind., *superum coelisque* praebentes. Brix. *coelis speciesque*, Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon. *coeli speciesque*, ut vulgo; Brit. 1. *coeli terraeque*, Brit. 2. *coelisque*, Brit. 3. *coeli sit quaeque*. *Supera* autem idem est, quod I, 128. *res superae*, et eodem modo dicitur a Cicerone Acad. IV, 39. 41. de N. D. II, 6. 33. Virg. Aen. VI; 787. et saepius.

85. *quomque*] sic Wak. (Eichst. et Orell.) cum Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. cunctisque edit. vett.; Brit. 2. *quaque*, ceteri *quaeque*, ut vulgo editur.

86. *trepides*] Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. *trepidans*, Brit. 1. *trepidans*. Ordo est secundum Wak.: „Ne amens (i. e. animi consternatus et vacuefactus) partibus coeli divisus (ut Virg. Aen. XII, 776.) *trepides*, unde ignis etc., i. e. tremebundus cogites atque inquiras.“

87. *pervenerit*] Wak. coni. *provenerit*, sine ulla causa idonea, inprimis quum hic versus et duo sequentes, prorsus iisdem verbis expressi, infra iterentur v. 383. ss., ubi Wak. nihil dicit de mutanda lectione.

88. *partem*] Wak. (Eichst. Orell.) cum Lugd. 1. Poor. Brit. 3. *partim*, ad antiquiorem orthographiam, ut Wak. dicit; quam tamen formam e tam paucis libris restituere non ausim. (Conf. Schneid. Gr. Lat. II. p. 210. s.)

Vss. 90. et 91. supra iam adfuerunt v. 56. 57.; quare omnem locum v. 87 — 91., ex aliis duobus locis repetitis compositum et prorsus superfluum, in Diss. mea de Lucret. 53. s. Lucretio abiudicandum esse censui.

92. *supremae*] Ald. 1. Bon. *suprema*, Brit. 2. *summae*. — *praescripta*] Lugd. 1. *praescribito*, Lugd. 2. *praescripta*; „unde forsitan genus antiquissimum Lucretius orthographiae servaverit *praescripta*: vid. Priscian. l. I. fin.“ Wak. — ad] Lugd. 2. Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ald. 2. *ae*, Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. Iunt. *et*. — *callis*] sic Wak. cum plurimis libris;



Bodl. *collis*, Brit. 2. *talis*; vulgo *calcis*, e Turnebi conii, a Lambino primum recepta, et ab Orellio quoque servata, qui dubitat, an *callis* unquam de curriculo usurpatum fuerit. At vero non hoc quaerendum, sed num a Lucretio sic usurpari potuerit; quod profecto nemo negabit. Ceterum de omni hac Calliopes invocatione, loco; ut mihi quidem videtur, prorsus alieno hic inserta, vid. quae supra ad v. 48. observavimus, collata cum annot. ad V, 947.

95. *insigni* Wak. rectissime restituit ex omnibus libris, comparans Virg. Aen. I, 625.; vulgo *insignem*, ad editorum arbitrium, haud dubie ob locum I, 928. sive IV, 4.

101. *hinc*] Brit. 2. *hic*; „non male,“ ut Wak. censet.

102. *nubes*] sic Poor. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quos editores sequuti sunt; mira tamen in reliquis libris invenitur varietas: Lugd. 1. 2. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *mire*, Vind. iisdem literarum ductibus *in ire*, Brit. 2. *mirae*; in quibus aberrationibus utique aliquid latere videtur, cui eruendo imparem me profiteor; nam coniecturam *nixae*, quae mihi in mentem venit, statim reieci. Wak. conii. *firmae*, quod nimium recedit a librorum vestigiis.

104. De vocabulo *fumus* in plurali usurpata conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 145. not. 31.

105. *aut bruto*] sic Hav. Wak. Eichst. cum plurimjs libris; Brit. 2. Ald. 1. Bon. *abrupto*, quod vulg. editt. receperunt. Wak. comparat Festum: „*Brutum* antiqui *gravem* dicebant,“ et Hor. Od. I, 34, 9., ubi *bruta tellus* sit „inerti pondere gravis, et immobilis.“ — *pressae*] Brix. *praesse*, Ver. Ven. *presso*, Ald. 1. Bon. *pressi*, ad lapides relatum, longe deterius. Bentl. sine iusta causa conii. *fessae*.

109. *theatris*] Pii Codd. quidam *trachelis*; „quae lectio (sic scripsi in Diss. mea de Lucr. p. 110. s.) mirificam habet commendationem, quum plane incredibile sit, librarium quendam vulgari lectioni hoc verbum substituisse, quod in Latinorum scriptis tam rarum et incognitum est, quam aptum et elegans in nostro loco, cui solus Macrob. Sat. V, 21. lucem afferre potest, qui dicit: „Asclepiades — — ait —, navalis *mali* [sic enim haud dubie pro *veli* legendum; conf. Athen. XI, 7, 49.] partem inferiorem *πέτρων* vocari; at circa mediam ferme partem *τράχηλον* dici etc.“ Iam vero quum constet, Lucretium verba graeca saepius in suam rem convertisse, (conf. ad II, 412.) sane haec lectio magnam acquirit veri speciem; quae tamen si vera fuerit, sed a seriore interpolatore, utpote obscura et insolita, remota, necessario sumendum est, simul et sequentem versum magnas passum esse mutationes, quum Lucretius vix scribere potuerit: Carbasus, tra-

chelis (i. e. malo) intenta, inter malos trabesque iactata. At mutatio in promptu erat, siquidem ad singula verba sumi poterat ex alio Lucretii loco IV, 74.; ex quo tamen si fortasse erunt qui nostrum etiam defendant, his nihil aliud opponere possum, quam miram illam lectionem, cuius originem, nisi a Lucretio ipso profecta fuisset, equidem non divinare valeo.“

110. *malos*] sic Pii Codd. quidam, Lugd. 1. 2. Brit. 2. Iunt. Ald. 2.; Brix. Ald. 1. Bon. *muos*, Bodl. Vind. Brit. 1. Cant. Ver. Ven. *matos*, Poor. *in altos*, Brit. 3. *magnos*. — *iactata*] Brit. 2. *agitata*.

111. *percissa*, scil. *nubes* (conf. infra v. 138.); licet antea de *nubibus* in plurali loquutus sit. — *auris*] sic Wak. ex omnibus libris restituit, ipse tamen potius *Austris* legendum esse suspicans, quas voces saepius confusas esse demonstrat Burmann. ad Ovid. Met. I, 107. Ex eadem sollicitudine fluxit vulgaris lectio *Euris*, iam ante Lambinum in contextum illata. Omnes enim, ut rectissime observat Exc. Nobbius, qui in Syntagma suum recepit v. 107. — 158. huius libri, dubitasse videntur, an *aura*, quod plerumque de leniori tantum aëris motu dicitur (conf. Ernesti Synonym. L. L. p. 139., a Nobbio laudatus), etiam de vehementiori ventorum flatu adhiberi possit. Quod tamen utique fieri posse, idem Nobbius demonstrat locis Ovid. Met. III, 209. Sil. Ital. IX, 501. et Plin. Epp. V, 6. comparatis. Quare de vulgari lectione neutiquam dubitandum videtur.

112. *sonitus* abest a Vind. Brit. 1. 2. Brix. Ver. Ven.

114. *chartasve*] Wak. (Eichst. Nobb.) *chartasque* cum Poor. Brit. 3. Cant. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. Nos antiquiores et meliores libros audiendos duximus.

115. *plangunt*] Bodl. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *planguent*, Vind. Poor. Brit. 1. 2. *plangent*.

116. Coniunctionem *ut*, quam vulg. editt. contra libros ante *non* inserunt, Wak. recte omisit, quamquam alibi fere semper *fit*, *ut*, vel *uti*, a poëta nostro dicitur. (Conf. ad III, 109.)

118. *corpora tractim* Fabri est emendatio, quam, quum ex parte certe annuant Lugd. 1. 2., *tractim* praebentes, Wak. recepit, procul dubio rectissime. (Conf. III, 529.) Ceteri libri omnes *corpore tractum*, praeter Brix., quae *tractam*, et Lugd. 2. Iunt. Ald. 2. (aliosque fortasse Wak. libros), qui *corporis* exhibent. Sic etiam vulg. editt. *corporis tractum*; Gifan. male coni. *corporis tactum*.

V. 119. Exc. Nobbius haec adscripsit; „Alteri [i. e., quantum equidem scio, non nisi Havercampi exemplum ed.

Veron. in margine] *turget*, non Latine; alteri [et quidem omnes libri nobis cogniti] *terget*; hoc Wak. interpretatur *fert et perstringit*, ad sensum non male, sed contra consuetudinem. Namque nullo eorum, quos attulit ille, locorum [Claud. de laud. Stil. II, 277. et Martial. VI, 1, 3.] vocabuli probatur significatio. Malim *terret*, quod verbum ad fragorem referri recte posse et hanc in sententiam dici videtur. Quae coniectura licet admodum speciosa sit habenda, tamen vulgatam omnium librorum lectionem, quam et Nonii auctoritas tuetur, hunc versum IV, 31. afferentis, retinendam censuimus, quum IV, 250. et 253. verbum compositum *pertergere* eadem fere significatione usurpetur.

120. *exierunt*] sic Lugd. 1. 2. Brit. 2, quos Wak. Eichst. Nobb. sequuntur. Brix. *exerium*; Brit. 1. Ver. Ven. *exierint*; ceteri libri *exierit*, quod vulgares editt. receperunt. Recte Wak., qui laudat Heinsium ad Virg. Ecl. IV, 61., „malum timorem de metro veram lectionem mutavisse“ dicit. (Conf. ad V, 876.)

123. *Maxuma*] Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *Maxime*. — *dissiluisse*] Brit. 3. (qui tamen veram scripturam habet in margine) Ald. 1. Bon. *dissoluisse*, Brit. 1. *dixiluisse*. In Brit. 2. vv. 123. — 131. ob homoeoteleuton omissi sunt.

125. *intorsit*] Bodl. Brix. Ver. Ven. *intersit*; Vossius coni. *intercit*, male.

126. *vorsante*] sic Wak. (Eichst. Nobb.) cum Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven.; ceteri libri ex emendatione grammatica *versanti*, ut vulgo editur. Sed in ablativo 3. declin. hic producto non erat offendendum. (Conf. ad I, 806. et V, 512.)

128. *commovit* absolute pro *se commovit*, ut saepissime apud Lucretium. (Conf. ad I, 398. II, 243. III, 501. IV, 70. etc.) Prorsus igitur superflua Vossii coniectura *contumuit*.

129. Adiectivo *perterrificus* alius etiam antiquior poëta apud Cicer. Or. 49. usus est, quem Planck. ad Ennii Med. p. 124. hunc ipsum Ennium fuisse docet; eandemque vocem Palmerius, ab Havercampo laudatus, (in Gruteri Thes. crit. IV. p. 786.) Varroni apud Nonium IV, 63. (non I, 63., ut apud Wak. legitur,) pro vulgari *Propter crepas* restituendam censet.

130. *vesicula*] Vind. Cant. Ver. Ven. *vensicula*, Poor. Brix. Ald. 1. Bon. Iunt. (et Cant. Ver. pro varia lectione) *vessicula*.

131. *pariter*] Vulgatam, quam praebent Vind. Brit. 1. 2. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., cum Nobbio retinui; ceteri libri *parvum*. Wak. (quem sequitur Eichst.) ex Isidoro, „qui Origg.

XIII, 8. hos versus Lucretianos manifestissime non modo respicit, sed paraphrasi luculenta declarat, "recepit *multum*, quod iam Vossius, haud dubie ex eodem fonte petitum, margini exempli sui adscripserat. Nihilominus Wak. et coniecturam proponit *per vim*, quam sperat „punctum omne doctorum laturam esse." Nos Codd. sequi maluimus, quam dubiam Isidori auctoritatem, aut Wakefieldi divinationem.

133. *Ut*] sic Wak. (Eichst. Nobb.) cum plurimis libris; Poor. Brit. 2. Brix. Ald. 1. Bon. *Et*; vulgo *Cur*, libris omnibus reclamantibus. — *faciant*] Bodl. Vind. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *faciunt*.

137. *incita*] Cant. *insita*, mendose. (Conf. supra ad V, 1093.)

138. *Perscindat*] Wak. con. *Proscindat*, Isidorum sequutus. Sed vide supra v. 111. — *perfringens*] Lugd. 1. *perfringens*, Poor. *perstringens*.

141. *Arbusta evolvens*] Lugd. 2. Ver. Ven. *Arbusta volvens*, quod Wak. docet ortum esse e contracta scriptura *Arbustevolvens*, quae comparet in Vind. et Cant.

143. *in frangundo*] ita Wak. (Eichst. Nobb.) cum Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; vulgo *infringendo*, ut e meis libris Iunt. et Ald. 2.

144. *aestu*] Cant. *aestus*, quod Wakefieldo „impense placet," comparanti Lucan. VIII, 566.

145. „*incidit*] Brit. 2. *incidat*; non male, si legas *uti*, vice *ubi*, ut edit. quaedam [v. c. Gifanii et Paraei].“ *Wak.* Nihil tamen mutandum esse patet.

147. Vulgares edit. ante *magno* inserunt *ut*, quod Wak., consensu librorum omnium suadente, primus omisit, recte simul restituens indicativum *trucidat*, ob coniunctionem additam in *trucidet* mutatum. Tamen „haec turpissima peccata, inquit Wak. propagavit Vind. editoris socordia.“

149. *propter*] sic Wak. (Eichst. Nobb.) cum omnibus fere libris; Vind. (?) Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *propere*, quod vulg. edit. propagarunt. — *demersimus*] Brit. 2. *demersus in*, quare Wak. con. *demersis in*, praeter necessitatem. Sensum Exc. Nobbius sic exposuit: „Si ferrum candens, nullo ad refrigerium tempore concessio, in aquam gelidam iuxta demersimus, sive in aquam, quae ad manum est, gelidam demersimus. Perinde est enim, utrum adverbium *propter* cum ipso verbo *demersimus*, an cum nominibus *in gelidum propter imbrem* coniunxeris.“ — *imbrem* de quolibet humore dici, Wak. observat, laudans Virg. Aen. I, 123. ibique Servium. (Conf. annott. ad I, 771., ubi *rorem* eodem modo adhiberi vidimus.)

151. *ingenti*] Vind. Cant. Ver. Ven. *ingentis*. — *succesa*] Wak. ex more suo *subcensa*, ut Ver. Ven. Ald. 1. Bon. — *repente*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 2. Ver. Ven. Ald. 1. *recede*, Cant. *repenti*.

152. *vagetur*] „*Scriptis utique Lucretius procul dubio vegetur; i. e. promovetur, excitatur, propagatur. Festus: Vegere, portare. Ennius apud Nonium II, 876. [p. 295. Hes-sel.] aequora salsa veges ingentibus ventis.*“ *Wak.* Quae coniectura, ut plurimae huius viri, mihi prorsus superflua videtur.

154. *res ulla*] Vind. Brit. 2. (et Ver. Ven. pro varia lectione) *res vita*, Pii Codd. Poor. Cant. *resina*, Brit. 3. *res visa*. Nihil latere puto. Ceterum hunc et sequentem verum sine ulla varietate affert Macrob. Sat. VI, 4. (p. 175. Bip.), cum Virg. Geo. I, 85. comparatos.

155. „*sonitu*] Ver. [cui adde Brix. et Ven.] *sonitum*; unde cogitare possis de *sonitu in*, quod et Vossio in mentem venit: sed imitatio Virgiliana ad Aen. VII, 74. prudentem facile a novando absterruerit.“ *Wak.*

V. 156. Nonius laudat VIII, 26. (p. 758. Goth.)

158. *confertit*] Poor. *confersit*, quod Wak. praefendum censet; Brix. *consertit*, Pii Codd. quidam, Brit. 3. Cant. *confertit*, Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *convertit*, Brit. 1. *confertur*, Brit. 2. *confe*, reliquis literis omissis. — *arctum*] Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *altum*, quod, Wak. iudice, non deterius est.

159. *mixtei*] Wak. (Eichst.) cum Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *mixta*, provocans ad plures locos a se ad III, 643. alatos (ut Virg. Aen. II, 609. III, 99. V, 470. [ubi plurimi Codd. habent *mixtos*,] IX, 349. X, 871. XI, 634. [ubi tamen omnes libri *permixti* praebent] XII, 340. etc.) Sed prorsus assentior amiciss. Nobbio, nullum horum locorum nostro plane similem esse, in quo orationis aequalitas et elegantia *mixtei* necessario postulet.

160. *Fulgit*] sic vulgo exhibetur cum Nonio, (qui hunc versum et sequentis initium cum multis aliis exemplis verbi *fulgere* affert X, 12.), Lugd. 2. Brit. 1. Iunt. et Ald. 2.; ceteri libri *Fulget*, minus exquisite. (Redi ad V, 1094. ibique annotata.)

162. *lapis*] Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *lapidis*, et in Cant. ultima litera vulgatae lectionis in rasura scripta; quare Wak. con. — *ceu faciem si P. lapidis ferrum*.

165. „*Fulgere*, i. e. *to Fulgere*, vel *fulgur*. Nonnulli [Susius nimirum aliique], prorsus hospites leporibus Lucretii, in doctissime *Fulgura* voluere.“ *Wak.*

166. *moveant*] Cant. *moveat*. (Sed vide IV, 724. et similes locos.)

168. *Ancipiti*] Vind. Brit. 2. Cant. Ver. Ven. *Ungipiti*. — *videas*] sic editores cum Pii quidam Codd. Brit. 1. Iunt. Ald. 2.; Brix. *videant*, reliqui omnes *videat*. — *auctum*] Brit. 2. *auctu*. Pius male coni. *ictum*. *Auctus*, ut alibi (v. c. II, 482. V, 1170. etc.) pro *augmine* corporis, sic hic per consequens pro *mole*, *grandi corpore* ipso positum, optime se habet.

169. *auras*] sic Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon., quas editt. vett. Wak. recte sequutus videtur, comparans Virg. Aen. XI, 799.; vulgo *aureis*.

170. *fulgorem*] Lugd. 1. 2. *fulgurem*, Brit. 2. *fulgere*.

172. *Et*] ita Poor. Cant. Ver. Ven. Ald. 1. Bon., quibus cum Eichst. auscultandum duxi. Wak. suspicatur *Ex*; vulgo *E*. Contra vulg. editt. *et* inserunt post *causa*, quod, ne uno quidem libro scripto addicente, Wak. delevit.

179. Hunc locum Priscianus respexit, VI, 18. §. 96. (p. 726. P.) haec scribens: „Glans, glandis. Sic Ovid. in XIV. Metam.: *ut lata plumbea funda Missa solet medio glans intabescere coelo*. Similiter Lucretius protulit, et Livius in XXVII. etc.;“ atque eadem fere repetuntur VII, 8. §. 38. (p. 750. P.) — *liquescit*] sic soli Vind. Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; ceteri omnes *quiescit*, gravissimo errore.

180. *perscidit*] Vind. Ver. Ven. *perscindit*, Poor. *proscidit*.

182. *nictantia*] Ver. Ven. *victantia*, Poor. Brit. 1. *luctantia*, Brit. 2. *micantia*, Brit. 3. *nutantia*, Cant. *metanica*.

183. *qui*] Bentl. vult *quia*, qua mutatione non opus est.

184. *oculorum ad limina nostra*] sic Wak. cum Lugd. 1. Vind. et Iunt., a quibus reliqui paullum modo differunt, *lumina* pro *limina* praebentes, minus exquisite. Vulgo tamen *oculos ad lumina nostros*, ex editorum arbitrio.

185. *alte*] Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. *alti*, Brit. 2. *altis*, Ver. Ven. *ala*; quare Wak. suspicatur aut *altum*, aut *altim*, „si sic scripsissent antiquissimi, ad formam adverbiorum deamatam Lucretio, et saepenumero usurpatam.“

187. *Nec*] ita, praeter Lambini, ut videtur, Codd., Vind. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quos vulg. editt. sequuntur. Wak. (Eichst.) cum reliquis libris *Ne*. — *fraudi*] Brit. 3. in margine *frudi*, quam scripturam Wak. veram habet in Lucretio, coll. Nonio I, 130. — *inferne*] sic Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Brix. Iunt. Ald. 2.; Cant. *inferve*, Bon. *inferna*, „ex antiqua lectione,“ ut Pius tradit; reliqui *inferre*.

188. *sint*] Lugd. 2. Vind. Poor. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ald. 1. Bon. *sit*, Ver. Ven. *sic*. — *extracta*] Cant. *exstrictus* (?)

Brix. Ver. Ven. *extricta*, Poor. *extritus*. — *quid*] Lugd. 2. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *quod*.

191. *Aut*] Brit. 2. 3. Brix. Ver. Ven. *At*, forte pro *Ac*, ut Wak. dicit; Poor. *Ast*. — *ubi*] Brit. 2. *tibi*. — *cumulata*] Vind. *culata*, Brit. 2. *colata*, Ald. 1. Bon. *collata*. Poor. Cant. *procul alta*; „quod prope absum, ut veram poëtae manum existimem.“ *Wak.* Mihi vel ob v. 518. vulgata non sollicitanda videtur.

192. *urguere*] sic diserte Brix., idemque volunt Ver. Ven., *vignere* praebentes; quam scribendi rationem nos cum Wak. constanter sequuti sumus.

V. 195. ex Ennio sumtus videtur, p. 242. Hess., quem locum Cicero servavit Tusc. I, 16. Conf. etiam Virg. Aen. I, 166.

198. Brit. 2. hunc praebet verborum ordinem: *in caveis-que minantur more ferarum*.

199. *fremitus*] Ver. Ven. *fremitur*, Lugd. 2. *fremitu*, quare Wak. suspicatur *fremitum*, inprimis quum *fremitus* in numero multitudinis apud Virgilium non inveniatur. Quae mihi non tanti videntur, ut de omnium fere librorum lectione dubitemus.

200. Conf. V, 521., ubi hic versus iam adfuit.

205. *Devolet*] Vind. Brit. 3. *Devolvēt*. — *color*] sic so-lae Ald. 1. 2. Bon. (et Iunt. in varr. lectt.); ceteri omnes et Macrobius (qui hunc et praecedentem versum, cum Virg. Ecl. VI, 33. comparatos, affert Sat. VI, 5.) *calor*, mendose.

208. *Flammeus est*] *est* desideratur in Vind. Poor. Brit. 3.; et Brit. 1. habet *Flammatus*. — *colos*] Lugd. 2. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. *color*, pariterque Brit. 2. *coloret*, i. e. *color et*; fortasse non falso. (Conf. ad I, 11. III, 21. IV, 1024. VI, 1258.) — *ollis*] Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. (a prima manu) Brix. *solis*. (Sic enim mancam Wakefieldi notam supplendam esse, e Lugd. 1. Vind. et Brix. lectione colligo.)

211. „*contrusit*] Brit. 2. *contorsit*; errore non infelici: velut vi turbinis incumbens.“ *Wak.*

213. *fulgere*] Ver. Ven. *fulgure*, Ald. 1. Bon. *fulgore*.

V. 214. Nonius laudat X, 12. (p. 769. Goth.)

215. *diducit*] Brix. *diducat*, Poor. Brit. 2. Ver. Ven. *deducit*.

216. *ingratis*] sic Pius in commentario correxit omnium librorum lectionem *ingratius*, quem omnes editores inde a Lambino sequuti sunt. Ceterum Lamb. et Wak. scribunt *ingratiis*. (Conf. etiam ad III, 1082.)

218. *et sonitis*] ita Wak. rectissime, ut videtur, edidit e Cant., in quam lectionem ducunt etiam corruptiones *et sonis* in Brix. Ver. Ven., et *atque sonis* in Brit. 1.; reliqui omnes *et sonitu*, quod vulg. editt. propagarunt. Wak. autem Nonium laudat VIII, 67. „*Soniti* [sic enim pro vulgato *Soni* legendum esse, e locis a grammatico laudatis quisque cum Wak. videt] et *sonu*, pro *sonitus* et *sono*. Pacuvius Duloreste: Quidnam autem hoc *soniti* est, quod stridunt fores? Caecilius Calcis: Num quidnam fores fecere *soniti*?“

219. „*quali*] Poor. Cant. Bon., Iunt. Ald. 2. *quod sic*, [Ald. 1. *quod sit*]; deest Vind. Brit. 1. 2. 3, [Brix.] Ver. [Ven.]; unde credibile est, veram vocem iam diu excidisse, et tam *quali*, quam *quod sic*, emblema esse correctorum, iustam versus mensuram utcunque adimplere cupientium.“ *Wak.*

220. *ictus et inusta vapore*] Retinui cum Eichst. vulgata lectionem, ab Ald. 1. 2. et Bon. diserte exhibitam, a quibus reliqui libri non magnopere differunt: Pii Codd, quidam et Iunt. *ictus et mista vapore*, Lugd. 1. 2. *ictu et inusta vaporis*, Brit. 2. *ictu ut inusta vapore*, ceteri omnes *ictu et inusta vapore*. Wak. e coniectura superflua edidit *ictu subinusta vaporis*.

221. „*halantes — auras*] Poor. Brit. 1. 3. Cant. Ver. Bon. *halantis*, vel *halanteis*, *auris*; perperam utrumque. Sane scribere possis: — *notaeque graves, halantes sulfuris auris*, ut Virg. Geo. IV, 109.; sed vulgata malim, ut v. 390. [391. nostrae edit.] et II, 417.“ Sic Wak., rectissime. Ceterum e vett. editt. Brix. Ver. Ven. *halantis — auris*, Ald. 1. Bon. *halanteis — aureis*, Iunt. Ald. 2. *halantis — auras* exhibent.

223. *saepe* Vossii est coniectura admodum probabilis, quam Wak. recepit, quum defendi videretur lectione Brit. 1. *seque*; Poor. *sese*, (quam scripturam Pius quoque commemorat), Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *se*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *per se*, ut vulgo editur.

226. *motibus atque*] sic Wak. restituit e Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 2. 3. Cant. (quibus accedit Brix.), locum sic interpretatus: „Fulmen intra parvissimum spatium suos motus peragit, sine vagationibus obliquitatibusque; adeo ut tenuissima foramina transire possit.“ Vind. Ver. Ven. *montibusque*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *mobilibusque*, quod vulg. editt. ceperunt.

227. *obsistere*] Vind. Brit. 2. 3. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *absistere*.

228. *validum* Wak. in contextum revocavit ex optimis libris, cum quibus conspirant Iunt. et Ald. 2.; vulgo *valide*,



ut Brit. 2. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. Ceterum hic versus cum sequente paullulum variatus iam adfuit I, 490 s., ut Creech. et Bentl. fortasse non omnino errent, hunc versum, qui a languida tautologia vix liberari potest, spurium censentes.

231. Coniunctionem *ut*, quam vulg. editt. post *item*, libris omnibus invitis, intruserunt, Wak. primus omisit.

233. *rareque*] Ver. Ven. *raraque*. — *lateramina*] Hanc veram scripturam servavit Mart. Capella de anal. III. init. maximam partem huius versus sic afferens: *rarique facit lateramina vasi*. Vero proxime accedunt Brit. 3., *latera invia*, et Cant., *latera minua* praebentes; Vind. *latera minus*, ceteri omnes *latera omnia*. Vox *lateramen* vero ἑπαξ λεγόμενον videtur. — *vasi*] sic idem Capella, qui affert haec verba ob hanc ipsam rariorem genitivi formam; quare recte a Wak. restitutam puto, licet omnes libri *vasis* praebent, quod vulgo editur. A forma *vasum* vero non solum *vasis* in tertio et sexto casu pluralis (ut apud nostrum III, 435. VI, 231. Caes. B. C. III, 37. Columella XII, 20. §. 2. Plin. XXVIII, 35. etc.) et genit. plur. *vasorum* (Plin. XXXIII, 53.) occurrit, sed ipso etiam nomin. vel accus. sing. utuntur Fab. Pictor ap. Nonium XV, 11. Cato apud Gellium XIII, 23. Plaut. Truc. I, 1, 33. et Petron. c. 51. (Conf. etiam Ruddim. Inst. Gr. I. p. 111. not. 19.) Ceterum Wakefieldi Cod. Brit. 2. cum hoc versu impertune deficit.

234. *insinuatus*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. Brit. 1.; ceteri libri omnes *insinuatur*, quod vulg. editt. receperunt, copula *et* in fine versus contra libros universos addita, quam Wak. recte omisit.

236. *vapor aetatem*] Brit. 1. *vapore aetatem*, Vind. *vapore tacere*, quarum varietatum originem Wak. accuratissime enucleavit.

237. *cellens*, „i. e. velociter agitans, fortiter impellens, feriens, commovens telis suis,“ ut Wak. interpretatur, hanc lectionem e Lugd. 2. restituens; quae in Lugd. 1. et duobus Lamb. Codd. abiit in *tellens*, unde *tollens* factum in tribus Mss. Lamb., Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven.; Ald. 1. 2. Bon. Hunt. *cadens*. Vulgo *pollens*, e Lambini coniectura, qui tamen et in veram lectionem iam inciderat.

241. *tigna* vulgaris est lectio, primum e Lambini ingenio restituta, sed, si Hav. et Altero fides habenda, Lugd. 1. et Vind. comprobata, quam cum Eichst. retinui, quum exquisitor sit altera, *ligna* nimirum, a Wak. e plurimis libris recepta. Lugd. 2. habet *signa*.

242. *demoliri*] sic Lugd. 2. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quos, Bentleio etiam suadente, cum vulg. editt. et Eichst. sequutus sum; reliqui libri *commoliri*, quod Wak. edendum curavit, etsi e v. 255. huc translatum videatur.

244. *possint*] sic vulgares editt. et Eichst.; Wak. vero e Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et vett. editt. recepit *possunt*, quem indicativum quomodo locus commode admittat, non video.

245. *te abest* a Lugd. 1. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven.; Lugd. 2. *quam*, quare Voss. coni. *neque quem in pr.* etc. Sed vide V, 92.

246. *gignier e*] Hic etiam vulgatam, Eichst. duce, revocavimus, quam exhibent Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; nec multum differunt Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven., *gigni e* praebentes, quem metri defectum ceteri sic explere student: Poor. *progigni in*, Brit. 1. *progigni e*, Cant. *nunc gigni e*. Wak. e coni. edidit *gigni de*.

247. *exstructis*] Bodl. Vind. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *extractis*, quod e scriptura *exstructis* ortum, quae comparet v. c. in Iunt. et Ald. 2. Pius affert etiam lectionem *extrusis*.

251. *Acherunta reamur*] Ver. Ven. *adierunt arctamur*, Brit. 3. *adierint aera*, quae sunt apertae corruptiones receptae lectionis, quae comprobatur etiam IV, 171., ubi versus nostri 251 — 254. iam adfuerunt, *rearis* modo pro *reamur* posito.

252. *complexse*] Poor. *complexa*, Brit. 1. *implese*.

254. *Impendent*] Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *Impendant*, Ald. 1. Bon. *Impendent*.

257. *demissum*] ita Wak. cum Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; ceteri libri *dimissum*, ut vulgo editur. — *flumen*] sic e libris vett. non nisi Iunt. et Ald. 2.; reliqui omnes *fulmen*.

258. *et fertur* lectio est omnium fere librorum, quam Wak. iure retinuit, sic explicatam: „nimbus piceus in omnem partem fertur et dispergitur cum tenebris.“ Unus Brit. 1. *aetheriis*, e temeraria correctione. Hav. recepit Vossii coniecturam *et fertus*, quod pro *refertus* vult positum, quae tamen mutatio simul aliam necessariam reddidit, verborum *et trahit in attrahit*. Graviter, sed non iniuste Wak. contra dicit; qui praeterea cum loco nostro comparat Virg. Geo. I, 322 ss.

260. „*ipse, nimbus* scilicet, pariter ignibus ac ventis gravidus, atque tempestas fulminibus et procellis.“ Wak. Ceterum Ald. 1. et Bon. *repletur* pro *repletus*, male.

262. *supera*] sic Brix. Ald. 1. Bon. et, si Hav. vere tacet, Lugd. 1. 2. Bodl., nec differunt Ver. Ven., *super a nostris*, et Cant., *super anostrum* praebentes; quare Wak. vulgatam

recte retinuisse censeo. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Iunt. Ald. 2. *supra*. (Conf. ad I, 544. III, 386. etc.)

266. *tanto*] Ald. 1. Bon. Iunt. *tantos*. — „*venientes*] verissime, casu recto, i. e. *nubes*: et *tò opprimere* absolute, ut v. 235. [236. nostrae edit.] Conf. etiam I, 280. IV, 1173.“ Haec Bentleius adscripsit, quo suasore Wak. omnium fere librorum lectionem in contextum revocavit. Vulgo enim legitur *haec terras*, nescio an contra omnes libros Mss., nam, etsi Vind. non respiciamus, in Brix. certe, si Gerardo fides habenda, legitur *terras*; in Ven. Ven. vox prorsus abest. Lamb. duplicem proposuit coni.: *Nec tanti possent venientes opprimere ignes*, (quam Gassend. probavit), vel: *Nec tanto possent viventeis opprimere imbri*.

267. *Flumina*] Poor. Brit. 3. Cant. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Fulmina*.

269. *Hic*, i. e. in aethere. Sic autem Wak. ex omnibus fere libris (inter quos etiam Brix. (?) Ver. Ven. Ald. 1. Bon., licet Gerard. taceat) pro vulgari *His* restituit, quod solae Iunt. et Ald. 2. exhibent; Poor. *Sic*, receptae lectioni favens. — *plena*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. *plana*. De constructione verbi *plenus* cum sexto casu, Lucretio non minus, quam altera cum secundo usurpata (vid. VI, 537. 1184., et contra III, 951. 973. IV, 620. 1159. VI, 130.), conf. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 112. not. 30. et qui hic laudantur.

271. *supra*] ita Wak. cum Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2.; vulgo *supera*, ut Ald. 1. Bon., sed contra libros Mss., ut Wak. suspicatur.

272. *habere*] „Vind. *haec dere*, Poor. Brit. 3. Cant. [Brix.] Ver. [Ven.] *hac de re*; distractis primum syllabis, deinde mutatis literis.“ *Wak.*

274. *Hic*] Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 2. *Hoc*, Iunt. *Haec*.

276. *simul*] Cant. *similis*. — Ald. 1. et Bon. post *cum* inserunt *in*, vana, ut Wak. dicit, de metro sollicitudine. (Conf. ad V, 7. et infra ad v. 375. et 797.)

279. *accenditur*] Cant. *attenditur*. — *cum*] Brit. 1. *tum*; vulgo *nam*, ex editorum arbitrio. Lamb. suspicatur *suapte*, Hav. *sua quom*; quibus coniecturis non opus est. (Conf. ad I, 288.)

281. *vis venti, vel gravis ignis*] Optimum duxi, vulgaram lectionem, quae probum sensum habet, et plurium librorum auctoritate nititur, cum Eichst. retinere. Sic enim prisci Pii Codd. Poor. Cant. Iunt. et Ald. 2.; ceteri libri ita variant: Vind. Brix. Ver. Ven. *gravis ventum insigni* Lugd. 1. 2. *gravis venti vis igni*, Brit. 1. *gravibus ventis insignis*, Brit.

3. *gravis ventilis vis*, Ald. 1. Bon. *gravius iam ventus in ignis*. Quare Wak. e con. edidit *gravius ventosus, et ignis*, quod probare nequeo, licet haec Codd. vestigia aliam, quam receptam, lectionem innuere, non infitias eam. Bentl. nostrae lectioni quam simillime scribendum dixit *venti vis, vel gravis ignis*.

286. *videantur*] Brit. 3. *videatur*. „Nimirum absolutus usus verbi *opprimere* librario displicuit, sed iniuria: vid. v. 265. [266. nostrae edit.]“ *Wak.*

290. *Quo de*] Ver. Ven. *Quod e. — concussu*] Poor. Cant. Brix. *concussus*, Ver. Ven. *concussis*. Ceterum verba sequitur — — *uber* Priscianus laudat V, 3. §. 16. (p. 647. P.)

291. *uti*] Lugd. 1. 2. Brit. 1. 3. Vind. Brix. Ver. Ven. *ut*, Cant. *ita ut*; quare Wak. con. *Omnibus ut videatur*, i. e. hominibus, ipse tamen vulgatam praeferebat.

292. *revocare*] „Lego *revocari*. Bis idem dicit, In imbrem verti aethera, et Ad diluivem revocari: vide v. 256. *Diluivies est humor*.“ Haec Bentleius; cui tamen recte opponit Wak., ordinem et sensum sic esse capiendum: „Aether videtur revocare *imbrem* in *diluivem*: i. e. de novo quasi universam vim imbrium convocare, ut secundam diluivem importent terris.“

293. *Tantus*] Poor. *Tantos*, Cant. *Tanto*. — *discidio*] Ald. 1. 2. Bon. *dissidio*.

294. *quom*] Brit. 3. *tum*. — *incita*] Cant. *excita*.

296. *Incidit*] Vind. *Incedit*. — *in*] Brit. 1. *ad*. — *validam*] Vind. Poor. *valida*. Bentl. con. *gravidam*, ut infra v. 440. Wak. vero recte defendit Codd. lectionem, *validam* accipiens pro *crassam conspissatamque*, coll. vv. 176. 246. 250. superius. — *mature*] Ver. Ven. *matura*. — *a culmine*] lectio haud dubie verissima, a Wak. partim e Codd., partim ex ingenio restituta. Libri enim fere omnes *culmine* praebent, praepositionem vero Wak. addidit, Ver. et Ven. lectione *matura* fretus. Vulgo *fulmine*, ut solae Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; quod si primitus a Lucretio positum esset, non omnes librariorum in *culmine* mutatos fuisse, recte Wak. observat, qui receptam lectionem sic interpretatur: „Vult nimirum poeta, ventum ita incidere vertici vel superiori parti nubis, iam maturos ignes gestantis, ut eam permeet, atque alteram sive inferiorem partem eius, unde fulmen evolet, perrumpat.“

298. *quem*] Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *quam*, Poor. Cant. Iunt. Ald. 2. *quod*; sed Cant. in margine habet *quem*. — *patrio*] Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *spatio*, Lugd. 2. a secunda manu e *Latio*, et *Latio* etiam adscriptum legitur in margine Brit. 3.

299. „*in parteis alias*: i. e. non solummodo a nubis culmine, sed a lateribus, et ab ima parte denique; si venti vis eo se forte fortuna tulerit, et irruerit in nubem. Hinc nostra v. 295. [296. ex nostris numeris] constitutio validissime roboratur ipsius vatis auctoritate. Mentem loci non attigit interpres Creechius.“ *Wak.*

301. *Igniscat*] sic *Wak.* cum *Lugd. 1. 2. Vind.*, a quibus non multum recedit *Cant.* scriptura *Ignificat*. Ceteri libri *Ignescat*, ut vulgo editur. Scilicet a forma *igni* descendit *ignisco* et *ignio*, ut a forma *igne* venit *ignesco* et *igneo*. (Conf. *Wak.* ad h. l., qui laudat *Priscian. IX. p. 858. P.* et *Prudent. peristeph. 1378.*)

305. *Parvola*] sic *Hav.* et *Wak.*, nec annotat *Hav.* e suis *Codd.* varietatem. Omnes tamen *Wak.* libri cunctaeque editt. vett. *Parvola*.

307. *Fervida fit*] *Brix. Ver. Ven. Fecunda fit, Poor. Brit. 1. Fervidior.*

309. *ipsius*] *Vind. Brit. 1. 3. Ver. Ven. ipsis, Poor. Brix. ex ipsis.* — *plagae vis*] *Vind. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. plaga eius.*

310. „*pepulit*] absolute pro *pulsationem fecit*, uti *perculit* in versu proxime sequente, et *opprimere* v. 286.“ *Wak.* Pro *perculit* vero v. 311. *Bodl. Poor. Cant. habent pertulit.*

312. *ex ipso*, scil. vento. — *vaporis*] *Ald. 1. Bon. vapores.*

313. *ictum*] *Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. illum.*

314. *Wak.* censet, hunc locum *Servium* respexisse, ad *Virg. Aen. I, 743.* (*unde imber et ignis*) annotantem: „Scilicet ex nubium collisione: nam omnium rerum collisio ignem creat; ut in *lapidibus* cernimus; vel attritu rotarum, ut in *plaustris*; vel, in *sylvis, arborum.*“

315. *ferris est*] sic *Wak.* cum *Lugd. 1.* (non 2., quem *Hav.* certe non affert) et *Vossio*; idemque velle videntur *Vind. Poor. Cant.*, *ferris* exhibentes, quod, in *Brix. Ver. Ven.* in *terris* corruptum, facile ex *ferris* ortum esse potest. Vulgo sit *ferris*, ut in *Ald. 1. 2. Bon. Iunt.* — *secius*] *Vind. Poor. sencius, Cant. sentius, Ver. Ven. stutuis, Brit. 1. saucius, Brit. 3. sentiat.* — *illa*] *Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. ille, Lugd. 2. illo, Brit. 3. illum.*

318. *idonea*] *Brix. indomita, Ver. Ven. indomeat, Brit. 1. super rasura pervia.*

319. *Nec temere*, i. e. *Nec facile*, ut *sexcenties*; (v. c. apud nostrum *III, 253. VI, 1218.* et *saepius*). *Cassend.* autem male coni. *Nec tamen.*

320. *quo*] Brit. 1. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *qua*. — *vi missa*] sic Wak. cum Lugd. 1. et Cant., a quibus vere non discrepant Brix. Ver. Ven., *immissa*, et Vind., *umissa* praebeentes. Poor. *vis missa*, Brit. 1. *vi nixa*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *vi immissa*, ut vulgares editiones. Praeterea in Brit. 3. *est* non ad finem versus, sed post *tanta* ponitur.

324. *Ac*] ita Wák. e coní. pro *At*, omnium librorum lectione; vulgo *Et*, quod in Vind. vere inveniri, vix crediderim, et minus convenit Codd. scripturae. — *pergunt tibi* lectio est non minus e Wakefieldi ingenio profecta, sed satis elegans et speciosa, quum Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. praebeant *pergunt ubi*, Lucretius vero pronomina personalia sic more Graecorum addere soleat. (Vid. ad III, 214. IV, 408.) Poor. Brit. 1. habent *dispergunt*, Brit. 3. *pergunt cum*, Cant. *iam pergunt*. Hav. de suis Codd. altum tenet silentium, quos tamen vulgatam *pergunt sic* suppeditare, inde non statim colligas. Imo Iunt. et Ald. 2. hic etiam, ut saepissime, vulgatae primi fontes videntur.

327. *impetis*] Poor. Brix. Ver. Ven. *impetus*.

330. *et levibus*] sic Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. Iunt., quos Wak. sequutus est. Vulgo *ac levibus*, quod, si Hav. et Altero ubique fides haberi posset, utique inveniretur in Lugd. 1. 2. Bodl. et Vind., vere tamen exhibetur ab Ald. 2.

332. *rara*] Vind. Ver. Ven. *ara*, Brix. *aera*, et margo Ver. pro varia lect. *nara*; contra vero Cant. *aperta*, Iunt. *operta*, Poor. *astra*, Brit. 1. *strata*, Brit. 3. *arcta*. Wak. lectionem *aperta* fortasse veram, antiquissimis tamen libris obtemperandum censet. Mihi *aperta* vix quadrare, imo vox *rara* a librariis, elegantiam formulae non capientibus, omíssa, lacuna vero in Codd. ab aliis vario modo expleta videtur.

335. *natura*] Bon. *naturae*. — *deorsum*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *deorum*.

V. 339. Nonius VIII, 2. laudat ob rariorem formam *itiner*, cuius plura exempla ex Accio, Ennio, Varrone, Plauto etc. affert, quibus addit Wak. Manil. I, 88. et Iuvenc. hist. evang. IV, 73. Conf. etiam Charisius p. 16. 34. et 109. P. Priscian. VI, 7. §. 38. (p. 695. P.) et Isidor. Origg. XV, 16. (p. 1206. Goth.) Ceterum Nonius pro *plagis* perperam exhibet *gladiis*.

345. *coniiciens*] Wak. cum Cant. *coniciens*. (Redi ad notam II, 951. adscriptam.)

346. *Forsitan*] ita Wak. ex omnibus fere libris restituit; vulgo *Forsan et*, ut solae Ald. 1. 2. Bon. Iunt. — *trahat*] Hav. *trahit*, aperto typhothetarum peccato.

347. *incendunt* Wak. revocavit e Poor., a quo reliqui libri, miro consensu *incedunt*, i. e. *incēdunt*, praebentes, vere non discedunt. Solae Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *intendunt*, quod vulg. editt. propagarunt.

349. *liquidus*] ita Lugd. 1., quem cum Wak. eo libentius sequor, quum etiam in Ald. 2. non aliter invenerim, et v. 205. in superioribus satis faveat receptae lectioni. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ald. 1. Bon. Iunt. *liquidis*, ut vulgo editur; Lugd. 2. *liquidum*, Ver. Ven. *lapidis*. — *traviat* Wak. restituit, qui tamen cum Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. scribit *transviat*, fortasse rectius; nos vero, ut nobis constaremus, cum Eichst. sequuti sumus scribendi rationem in Ald. 1. et Bon. obviam. Bodl. *transivit*, Poor. *transeat*, Ald. 2. sola *transvolat*, quae nihilominus (in *travolat* mutata) vulgaris lectio facta.

350. *perfregit*] sic Lugd. 2. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Ver. Ven. et haud dubie etiam Brix. (Gerard. enim de hac varietate omnino tacet); quibus recte obtemperavit Wak.; Lugd. 1. *perfigit*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *perfringit*, ut vulgo editur.

351. *inciderint*] Ver. Ven. *incederint*. — *qua*] Ver. *que*, Ven. Ald. 1. Bon. *quae*. — *tenentur*] Cant. *tuentur*.

357. *aptu*] Sic legendum esse iam Creech. et Bentl. stauerunt, quorum hic locum nostrum comparat cum Virg. Aen. VI, 798. (vel potius 797.); eamque lectionem Wak. demum in contextum recepit, quem cum Eichst. sequutus sum, licet omnes libri *alta* exhibeant. Locis a Wak. cum nostro collatis (duobus Ennii a Macrobo. Sat. VI, 1. laudatis, ex Ann. I. p. 45. et III. p. 56. Hess., atque duobus Virgilii Aen. VI, 798. et XI, 202.) addo tertium Ennii X. p. 91. Hess., ibidem a Macrobio citatum, itemque tertium Virgilii Aen. IV, 432. *Aptus* vero eodem modo pro *fixus*, *connexus* a nostro usurpatur etiam V, 306. 1427. et saepius; ita ut huic loco prorsus respondeat V, 1204. *stellis micantibus aethera fixum*.

359. *tempora se veris*] Vind. Ver. Ven. *tempora seris*, Brit. 1. *temporibus seris*, Brix. *tempora veris*, Brit. 3. *tempora quae veris*.

360. *Frigore*] Lugd. 2. *Frigora*. — *ventique calore*] Vind. *ventique colores*, Brix. Ver. Ven. *ventisque calores*, Lugd. 1. 2. Cant. *venti atque calores*, Poor. *venti calores*.

361. *Deficiunt*] Ver. Ven. Ald. 1. *Defiunt*, quod Wak. nescit an fortasse praefendum, comparans Virg. Ecl. II, 22. Mihi omnium librorum Mss. lectio non sollicitanda videtur.

362. *utrasque* Wak. restituit e Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Ver. Iunt. et Ald. 2., quibus adde Brix. et Ven. „Nempe *tò utrasque*, inquit Wak., latenter respicit dictionem *tempestatem* in nomine *tempora* comprehensam.“ (Conf. ad I, 191. 241. II, 909. III, 186. IV, 92. etc.) Ceteri libri *utrumque*, quod vulg. editt. receperunt.

364. *frigus et*] Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. (nam Gerard. falsus est) Ald. 1. Bon. *frigidus*; Nonius, qui hunc versum laudat III, 92., *frigus ad*. De forma *fretus* gen. masc. conf. quae ad I, 721. a me annotata sunt, ubi adde potuissem Priscian. VI, 15. §. 79. (p. 715. P.)

366. *sit*] Cant. *sic*, Brit. 3. *cum*; vocula prorsus abest a Vind. Brix. Ver. Ven.

368. *et*] *sic* soli Brit. 1. 3. Iunt. et Ald. 2.; ceteri omnes *est*. — *rigoris* praebent nonnisi eadem Iunt. et Ald. 2.; reliqui libri omnes male consentiunt in scriptura *liquoris*.

370. *sese* Wak. recepit e Lugd. 1. et Brit. 1. pro vulgari *se res*, quod certe omnes editt. vett. habent. Poor. utrumque exhibet *sese res*, Vind. Lugd. 2. *se* (omisso *res*); Brit. 3. praebet *se conturbareque*, Cant. *res inter se*.

374. *Vox bella* deest in Vind. Poor. Brit. 1. Brix. Ver. Ven., Brit. 3. vero substituit copulam *et*. — *nominatanda*] Bodl. Ver. Ven. *non imitanda*.

375. *mirum est, in eo si*] Vind. *mirum est in eos*, a quo non differunt Ver. Ven., *mirum stineos* praebentes; Brix. *mirum si in eo*, Ald. 1. Bon. *mirum si in eo tum*, Poor. Iunt. Ald. 2. *mirum si in eo iam*, Cant. *mirum si in eo sic*, Brit. 3. *mirum aestivo hoc*. Quare Wak. suspicatur, Lucretium scripsisse *si eo sic*, et voculam *si* non elisam (qua de re conf. supra ad v. 276.) librarios ad locum corrigendum impulisse.

377. *utrinque*] Ver. Ven. *utriusque*, Brit. 1. a manu prima *utrumque*.

379. *Hoc* Wak. accipit pro *hoc modo* positum, ut saepius. (Conf. ad I, 222. IV, 361. etc.) Mihi tamen praepiacet ratio eorum, qui *Hoc* in nominativo positum intelligunt. Sic etiam Knebel. vertit:

*Das nun heisst die Natur des feuerführenden Blitzes  
Sorgsam erforschen; zu schau'n, was desselben Wirkung  
und Kraft sey etc.*

382. *Indicia*] Brit. 1. et omnes editt. vett. praeter Ald. 2. *Iudicia*. — *occultae*] Poor. Ver. Ven. *occulte*, Brix. *occulta*. — *menti*] *sic* Wak. edidit e Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 3. et Ver. (a quibus Brix. et Ven. non differunt) pro vulgari *mentis*, „quum vero videatur simile, delicatissimum Lucretii sensum a genitivo duplici abhorruisse, nec minus rectum sit,



si minus vulgare, *indicia*, quae sunt *menti*, quam *indicia*, quae sunt *mentis*.”

384. *partem*] Wak. (quem tamen Eichst. deseruit) cum Lugd. 1. 2. Ver. scripsit *partim*. (Redi ad v. 88. ibique annotata; nam vv. 383 — 385. supra iam legimus v. 87. ss.)

385. *dominatus*] Ver. Ven. *dominatur*. — *extulerit se*] Vind. *fatulerit se*, Brix. *faculerit est*, Ver. Ven. *faculerit*, Brit. 1. *attulerit se*, Brit. 3. *facile erit se*; quare Wak. *con. abstulerit se*, quod tamen librorum vestigiis non magis congruit, quam vulgata, quae ob locum illum parallelum non sollicitanda videtur.

386. „Vide Servium ad Virg. Aen. I, 42. Plin. H. N. II, 53. Arnob. III. p. 122. Duos posteriores Lambinus advocavit.“ *Wak.*

389. *ignem* Wak. restituit ex omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2., quae solae vulgatam exhibent *ignes*. — *quo quique est*] sic (vel potius *cuique*) Poor. Cant. Iunt. et Ald. 2., e quibus in omnes edit. seriores transiit. Vind. Brix. *quo in quae est*, Lugd. 1. 2. Brit. 1. 3. *quo inque est*, Ver. Ven. *quo inquit se*, Ald. 1. et Bon. denique *quo inducit*, quod Wakefieldo probabilis, mihi vero potius Avancii correctio videtur, e locis II, 258. et I, 17. petita. — *voluntas* recte Wak. restituit e Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Ver. et Bon., quibuscum conspirant Brix. Ven. Ald. 1.; vulgo *voluptas*, ut Iunt. et Ald. 2.

390. *avorsabile*] Brit. 3. Cant. et vett. edit. omnes praeter Iunt. (nam Brix. non exceperim, quum Gerard. de omnibus taceat) *adversabile*. Ceterum Wak. cum hoc loco conferri iubet II, 1099 — 1104. et VI, 417 — 423.

391. *ictei*] Brit. 1. Cant. *ictu*. — *halent*] Cant. Ver. Ven. *habent*, Brit. 3. *alent*.

393. Edidimus hunc versum, ut a Wak. ex omnibus omnino libris restitutus est. Vulgares tamen edit. hunc versum nobis propinant, e Lambini fabrica profectum: *Et potius nulla sibi turpis conscius rei*. Wak. comparat Propert. I, 10, 2., pariter *consciis in lacrymis* dicentem; ubi Broukh. laudat Cic. ad Att. I, 18. et Minuc. Felicem c. 1. §. 3.

397. *tum brachia consuescunt*] sic Wak. restituit ex omnibus libris, a quibus Vind. Ver. Ven. in eo tantum differunt, quod *con* vel *cum* pro *tum* suppeditant. Vulgo tamen ex editorum arbitrio legitur *con brachia suefaciunt*. Non prorsus temere Wak. ad h. l. exclamat: „Quisquamne poëtarum tam crudeliter dilaceratus est, tam lamentabiliter depravatus, mutilatus, truncatus, deperditus denique, ac Carus noster? *Ὁὐ γέρετ', οὐὐ ἔστατ.*“

362. *utrasque* Wak. restituit e Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Ver. Iunt. et Ald. 2., quibus adde Brix. et Ven. „Nempe *τὸ utrasque*, inquit Wak., latenter respicit dictionem *tempestatem* in nomine *tempora* comprehensam.“ (Conf. ad I, 191. 241. II, 909. III, 186. IV, 92. etc.) Ceteri libri *utrumque*, quod vulg. editt. receperunt.

364. *frigus et*] Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. (nam Gerard. falsus est) Ald. 1. Bon. *frigidus*; Nonius, qui hunc versum laudat III, 92., *frigus ad.* De forma *fretus* gen. masc. conf. quae ad I, 721. a me annotata sunt, ubi addere potuissem Priscian. VI, 15. §. 79. (p. 715. P.)

366. *sit*] Cant. *sic*, Brit. 3. *cum*; vocula prorsus abest a Vind. Brix. Ver. Ven.

368. *et*] *sic* soli Brit. 1. 3. Iunt. et Ald. 2.; ceteri omnes *est.* — *rigoris* praebent nonnisi eadem Iunt. et Ald. 2.; reliqui libri omnes male consentiunt in scriptura *liquoris.*

370. *sese* Wak. recepit e Lugd. 1. et Brit. 1. pro vulgari *se res*, quod certe omnes editt. vett. habent. Poor. utrumque exhibet *sese res*, Vind. Lugd. 2. *se* (omisso *res*); Brit. 3. praebet *se conturbareque*, Cant. *res inter se.*

374. Vox *bella* deest in Vind. Poor. Brit. 1. Brix. Ver. Ven., Brit. 3. vero substituit copulam *et.* — *nominitanda*] Bodl. Ver. Ven. *non imitanda.*

375. *mirum est, in eo si*] Vind. *mirum est in eos*, a quo non differunt Ver. Ven., *mirum stineos* praebentes; Brix. *mirum si in eo*, Ald. 1. Bon. *mirum si in eo tum*, Poor. Iunt. Ald. 2. *mirum si in eo iam*, Cant. *mirum si in eo sic*, Brit. 3. *mirum aestivo hoc.* Quare Wak. suspicatur, Lucretium scripsisse *si eo sic*, et voculam *si* non elisam (qua de re conf. supra ad v. 276.) librariorum ad locum corrigendum impulsisse.

377. *utrinque*] Ver. Ven. *utriusque*, Brit. 1. a manu prima *utrumque.*

379. *Hoc* Wak. accipit pro *hoc modo* positum, ut saepius. (Conf. ad I, 222. IV, 361. etc.) Mihi tamen praeplacet ratio eorum, qui *Hoc* in nominativo positum intelligunt. Sic etiam Knebel, vertit:

*Das nun heisst die Natur des feuerführenden Blitzes  
Sorgsam erforschen; zu schaun, was desselben Wirkung und Kraft sey etc.*

382. *Indicia*] Brit. 1. et omnes editt. vett. praeter Ald. 2. *Iudicia.* — *occultae*] Poor. Ver. Ven. *occulte*, Brix. *occulta.* — *menti*] *sic* Wak. edidit e Lugd. 1. 2. Vind. Poor. Brit. 3. et Ver. (a quibus Brix. et Ven. non differunt) pro vulgari *mentis*, „quum vero videatur simile, delicatissimum Lucretii sensum a genitivo duplice abhorruisse, nec minus rectum sit,

si minus vulgare, *indicia*, quae sunt *menti*, quam *indicia*, quae sunt *mentis*."

384. *partem*] Wak. (quem tamen Eichst. deseruit) cum Lugd. 1. 2. Ver. scripsit *partim*. (Redi ad v. 88. ibique annotata; nam vv. 383 — 385. supra iam legimus v. 87. ss.)

385. *dominatus*] Ver. Ven. *dominatur*. — *extulerit se*] Vind. *fatulerit se*, Brix. *faculerit est*, Ver. Ven. *faculerit*, Brit. 1. *attulerit se*, Brit. 3. *facile erit se*; quare Wak. *con. abstulerit se*, quod tamen librorum vestigiis non magis congruit, quam vulgata, quae ob locum illum parallelum non sollicitanda videtur.

386. „Vide Servium ad Virg. Aen. I, 42. Plin. H. N. II, 53. Arnob. III. p. 122. Duos posteriores Lambinus advocavit.“ *Wak.*

389. *ignem* Wak. restituit ex omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2., quae solae vulgatam exhibent *ignes*. — *quo quovique est*] sic (vel potius *cuique*) Poor. Cant. Iunt. et Ald. 2., e quibus in omnes editt. seriores transiit. Vind. Brix. *quo in quae est*, Lugd. 1. 2. Brit. 1. 3. *quo inque est*, Ver. Ven. *quo inquit se*, Ald. 1. et Bon. denique *quo inducit*, quod Wakefieldo probabilius, mihi vero potius Avancii correctio videtur, e locis II, 253. et I, 17. petita. — *voluntas recte* Wak. restituit e Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Ver. et Bon., quibuscum conspirant Brix. Ven. Ald. 1.; vulgo *voluptas*, ut Iunt. et Ald. 2.

390. *avorsabile*] Brit. 3. Cant. et vett. editt. omnes praeter Iunt. (nam Brix. non exceperim, quum Gerard. de omnibus taceat) *adversabile*. Ceterum Wak. cum hoc loco conferri iubet II, 1099 — 1104. et VI, 417 — 423.

391. *ictei*] Brit. 1. Cant. *ictu*. — *halent*] Cant. Ver. Ven. *habent*, Brit. 3. *alent*.

393. Edidimus hunc versum, ut a Wak. ex omnibus omnino libris restitutus est. Vulgares tamen editt. hunc versum nobis propinant, e Lambini fabrica profectum: *Et potius nullae sibi turpis conscius rei*. Wak. comparat Propert. I, 10, 2., pariter *consciis in lacrymis* dicentem; ubi Broukh. laudat Cic. ad Att. I, 18. et Minuc. Felicem c. 1. §. 3.

397. *tum brachia consuescunt*] sic Wak. restituit ex omnibus libris, a quibus Vind. Ver. Ven. in eo tantum differunt, quod *con* vel *cum* pro *tum* suppeditant. Vulgo tamen ex editorum arbitrio legitur *con brachia suefaciunt*. Non prorsus temere Wak. ad h. l. exclamat: „Quisquamne poetarum tam crudeliter dilaceratus est, tam lamentabiliter depravatus, mutilatus, truncatus, deperditus denique, ac Carus nosier? *Ὁὐ γένητ', οὐκ ἔσται*.“

698. *In terra*] Bentr. con. *Interea*, quod Wak. etiam in Poor. invenit. „Ingeniosa tamen est magis haec viri sagacis divinatio, quam vera; quum frustretur prorsus oppositionem istam, quam Lucretius instituerit, inter *Iovem* ac *divos alios*, v. 387, inter *illos*, qui parant fabricantque telum *Patris*, v. 396 — 399., et *ipsum* Patrem, v. 399. *In terra* utique, ubi fulmen obtundi amittique solet, obrutum ac sepulchrum, nullius scopi compos.“ *Wak.* In Lugd. 2. verae lectioni superscripta est coniectura ingeniosa quidem, sed superflua tamen, *In terra atque petris. — telum*] Poor. Ver. Ven. *coelum*.

402. *ipsus in aestum*] sic Wak. restituit e Lugd. 1. 2. Cant. et Bon., quibuscum consentiunt Ald. 1. Bon. Iunt.; Vind. Brit. 3. Ald. 2. *ipse in aestum*, Brix. *ipseque in aestum*, Ver. Ven. *ipse in haestum*, Poor. Brit. 1. *ipse et in aestum*; quas mutationes omnes forma inusitatior *ipsus* (de qua, apud Comicos haud rara, conf. Priscian. XIII, 3. §. 11. (p. 958.) Diomed. I. p. 318. Rhemn. Palaemon p. 1377. s. P. etc.) provocasse videtur. Vulgo *ipse in eas tum*, e Lambini correctione.

V. 405. Macrobius profert Sat. VI, 1. (p. 159. Bip.), cum Virg. Aen. VI, 724. comparatum.

406. *Praeterea*] Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 3. Cant. Brix. *Propterea. — si volt*] Vind. *si cuvit*, Brix. *si nuit*, Ver. Ven. *sinuit*, Lugd. 1. 2. *iuvit*, Poor. Brit. 1. *saevum*, Brit. 3. *sevit*, Cant. *sevi ut*, quae omnes sunt apertae corruptiones vulgatae.

412. *Mittere*] quidam Pii Codd. *Mittier. — hoc*] Brix. Ver. Ven. *haec*, Brit. 3. *hac*, quod Wakefieldo non displicet.

414. *At*] Ver. Ven. *Et*, Poor. *Ac*.

416. *fieri*] Wak. con. *ferri*, ut melius sibi respondeant *cadunt imbres* et *feruntur fulmina*; qua coniectura non opus esse, quisque videt, inprimis qui comparat V, 674. s. et VI, 375. s.

419. *frangit simulacra*] „Non dubito, quin cum electu verborum prudentissimo, et sine vana sermonis superfluitate noster sit locutus: intellexerim igitur per *simulacra* statuas *marmoreas*, quas recte *frangi* dicit; per *delubra* autem *lignaeas*, recte rursus *discussas* diffissasque: et per *imagines* denique *picturas*; quarum *honores* statim deflorescerent, fulminibus afflati.“ *Wak.* Sed quis unquam *delubra* de statuus deorum intellexit? *Delubra*, ut iam sequentia verba *suas sedes* luce clarius demonstrant, hic etiam sunt *templa* deorum; pariterque inter *imagines* et *simulacra* non puto discrimen intercedere a Wak. statutum, imo ut *sedes delubris*, sic etiam *imagines simulacris* quasi interpretamenti loco ad-

dita esse censeo; vix enim demonstrari possit, *picturas* deorum in templis fuisse collocatas vel suspensas.

421. *quo plus*] ita Wak. cum Bon., quae sequitur modo Ald. 1.; Brix. *quam plus*, Ven. Iunt. *quae plus*, ceteri omnes *que plus*. Hav. de suis Codd. tacet, quos vulgatam *plurimaque huius* praebere, vix credere licet.

423. *facile est*] sic omnes libri, praeter unum Cant., in quo haud dubie per librarii negligentiam *vocula est* non comparet. Wak. tamen hac varietate firmat coniecturam *facul*, quam in contextum adeo recepit. Nos cum Eichst. vulg. editt. sequi maluimus.

424. De prestere conf. Epicurus ap. Diog. Laërt. X, 104. (§. 24. ed. Schneid.) Plin. H. N. II, 50. Seneca Nat. Quaest. V, 13. Apulei. de mundo. T. II. p. 322. Oud. aliique. — *ab re*] „*α πρήθω, πρήσω* scilicet; quia cum ardore quodam *tumescant*: inest enim voci non minus *inflationis* notio, quam ignis.“ Wak. De formula autem *ab re nominari*, quae redivit infra v. 741., copiosissime egit Wasse ad Sallust. Iug. 80., et de praepositione *ab* ante consonam diximus ad IV, 220. 245. V, 123. 150. etc.

427. *descendant*, *πρηστῆρες* nimirum. Sic autem Wak. ut ambiguitas vitaretur, restituit e coniectura, quam comprobata vidit Cod. Poor. Plurimi libri *descendant*, ut vulgo editur; Brit. 3. *discendant*, Brit. 1. *distendat*. — *quam*] Brit. 1. 3. *qua*; „non male, ut Wak. arbitratur, pro *qua via*, vel *quo loco*.“ Mihi vulgaris praestare videtur.

428. *incita*] sic Poor. Brit. 1. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quos omnes editores sequuti sunt, et iure quidem: nam *lacita* ceterorum librorum mera corruptio videtur; quod quum Wak. dicit fortasse pro *laccessitus*, i. e. percussus, accipi posse, hoc artificiosius censeo, quam probabilius.

429. *tum sunt*] Brit. 3. Cant. Brix. Ald. 2. *tum sint*, Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *cum sint*. — *deprensa*] Poor. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *deprehensa*, quam scripturam Wak. veram habet, non tamen recepit. Nos quoque melioribus et antiquioribus libris auscultandum duximus.

432. *cepit*, i. e. invasit, occupavit. Sic nimirum Wak. explicat lectionem, a se ex Vind. et Cant. restitutam, comparans Lucan. V, 414. Vulgo *coepit*.

434. *brachiique*] Poor. Brit. 3. *brachiisque*.

436. *hinc*] Cant. *huc*. — *prorumpitur*] Brit. 1. *prorumpit*. — *venti*] Lugd. 2. *ventus*.

437. De voce *concinnare* Wak. conferri iubet Nonium I, 207. 295. et II, 170.

440. *tetradit* Wak. revocavit e Lugd. 1. Poor. Brit. 3. Cant. et Bon., quibus adde Brix. Ald. 1. 2. Iunt., neque alio spectat Ver. et Ven. lectio *detendit*. Vulgo *detrusit*.

441. „Fortassis poeta noster ita simplicius atque comptius hos versus disposuerit:

Ille in *aquam* subito totum se immittit, et *omnem*

Excitat, ingenti sonitu mare fervere cogens.“ *Wak.*  
Mihi vulgata prorsus satisfaciunt:

444. *Vortex*] sic Ald. 1. 2. Bon. Iunt. et, si Havercampo fides habenda, Lugd. 1. Bodl. Ceteri omnes *Vertex*. — *corradians*] Brix. *conrandens*, unde in Ver. Ven. factum *con-candens*.

446. *Hic*, nullus dubito, quin sit casus rectus pronominis, de *vortice* intelligendus. Wak. tamen, pro adverbio habens, *Heic* exarari iussit. — *demisit*] Cant. *dimisit*.

447. *Turbinis*] Cant. *Turbines*. — *immanem*] Ver. Ven. *immane in*. — *provomit*] Vind. Poor. *promovit*. — *procellat*] sic, Wak. et Eichst. praeuentibus, cum omnibus libris Mss. et editt. antiquissimis scribendum duxi, ut nimirum sumamus, veterrimos Romanos etiam verbo *procellare* usos fuisse, ad primam coniugationem flexo. Nec improbabilis est Wakefieldi coniectura, Servium hanc formam voluisse, ad Virg. Aen. I, 85. scribentem: „*Procella* est vis ventorum cum pluvia; dicta *procella* ab eo, quod omnia *procellat*;" ubi certe vulgatum *percellat*, quamvis in Isidori Orig. XIII, 11. transferit, mendosum esse quisque videt. — Vulgo in loco nostro editur *procellae*, quod ex Ald. 1., ubi primum comparet, in Bon. Iunt. et Ald. 2. receptum est.

449. *Officere in*] Vind. Erix. Ver. Ven. *Officeret in*, Brit. 1. *Officeret*. Wak. haud dubie verum vidit: primum errorem fuisse *Officerent*, unde *Officeret* factum, serius vero in ex aliis libris esse additum.

453. *quae*] Bodl. Brix. Ver. Ven. *quo*, quod Wak. non malum censet.

454. *compressa*] sic Wak. ex omnibus libris nobis cognitis, praeter unum, restituit. Lamb. tamen e quibusdam libris, ut confirmat, edidit *compressa*, quod in omnes vulg. editt. transiit. Fortasse vero in Codd. illis *compressa* fuit scriptum, ut in Cant., quod non minus receptae, quam Lambini lectioni favet.

456. *comprendunt*] Poor. *comprehendunt*. (Vid. supra ad v. 429. sicut ad IV, 498. 1139. V, 988. etc.)

460. *quoique* Wakefieldi est coniectura, e Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 1. 3 Brix. Ver. Ven. lectione *quoque* eruta. Vulgo *quaequae*, quod non facile in tot libris mutatum foret.

461. *fulvae*] Benth. coni. *furvae*; Wak. autem recte vulgatam defendit, comparans Hom. II. XIV, 343. *ὑψος χερσῶν* (quem locum Creech. iam adscripserat), Virg. Aen. XII, 792. *fulva* — *de nube* (coll. cum VII, 142. s.) et Ennium apud Gellium XIII, 20. [nec minus iam II, 26.] *aëre fulvo*. (Vid. edit. Hessel. p. 118.) — *nubis*] Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *nubes*. — *caligine crassa*] Redeunt haec verba coniuncta infra v. 692.; eademque in Eunii Hecuba p. 242. Hess. leguntur.

462. *quom*] Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *tum*.

465. *uti, turba maiore*] Vind. *uti turba minora*, Poor. Brit. 1. Cant. Brix: *uti turba minore*, Brit. 3. *ut turba humore*, Ver. Ven. *utitur sammor*.

466. Edidimus hunc versum, ut a Wak. ex omnibus fere libris integritati restitutus est. Vetera exempla sic variant: *Et praebent omnēs libri praeter Lugd. 1. 2. Bodl., in quibus afferendis an Havercampo credendum sit, dubitare liceat. — condensata atque*] Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *condensatque*, Iunt. *condensata*. — *arcta*] Iunt. *arcte*, Cant. *rata*, pro ceterorum *arta*. — *apparere*] sic Poor. Cant. Iunt. et Ald. 2.; Ald. 1. Bon. *patere*, reliqui omnes *parere*. Wak. simul aliam proponit coniecturam: *Condensa atque artata parere, et s. i.*, quam tamen ipse receptae lectioni postponit. Vulgo editur satis audacter: *Condensa, ac stipata simul cernantur, et udo*, ut Lamb. hunc versum nescio cuius manu adscriptum vidit margini exempli Aldini. Ceterum Lamb. ipse, Faber aliique vv. 466. 468. 469. male spurios habuerunt.

467. „*videatur, i. e. nubes*; Vind. autem, Brit. 1. Cant. *videantur*: quod editoribus immerito placuit, maiore librorum emendatorum numero contra stante.“ *Wak.*

468. *loca*] Vind. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon. *se*, (Wak. enim cum Hav. Bononiensi falso tribuit lectionem *si*), Brit. 1. *vel*, Brit. 3. *ea*.

469. *et sensum, i. e. id, quod sentimus, vel sensus noster*; quod saepius per pluralem *sensa* exprimitur. Sic autem Wak. interpretatur lectionem a se restitutam e Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Cant. Brix. Ver. Ven.; Brit. 1. 3. Ald. 1. Bon. *et sensus*, Poor. *et sensim*. Vulgo *ad sensum*, ut Iunt. et Ald. 2.

473. „*Quod, i. e. secundum quod, ut Graeci ὅ, pro καὶ ὅ.*“ Sic *Wak.*, qui hanc lectionem revocavit e plurimis libris. (Conf. ad I, 222. 624. IV, 361. etc.) Vulgo *Quo*, ut Vind. Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. et, si Hav. vere tacet, Bodl.; Poor. *Quid*.

474. *momine*] Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *in homine*, Lugd. 1. 2. Poor. *nomine*. (Conf. ad II, 1170. III, 145. et 189.)

475. *consanguinea est*] sic Hav. reposuit e Vossii coniectura, quem recte Wak. sequutus est. Lugd. 1. 2. enim *consanguineas*, Brit. 3. *cum sanguineas*, Cod. Memm. Lambini *consanguinea se*, quae omnia facillime e *consanguineast* oriri potuere; Vind. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. *cum sanguine ab*, unde in Vind. Poor. Ald. 2. factum est *cum sanguine abest*, quod vulg. editt. receperunt, in Bon. vero *cum sanguine adest*. Iunt. habet *tum segnis abest*. Lamb. hunc versum aut spurium censet, (ut iam Avancius), aut post v. 405. collocandum; alii post v. 523. positum volunt. Utrumque temere. Wak. sensum sic explicat: „Liquores salsi, aequae ac dulces, nebulas exhalant augendis atque conformandis nubibus idoneas.“ *Consanguineus* nimirum a poëta pro *affinis, similis, eiusdem fere generis* usurpatum est, quemadmodum nos quoque utimur vocabulo *verwandt*.

481. „*Urget*: i. e. premit deorsum, ita ut latius diffundi nequeant, atque tenuiores fieri; comprimit conglobatque.“ *Wak.* Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Surget* (non *Surgit*), Lugd. 2. Brix. Iunt. Ald. 2. *Urget*.

482. *densendo*] Vind. Brit. 1. (Brix?) Ver. Ven. *densando*. (Gerard. enim hanc varietatem prorsus neglexit.)

483. *hunc*] Poor. Brit. 1. Cant. *hinc*, Ald. 1. Bon. *huc*. — *coetum*] Bodl. Poor. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *coelum*. — *illi*, scil. *vortici*, vel *nubi*; sic autem Wak. restituit e Lugd. 1. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Ver., quibus adde Brix. et Ven.; Lugd. 2. *ille*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *illa*, ut vulgo editur.

486. *quantaque*] ita, si Havercampi silentium non fallit, Lugd. 1. 2. Bodl., et vere Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; sed Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *cunctaque*, Poor. Cant. et quae *cuncta*, quod Wakefieldo placet.

488. *Immemorable* lectio est omnium fere librorum, quam cum vulg. editt. et Eichst. retinui. Wak. hic etiam, ut IV, 193. (ubi vid. annott.) e Brit. 1. et Cant. recepit *Innumerabile*, quod e v. 485. huc translatum videtur. — *per*] sic certe Iunt. et Ald. 2.; in Vind. vero, Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. vocula prorsus desideratur; Ald. 1. et Bon. *tum* substituunt. Hav. de suis libris prorsus tacet. Quare Wak. coni. *ea* (scil. *corpora*.)

490. *magnos*] Vind. Poor. Brix. Ver. Ven. *magnis*, Brit. 1. *magni*.

491. *Cooperiant*, quatuor syllabis pronuntiandum, ut V, 343., et plurima similia; quare in Vind. Brit. 3. Cant. Brix.



scribitur *Coperiant*, quod Poor. Brit. 1. Ver. Ver. in *Comperiant* corrumpunt.

492. *caulas*] Vind. Brit. 3. Cant. Ver. Ven. *caveas*, Brix. *cavas*.

496. *humor*] Wak. observat, „ambigi posse, an Lucretius dederit *udor*, quod ob insolentiam vocis et literarum viciniam facile in *umor* demigrare potuerit; Lactantium enim ad Stat. Theb. I, 206. haec annotare: „Secundum Lucretium; qui dicit ex *udore* terrae (vid. supra v. 477.) nebulas oriri, ex nebulis nubes, ex nubibus pluvias: ex quibus amnes augentur.“ Mihi propterea de vulgata non dubitandum videtur. — *demissus*] sic optimi et antiquissimi Codd., quos audiendos duxi. Wak. (Eichst.) e Bodl. Poor. Cant. et vett. editt. recepit *dimissus*, quod, cum *Decidat* consociatum, explicat: „deorsum cadat, *undique dispersus*;“ per se satis probabiliter, nisi meliores libri obstarent. Quod autem Wak. dicit, *demissus* ante *decidat* prorsus supervacaneum esse, hoc nihil valet; si enim verba sic coniungimus: *pluvius humor in terras decidit, ut demissus imber*, nihil potest offendere, et respondet hic locus supra v. 256 ss. et v. 426 s.; quod etiamsi non liceret, alibi iam vidimus, quantopere Lucretius amet verba eiusdem significationis copiae causa cumulare. (Conf. supra ad v. 53. huius libri.)

498. *vincam*] Redi ad II, 748. *vinco fieri*. Vind. *vineam*, Brit. 1. *nivea*, Brit. 3. *videam*.

500. *nubeis*] Vind. Brit. 3. *nubibus*, Poor. Brit. 1. *nimbos*.

501. *corpus cum sanguine*] Lamb. et Bentl. maluissent *sanguis cum corpore*; quod planius utique fuisset, sed minus poëticum.

502. *Sudor*] Bentl. parum feliciter coni. *Udor*.

503. *Concipiunt*] quidam Pii Codd. *Consugunt*, ex interpretatione; Vind. *Concidunt*, Ver. Ven. *Concuderint*, Lugd. 1. 2. Cant. *Concidiunt*, Brit. 3. *Conciderunt*. *Concipere* autem saepius de corporibus non solidis et compactis dicitur, quae humoribus imbuuntur; v. c. infra v. 472. (coll. cum v. 629.) Wak. laudat Columell. de arbb. c. 10. Plin. H. N. XVII, 33. et Ovid. Met. VI, 397.

504. Conf. Virg. Geo. I, 397., a Wakefieldo collatus.

505. *supera*, ut III, 386. (ubi vid. annott.) V, 1406. VI, 262. 536. etc. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *super*, Poor. Cant. Iunt. Ald. 2. *supra*. — *mare ventei*] sic Wak. ex omnibus libris restituit, Iunt. et Ald. 2. exceptis, quae vulgarem verborum ordinem exhibent *venti mare*.

509. *tum se dimittere* Wakefieldi est coniectura, quam cum Eichst. praetuli ceteris huius viri divinationibus, qui

praeter hanc tres alias locum sanandi proponit rationes, ut scilicet legamus *humecti mittere*, (i. e. humidi, vel humoris), quam ipse in contextu sequutus est, aut *humentia mittere*, aut denique *tum ventrim mittere*, (i. e. tumorem suum), quae omnium minime placet. Libri veteres haec habent: Ver. Ven. *tumentis*, receptae lectioni quam simillime, Brit. 3. *humentis*, Cant. *vim venti*. ceteri omnes *vi venti*, quod vulgo editur, sed e versu sequente sumtum videtur.

511. *nimborum*] Brix. Ver. Ven. *membrorum*. — *turba maiore*] Vind. Brit. 1. Ver. Ven. *turbam more*, Cant. *turba minore*, Lugd. 1. Poor. Brix. *turbarum more*, Lugd. 2. *turbai more*, Brit. 3. *turbatus humore*. — *coacta* Wak. restituit e Poor. Brit. 1. 3. cunctis edit. vett. et Heinsii collatt.; Cant. *coapta*; vulgo *coorta*, quod Havercampi Codd. solis inesse, liceat dubitare.

512. *Urguens ex*] ita Wak. restituit, partim Codd., partim ingenio parens. Participium enim pro vulgari *Urget et praebent* optimi Codd. Lugd. 1. 2.; *ex* autem Wak., morem Lucretii sequutus, (conf. II, 241. 248. IV, 84. etc.) ex ingenio posuit loco vulgati *e*, quum Lugd. 1. 2. *et (super)*, Vind. vero *a suppedient*. — *ac*] Cant. *et*.

515. *stillante* Wak. ex omnibus libris praeter Iunt., *stillando* praebentem, in contextum revocavit, scilicet ut subintelligamus *eo humore*, quod sane duriusculum videtur; quare, si cogitari posset, lectionem tam facilem et planam in omnibus libris corruptam esse, libenter cum edit. vulgariibus recepissem Lambini divinationem *stillantque*. Gifan. longe deterius, imo pessime, coni. *stillantia*.

516. *Cera*] Retinui vulgatam, cui non solum Poor. et Bon., a Wak. allatos, sed etiam Brix. Ald. 1. 2. et Iunt. favere viderim; Brit. 1. *Tera*, unde factum videtur *Tela*, quod ex reliquis libris recepit Wak., provocans ad Hom. II. XVIII, 595. et Od. VII, 107.; qui tamen loci, in quibus vestes vel texta lintea ob nitorem modo cum oleo comparentur, profecto nostro similes haberi nequeunt. Voss. coni. *Teda*, non male; sed receptam lectionem Virgilius quoque Ecl. VIII, 8. iuvare videtur, quod etiam Wak. intellexit.

517. *utraque*] sic Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. Cant. Brix., quibus Wak. obtemperavit, hanc addens interpretationem: „*vi* scilicet, tam cumularum aquarum, quam venti inurgentis.“ Brit. 3. *uterque*, Ver. Ven. Ald. 1. Bon. Iunt. *utrinque*; Vind. Ald. 2. *utroque*, ut vulgo. Bentl. praefert *utrinque*, quod sic explicat: „scilicet *superne*, *vi* et copia *nimborum*, et vento *ad latera*; vide v. 509. [510. nostrae edit.]

Et ordo est: Nubila cumulata premuntur vi, et impete venti; ut v. 734. [735.]“

519. *retinere*, absolute pro *se retinere*, sive *retineri*, ut saepissime. (Conf. ad I, 398. II, 243. III, 501. etc.)

520. *fluenter* Wak. restituit e Cant., quae lectio comprobatur locis IV, 226. et VI, 932. atque Poor. scriptura *fluentur*. Lugd. 1. 2. Vind. *flentur*, Brit. 1. 3. *flant* (nisi vitium irrepsit in Wak. annotationem, nam Ver., quam addit, cum Brix. et Ven. praebet *fient*); vulgo *fuerunt*, ut Ald. 1. 2. Bon. Iunt., ex aperta correctione.

523. *quom fumans*] Ver. Ven. cum *sumans*, unde Ald. 1. Bon. *consumens*. — *redhalat*, Vossio suasore, Wak. restituit pro vulgari *rehalat*; nihil aliud enim vult Lugd. 1. 2. corruptela *redralat*. (Conf. etiam Festus s. v. *rethostire*, Nonius II, 740. et Schneid. Gr. Lat. I. p. 260. et 581.)

524. *Hic* Wak. (qui more suo *Heic* scribit), Bentleio iubente, e Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et omnibus edit. vett. revocavit; vulgo *Hinc*. — *inter*] Bodl. Brix. Ver. Ven. *intus*.

526. *existit*] Nonius, qui V, 14. hunc versum laudat, *exstabat*; ubi Gothofr. annotat varietatem *existit*. — *nubilus*] Pii Codd. quidam *nubilus*. — *argui*] Nonius (cum varia lect. *argui*) et Pii Codd. *arguis*. Vind. *arcu*, Ver. Ven. *aeo*, Ald. 1. Bon. *arquus*, Brit. 1. 2. Brix. *arci*. De antiquiori orthographia *arquus* Wak. laudat Sosip. Charisium I. p. 93. P. [qui affert locum Cic. N. D. III, 20., sed mendose], recte simul reiiciens discrimen a Nonio l. c. statutum, ut „*arcus* sit omnis suspensus fornix, *arquus* vero non nisi qui in coelo appareat;“ quod tamen discrimen Heinsius ad Ovid. Met. XI, 590. probare videtur. (Conf. etiam Appuleius Ovidend. II. p. 323. et 425.) Insolentio rem vero genitivi formam, ad 2. declin. flexam, adhibuit etiam Cicero l. c., et *arci* in casu recto pluralis Varro apud Nonium II, 71. (p. 249. Bip.) Conf. etiam Ruddim. Inst. Gr. I. p. 167. not. 2.

528. *omnia, prorsum Omnia*] De hac anadiplosi, Lucretio satis familiari, conf. ad II, 956. III, 12 s. V, 948 s. et alibi.

531. *refrenat aventeis*] sic Wak. restituit e Lugd. 1. 2. Bodl., a quibus non differunt Vind. Brit. 1. Brix., *refrenata ventis* praebentes; Ver. Ven. *refrenat amenis*, Brit. 3. *refrenat agentis*, Poor. Iunt. *refrenat aquantis* (sive *aquanteis*), Cant. *refrenat aquentes*; vulgo *refrenat* (s. *refraenat*) *eunteis*, ut Ald. 1. 2. Bon. Apte Wak. comparat Virg. Geo. IV, 136., cum quo conferatur Ovid. Her. VI, 87.

532. *Perfacile est*] Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *perfa-*

*cile si. — tamen*] Iunt. *cuncta. — reperire*] Ald. 1. Bon. *te per te*, Ver. Ven. *repente*.

533. *fiant*] Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *fluant*, Poor. Brit. 1. *refluant*.

534. *bene*] Ald. 1. Bon. *bone. — cognoris*] Ven. Ven. *cognitis*, Cant. *cognoveris. — sint*] Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *sunt*.

536. *terram*] Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *terras*. (Vid. ad V, 1091.) — *face*] sic Poor. Cant. Ald. 1. Bon.; *ceteri omnes fac*. (Sed conf. ad II, 485.)

537. *ut*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *et*; „non male,“ ut Wak. censet. — *supera*] sic Lugd. 1. 2. Brit. 1. Ald. 1. Bon., idemque sibi vult Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. *super*; Vind. Brit. 3. Iunt. Ald. 2. *supra*. Vulg. editt. sic habent: *ut supera est, ventis atque undique plenam*; sed *quum est* in omnibus libris (praeter Iunt. et Ald. 2.) desit, *atque vero pariter non legatur* in Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., Wakefieldus, his libris obtemperans, e con. edidit *ventosis pro ventis, quem cum Eichst. sequutus sum*.

539. *dirupta* Wak. restituit e Brit. 1. et Ver. (Ven.); vulgo *derupta*.

541. *Volvere vi*] Cant. *Volvere in*, Ald. 1. Bon. *Volvere iam*, Poor Brit. 1. *Volvier in. — submersaque saxa putandum est*] sic Poor. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt., quam vulgarem lectionem, Wak. suadente, cum Eichst. revocavimus. Lugd. 1. 2. *submersos caputandum est*, Brit. 1. *submersos ea putandum est*, Bodl. Ver. Ven. *submersis caputandum est*, Brit. 3. *submersis hincque putandum est*, Brix. *submersas ita putandum est*. Ex his variis lectionibus Voss. ad Catull. p. 269. fecit *submerso capite* (vel potius *capte*, ut apud Ennium p. 135. Hessel. *Captibus*) *putandum est*, quod Hav. recepit, hac mira explicatione addita: „*Submerso capite* terram denotat inversam et in se quasi subsidentem ita, ut quod extra ostendat, intus similiter comprehendat, in quo utique argumento versatur poeta, et quod sibi probandum proponit (conf. v. 536.), ut terra similis sibi ipsi sit et exserto et submerso capite.“ Wak., qui retinet hanc lectionem, sed de *submersis fluminum fontibus* interpretatur, simul proponit coniecturas *submersis capitibus dandum est, et submerso fonte putandum est*.

542. *similem*] Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *simile. — sui, res*] Bodl. Vind. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. *vires*, Poor. *et res*, Brit. 3. *et vires*, Cant. *et par res*, quam scripturam (*simile esse et par, res p. ipsa*) Wak. minime contemnendam putat. — *postulat*] Brit. 3. *expostulat*.

544. „*superne*] Poor. Brit. 1. [Ald. 1.] Bon. *superna*; sed vide IV, 441. [440. nostrae ed.] et conf. Bentl. ad Hor. Od. II, 20, 11.“ *Wak.*

547. *disserpunt*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et cunctae editt. vett. praeter Ald. 2. *discerpunt*.

548. *plaustris* scripsimus cum omnibus libris Mss. et editt. vett. vulgatisque. *Wak.* (Eichst.), ad Prisc. I, 9. §. 52. (p. 562.), Catonis Codd. [R. R. c. 2. 10. 62.] Cic. Verr. I, 20. et vocem *plostellum* provocans, *plostris* edidit. Recte tamen Schneid. Gr. Lat. I. p. 59 s. docuisse videtur, utramque pronuntiationem et aurea aetate simul adhibitam, illam vero usitatiorē fuisse. Conf. etiam Sueton. Vesp. 22. (Schneidero non neglectus) ibique Casaub., et Scheffer de re veh. II, 19. p. 243 s. — *tremescunt*] „Poor. Vind. [Brix.] Ver. [Ven.] *tremescunt*: *rectius*, ut arbitror. Sic onomasticon antiquum: *Tremesco*, τρέσω. Neque aliter plures atque emendatiores libri ad Virg. Aen. III, 648. V, 694. Noster etiam *fervesco* [III, 290. 493. IV, 428. etc.]: et eadem forma in maiore numero verborum hoc genus videtur obtinere.“ *Wak.* Sic igitur typis exscribendum curavi, cogitans simul de verbis *alescere*, *coalescere*, ab *alère* deductis, de *olescere*, *abolescere*, *exolescere*, *adolescere*, quae pariter non ab *olère*; sed a verbo quodam obsoleto *olère*, cum *alère* cognato, derivata puto, aliisque.

549. *viam propter*] Vid. ad I, 841. II, 731. III, 851. IV, 1021. etc.

550. Versus corruptissimus, quem *Wak.* e con. edidit, ut nos cum eo repraesentavimus. Libri veteres sic variant: Cod. Memm. Lambini, Lugd. 1. 2. Vind. et (pro var. lect.) Cant. *exultantes dupuis cunque vim*, Brix. *exultantes dupnis cunque vini*, Bodl. Ver. Ven. *exultantes dupius cumque viri*, Brit. 1. *exsultans*, ceteris omissis, Brit. 3. *exultant duplices hos cumque vierunt*, Poor. Cant. *exultant ubi currus cumque equum vi*, Ald. 1. Bon. *exultantia sunt, fortis quam ubi (non tibi) equum vis*, Iunt. Ald. 2. *exultant, ubi currus cumque equitum vi*. Vulgo editur e Lamb. con. *exsultant, ubi currus fortis equom vis*; Hav. suspicabatur *exsultant, ubi currus cunque et equom vis*; *Wak.* praeter receptam has proposuit lectiones: *exsultant, duplices ubiquomque viri (vel virum) vis*, et: *exsultant, currus ubiquomque viarum*; Eichst. denique in contextum recepit coniecturam *exsultant aestu, quum fortis equum vis*. Nos meliores Codd. exspectare, quam tot pericula incerta novis augere maluimus.

552. *ubi*] Cant. *uti*. — *magnas in*] Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *in magnas*; a Lugd. 1. 2. *in prorsus*

abest. Wak. coni. *ubi in magnas et aquas, vel ubi magnas in aquas.*

553. *e]* Wak. *e* coni. edidit *ex*, quia in Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et Ver. (a quibus Brix. et Ven. non discedunt) invenit *et*. At litera *t* facillime adhaerere potuit e sequenti voce, quare huius loci alia est ratio, quam supra v. 512.

554. *iactetur]* Cant. *iactentur.* — *aquae fluctu]* sic Wak. restituit ex omnibus libris; vulgo *aqua et fluctu*, e Lambini correctione. — *vacillans]* ita Wak. cum Ald. 1. et Bon., nec alio spectat Lugd. 2. *vacillas*, i. e. *vacillās*, unde in Lugd. 1. *vacilla* factum; Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *vacillat*, Poor. Iunt. Ald. 2. *vacillet*, ut vulgares edit.; Cant. *vacillent*.

555. *Ut vas]* Brix. Ver. Ven. *Et vas*, Ald. 1. Bon. *Et vis.* — *in terra non]* sic Ald. 1. 2. Bon. Iunt., haud dubie rectissime; idemque velle videtur *intra*, margini Cant. adscriptum. Lugd. 1. 2. Vind. Cant. Brix. Ver. Ven. *inter non*, Brit. 3. *item non*, Brit. 1. *interno*, Poor. *inter nos*, quod Wak. maxime placet, sed inmerito, ut mihi videtur. Voss. ad Catull. p. 331. miram protulit coni. *Ut vas inferii*, i. e. *vini novi*, a Creechio iam repudiatam. Ceterum Servius hunc locum respexit, ad Virg. Geo. II, 479. annotans: „Alii aquam dicunt genitalem sub terris moveri, et simul eas concutere, sicut vas aquae, ut dicit Lucretius.“

556. *iactarier]* Cod. Vat. Lambini *versarier*.

\* 558. *parte]* sic Wak. cum omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2., *parti* praebentes, quod vulg. edit. propagarunt. Nos quoque, licet alibi (I, 1104. III, 610. et IV, 516.) *parti* ediderimus, hic libris Mss. obtinendum esse statuimus. — *urguet]* Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *urgit*, quod Wak. fortasse verum censet.

561. *supra]* sic Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2., quos cum Wak. et Eichst. sequutus sum; vulgo *supera*.

563. *In clinata minent]* sic Wak., qui haec verba per *imesin* vult intelligi pro *clinata iminent*; vulgo *Inclinata minent*, (quod verbum simplex restitui infra ad v. 1194., ubi vid. annot.). *Minent* autem legitur in plurimis libris; Pii Codd. quidam *manent*, quod, Wak. referente, placuit Oudend. ad Iulii Obsequentis c. 105.; Poor. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *minant*, quam lectionem, nisi maior pars emendationum Codd. obstaret, Wak. praetulisset.

565. *Et]* Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *Te*.

567. *tantam*] Vind. Brix. Ver. Ven. *tantum*. — *terrarum*] Vind. *tantarum*. Ceterum Wak., Bentleio suadente, huic versui signum interrogationis adpinxit, quod cum Eichst. retinui.

568. *ventei, vis nulla*] ita Wak. restituit, ingenio ductus; quum Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *ventis nulla*, Brix. *ventis si nulla*, Ald. 1. 2. Bon. *venti si nulla*, Poor. *ventis non ulla*, Brit. 1. *ventis et non ulla* exhibeant. Vulgo *venti non ulla*, ut Iunt. et, si Hav. et Wak. silentium non fallit, Lugd. 1. 2. Bodl. Cant. — *refrenet*] Vind. Cant. Brix. Ver. Ven. *refrenet*, Lugd. 2. *re festinet*.

569. *reprehendere*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. Poor Brit. 1. 3.; Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *deprehendere*. Iun'. Ald. 2. *deprendere*; vulgo *reprendere*. — *cunteis* Wak. restituit e Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3., quibus adde Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; Brix. *untis*, Cant. *uncis*, Ver. Ven. *vir-tis*; vulgo *euntem*, ex arbitrio editorum.

572. *ruinas*] Ald. 1. Bon. *ruinam*, Ver. Ven. *ruinatur*.

573. *recellit*] Poor. Brit. 1. 3. *recedit*.

574. Pronomen *se*, quod vulgo contra libros insertur post *suas*, recte Wak. omisit; qui tamen „si libri Mss. faverent, malit *Et recidit, prolapsa, suas in, pondere, sedes*,“ ut *prolapsa pondere* coniungantur; quod nemo facile probaverit. Locum sic construas cum Wak.: *Et, prolapsa in pondere*, (i. e. cum pondere, per pondus suum) *recipit suas sedes*.

579. *ipsa tellure*] vulg. editt. inserunt *a*, quod, quum omnes libri reclamant, Wak. delevit. Sola Iunt. habet *ab*.

581. *fremet ante*] Cant. *fremitante*, utraque voce male contracta; quare non erat, ut Wak. de verbo insolente *fremitare* cogitaret, eoque vel coniecturam aliquam fundaret, quam statim videbimus; Vind. *fremet autem*. — *magnas*] Faber et Bentl. *magno* reponendum esse statuerunt, vel contra libros Mss. Recte vero Wak. opponit: „*Tumultus* efficitur *magnus* ipsarum magnitudine speluncarum; ut parum referat, cui demum nomini iungatur epitheton.“

582. *Vorsabundaque portatur*] *que* deest in Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven.; Brit. 3. praeterea habet *portatus*, et in Brit. 1. verba sic transponuntur: *Portatur vorsabundus*. Quare Wak. „Profecto, inquit, si liquidius constaret de voce *fremito*, in proclivi iaceret elegantissima loci constitutio, atque plenissima dignitatis et evidentiae: *Sp. inter magnas, fremitante tumultu, Portatur vorsabundus*.“ Sed de vulgata lectione neutiquam videtur dubitandum.

585. *Syria Sidone* Wak. restituit ex omnibus libris, afferens Plinii H. N. XXXV, 51. „terra in *Syria*, circa *Sidonem*, oppidum maritimum.“ Et recte quidem. Quum enim Geographi ipsi (Strabo XVI. p. 749. Cas. Plinius H. N. V, 13. Pomp. Mela I, 11, 1.) nomine *Syriae*, latiori sensu, omnes terras inter *Ciliciam*, *Arabiam*, *Aegyptum* et *Tigrin* sitas, idcirco et *Phoenicem* comprehendant, quidni poetae etiam licuerit, *Sidonem* appellare *Syriam*? Vulgares tamen editt. *Tyriam*, e superflua Lambini correctione. — *Aegi* (sive *Aegii*, ut Wak. scribit) lectio est omnium, ut videtur, librorum praeter Iunt. et Ald. 2. (nam Havercampi silentio de suis Codd. non multum tribuendum), quam Wak. iure revocavit loco vulgatae *Aegis*, ab illis duabus editt. exhibitae. Intelligenda est urbs illa celeberrima Aethiopiae *Aegium*, (conf. Strabo VIII. p. 387. Ptol. III, 16. Pausan. VII, 23 s. Plin. H. N. IV, 6. Mela II, 3, 10. cum Tzschuckii annott. Vol. III. P. 2. p. 317 s. et Mannert Geogr. d. Gr. u. Röm. Vol. VIII. p. 400 s.) quam profecto Lucretius facilius commemorare potuit, quam oppidum illud ignobile *Aegas* vel *Aega*, iam antiquissimis temporibus ab incolis desertum, nec propius ad *Helicem* et *Buran*, quae proprie terrae motu debebantur, quam *Aegium*, situm (de quo conf. Strab. VIII. p. 386. Pausan. VII, 25. et Mannert l. c. p. 396.). Quod autem terrae motus hic commemoratos attinet, de *Syrio* vel *Phoenicio* Faber et Wak. laudant Strab. I. p. 53. atque Iustin. XVIII, 3., de Aethiopia vero Aristot. Meteor. II, 8. eundem de mundo c. 4. et Ovid. Met. XV, 293. ibique Heins. et Burm., quibus adde Paus. VII, 24. Strab. VIII. p. 384 s. Diod. Sic. XV, 48. et Aelian. de anim. XI, 19, a Mannerto l. c. p. 398. citatos.

586. *quas*] Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *qua*. — *animai*] Vind. *anima*, Brit. 3. *animantes*.

587. *Disturbat*, pro *disturbavit*. (Vid. ad I, 71. III, 710. V, 443. etc.) Poor. tamen, Brit. 1. Ald. 1. Bon. *Disturbatque*, Ald. 2. *Disturbans*, Iunt. *Disturharit res*, male. — *abortus*] sic Lugd. 1. 2. Brit. 3. Iunt. et Ald. 2.; ceteri omnes *abortus*. (Vid. infra ad v. 870.)

588. *Multaque*] Bodl. *Multa*. — *ceciderunt*] Vind. *cecideret*, Cant. *cecidere et*, quam, commate inserto, Wak. veram lectionem habet, sic intelligendam: „*Multae* aliae res etiam cecidere, tam moenia, vel arces munitae in collibus, quam urbes.“

589. *pessum*] Quidam Lambini Codd. et Brit. 1. 3. *pessim*, quod Wak. immerito praefert vulgatae lectioni, quia *pessum sidere* quidem inveniatur apud Lucan. III, 674. et Boëthium Met. V, 5., nusquam vero *pessum sub sidere*. At quan-



ta messis locutionum alibi nusquam occurrentium in Lucretii carmine haberi possit!

594. *uti*] Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *ut in*, Poor. *et in*, cuius varietatis origo licet in promptu sit, et a Wak. indicata, tamen hic vir doctus proponit lectionem *Frigus ut in n. p. quom venerit artus*.

595. *movere*] sic Wak. ex omnibus libris restituit (male enim Gerard. de vett. editt. tacet), ut verbum ex more Lucretii absolute positum sit pro *se movere*. (Vid. ad I, 398. IV, 1126. VI, 128. etc.) Vulgo *moveri*, ex editorum arbitrio.

597. *superne* — — *inferne*] Poor. Brit. 1. Ald. 1. Bon. *superna* — — *inferna*.

598. *Terrai ne*] Ald. 1. Bon. *Terrae ne*, Vind. Brit. 3. *Terra ne*, Ver. Ven. *Terrave*, Poor. Iunt. *Terrarum ne*, Cant. *Terra orbem*. — *dissolvat*] Brit. 1. *dissolvit*, Ald. 1. Bon. *dissolvatur*.

599. *Neu*] Cant. *Heu*. — *dispandat*] Brit. 1. *dispandit*.

600. „*Idque*: nempe *id*, quod *hiatu fecerit*: nam de nomine *hiatum* in casu recto nihil dum comperire quivi. Lamb. proposuit *Imque*: sed absque Codd. et consuetudine Lucretii.“ *Wak.*

601. „*licet quamvis*: i. e. Non interpono, quo minus, in quantum velis, reantur coelum ac terram esse immortalia. Vossius de anal. IV. p. 240. et de construct. p. 268., quem laudat Hav., veras rationes huius formulae nullo modo perspectas habuit. Graece locutionem hoc modo reddas: *Ἐξεστιν αὐτοῖς ὑπολαμβάνειν ὡς τὰ μάλιστα*. *Wak.* Conf. etiam infra v. 621. Cic. Lael. c. 20. §. 73. idem de Legg. III, 10. §. 24. (ibique Goerenz.) et de N. D. III, 36. §. 88.

603. *Et tamen* Wak. restituit e plurimis libris; vulgo *Attamen*, ut Pii Codd. quidam, Brit. 3. Iunt. Ald. 2.

604. *Subditat*] Cant. Ald. 1. Bon. *Subdit et*, Vind. Poor. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *Subdita et*.

605. *subtracta*] sic vulg. editt. et Eichst. cum plurimis libris, quos sequutus sum. Wak. cum uno Brit. 3. *subtracta* scripsit; Lugd. 1. 2. *substructa*; quare Wak. dicit, collato I, 1099. aliquem cogitare posse de *subducta*, vere tamen nihil mutandum censet.

V. 608. comparet non nisi in Iunt. et Ald. 2., quare mihi, ut alii quidam, non a Lucretio, sed a Marullo profectus videtur, (conf. v. c. ad IV, 400.); quod saltem uncinis additis indicare volui. Wak., qui censet, „tale quiddam tenori atque integritati carminis omnino necessarium esse,“ de versus integritate non dubitasse videtur.

610. *Naturam*] Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *Natura*; quam Wak. veram habet lectionem, ut locus sic interpungatur et explicetur: — — *non reddere maius, Naturâ quo sit* etc. „i. e. Principio, homines mirantur, flumina non reddere maius mare, quo veniant omnia ex omni parte, quo tantus decursus naturaliter sit aquarum.“ — *sit tantus* Wak. ex omnibus libris restituit pro vulgari *tantus fuat*, quod e Lambini ingenio fluxit.

611. *quo*] Wak. conî. *quom*, ut constructio sit: „Mirantur flumina, quom veniant, non reddere maius mare, quo tantus decursus sit;“ quo et ipso non opus esse patet.

613. „In dubio est structura: utrum vellet noster: Quae omnia (imbres utique et tempestates) spargunt maria; an rursus: Quae spargunt omnia maria.“ *Wak.* Nobis, ut Wakefieldo et prioribus interpretibus, haec ratio praeferenda videtur, quae simul versui antecedenti comma tantum (quod in editione nostra errore typogr. omissum est), non colon vel semicolon, quod in omnibus edit. conspicitur, adpingi suadet.

617. *magnam sol*] „Vind. Brit. 3. Cant. [Brix.] Ver. [Ven. Ald. 1.] Bon. *sol magnam*; et vereor equidem, ne receptus ordo verborum [qui tamen in Iunt. et Ald. 2. iam comparet] sit arbitraria editorum collocatio, Codd. spernentium optimos et antiquissimos.“ *Wak.*

620. *At*] Brit. 1. Ver. Ven. *Ad*. — *pelage*] Bodl. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *pelagi*, Poor. Cant. *pelago*, Ald. 2. *pelagus*. De graeca forma *pelage*, i. e. *πελάγη*, (quam hic praebent Pii exemplaria, Lugd. 1. 2. et Iunt.) aliisque similibus vid. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 149. not. 50. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 309. (Conf. etiam ad V, 37.) — *substrata*] Pii Codd. Poor. Cant. *subtracta*, Brit. 3. *subtracta*. (Vide modo ad v. 605.)

623. *Largiter*] Ald. 1. Bon. *Largius*, idemque velle videntur Bodl. Brix. Ver. Ven., *Largitus* praebentes. — *aufferet*] Brix. *aufferet*, Brit. 3. *aufert*, Cant. *auserat*.

624. *quoque magnam*] sic Wak. cum omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2., quae solae vulgatam lectionem *magnam quoque* tuentur.

625. *verrentes*] Brix. Ver. Ven. *vertentes*. — *ventei*] Poor. Brit. 3. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *ponti*.

626. *quoniam*] Brix. Ver. Ven. cum, Brit. 1. 3. *quomodo*.

627. *docui*] Vide supra v. 495 ss.

630. *orbe*] sic Cant. Ald. 1. Bon., quas cum vulg. edit. sequutus sum; ceteri libri *orbis*, quare Wak., nescio an rectius, edidit *orbi*, quod iam in Iunt. et Ald. 2. inveniri, eum

fugisse videtur. Nihilominus et coniecturam proposuit *totos t. sp. in orbeis*, cui II, 544. V, 1165. et similes loci parum favent.

631. Verba *Quom pluit in terris* Virgilius Aen. X, 807. assumsit, *Quom* in *Dum* mutato, ubi Servius annotat: „Sciendum est, hemistichium hoc Lucretii esse, quod ita, ut invenit, Virgilius transtulit.“

633. *coniuncta est, oras*] sic plurimi et optimi Codd., quorum lectionem Hav. revocavit, quem sequuntur Wak. et Eichst.; Vind. Ver. Ven. *coniuncta storas*, quod idem est. Vulgo *coniunctas oras*, e Lambini mutatione. — *maris*] Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *magis*. — *cingens*] Brit. 1. 3. *tingens*, Ver. Ven. *augens*.

635. *terras itidem*] Poor. Brix. *terra sit idem*, Ver. Ven. *terra sic idem*, Brit. 1. *terram sic idem*, Cant. *terras sic idem*.

636. *virus*] Brit. 1. *intus*. Ceterum vv. 636 — 639., vix una alteraque voce variati, leguntur etiam V, 270 — 273.

638. *redit*] Ver. Ven. *reddit*, Cant. *reddet*. — *agmine*] Brit. 1. Ald. 1. Bon. *augmine*.

639. *secta*] Brit. 1. Cant. *septa*. Wak., vulgatam defensusus, comparat Virg. Aen. VIII, 63.; melius autem contulisset eiusdem Geo. I, 238. (Conf. etiam ad V, 273., ubi eandem varietatem iam deprehendimus.)

642. Versus corruptissimus, qui coniectandi latum aperit campum. Codd. et vett. editt. sic variant: Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. Cant. *media greca de coorta*, Brix. *media de graecia cohorta*, Brit. 3. *media greca coorta*, Bodl. Ver. Ven. *media greca decorata*, Poor. Iunt. *media de glande coorta*, Ald. 1. Bon. *media quae clade coorta*; Ald. 2. denique *media de clade coorta*, quae vulgaris lectio mansit. Faber coniectura *media de clade coorta*, quam lectionem, utpote facillimam et aptissimam, cum Hav. et Eichst. recepimus, licet a librorum vestigiis paullulum recedat. Wak., qui lectores ad Heinsii notas in Ovid. Met. IV, 536. ablegat, e coniectura edidit *mediocri clade coorta*, quod quem sensum idoneum praebeat, non video. Melius Bentl. *Enceladi de clade coorta*, quam tamen coniecturam Knebelii Censor Halensis (a. 1823. ch. 240.) propterea reprehendit, quod Lucretius (sive potius Epicurus) vix tam seram fabulam, quae Callimachi demum temporibus plenius exculpta sit, respexisset. Hic denique vir doctus ipse duas proponit coniecturas: *diro Cyclope coorta*, quum Lucilius in Aetna v. 29 ss. (*Illis Cyclopas memorant fornacibus usos*) aperte Lucretium ante oculos habuerit, Cyclopum vero commemoratio in loco, quo Lucretius, mythographorum commenta oppugnans, Aetnae incendium ex causis natura-

libus explicare velit, aptissima sit; vel etiam: *Typhonis* (sive, per synizesin, *Typhoei*) *clade coorta*, ut de Typhone illo, quem Pindarus Olymp. IV, 11. et Aeschylus Prom. 359. ignis auctorem perhibeant, sermo sit, quod eo probabilius videatur, quum noster etiam in fabula de Tantalo, III, 993., pendeat e Pindaro Olymp. I, 91. Lectores suo iudicio utantur.

643. *Flammae*] Wak. suspicatur *Flammea*; et sic utique apud Nonium legimus, quem IX, 1. hunc versum attulisse, Wakefieldum, de Grammaticorum testimoniis parum sollicitum, latuit. — *Siculini*] unus Cant. *Siculos*, quod Wak. verum censet, ut inde primum *Siculom*, post *Siculum* corruptum sit. Mihi nihil mutandum videtur.

646. *complebant*] Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. *complectant*, et Wak. animadvertit, verbum activum *complecto* legi apud Iuvenum II, 745. Non tamen video, quid hic sibi velit subiunctivus temporis praesentis. — *pectora cura*] Ver. Ven. *corpora dura*, Ald. 1. *corpora cura*.

648. *in rebus*] sic Wak. cum omnibus libris; vulg. edit. praepositionem omittunt.

649. *despiciendum*] ita (sive potius *despiciendum*) Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 3. Cant., quos cum Wak. sequutus sum. Vulgo *dispiciendum*. (Conf. ad II, 742.)

651. *summa*] Vind. Brix. Ver. Ven. *summa*, Brit. 3. *cum summa*, quod Wakefieldo non displicet.

652. „*multesima pars*] Nonius II, 520. versum citat, et, nescio quid somnians, dicit hanc phrasin nove positam esse pro *quantitas infinita*. Longe rectius et doctius explicationem molitus est Lambinus, qui cum Graeco schemate *πολλοστων μέγος* comparaverit. Havercampus etiam tempestive monuit, maximo Casaubono ad Strab. I. p. 26. Lucretianum versum laudari. Porro sic fortasse rem liquidius concipias: ut *millesima pars* ea est, quae rationem habeat *unius ad mille*, sic *multesima pars* similis est diminutio vocis *multus*, atque ab eius mensura ac quantitate distat quam longissime. Vid. Isocr. or. ad Phil. p. 350, 7. ed. Auger. “*Wak.* Conf. etiam Ruddim. Inst. Gr. I. p. 174. not. 30.

653. Ut nos cum Hav. Wak. et Eichst. hunc versum edidimus, legitur in Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 1. 3., his tantum cum varietatibus: *tota*] Poor. Cant. Bon. et Lamb. Codd. quidam *quota*. — *terrai*] Vind. Brix. Ver. Ven. *terra*, Brit. 1. *terna*. Iunt. et Ald. 2. versum sic exhibent: *Nec sit pars homo terrai quota t. u.*; vulgo editur: *Et quota pars homo terrai sit t. u.*, e Lambini correctione, quam iure Preiger. reprehendit, „quum nihil ad rem faciat, quod et homo admodum parvula ac multesima demum pars terrae sit.“ Vos-

sius coniecit, sive potius ex veteribus membranis suis, ut asseverat, restituit: *Nec tota pars homo terrai, quota t. u.*; sed lectio librorum nobis cognitorum praestat. *Totus* autem, prima correpta, hic esse pronomen adiectivum, quod Graecorum *τοσούτος* exprimat, et respondeat sequenti *quotus*, vix est ut doceam; quare non omnino fallunt grammatici (v. c. Sos. Charisius II. p. 133. Diomedes I. p. 322. Servius in edit. II. Donati p. 1785. Augustinus de Gramm. p. 1994. P.), qui *totus* cum similibus correlativis (*talís, qualís, tantus, quantus* etc.) inter pronomina referunt. (Conf. etiam Scaliger ad Manil. III, 366. (p. 246.) Vossius de anal. I, 2. et IV, 2., cuius integram disputationem Hav. adscripsit, et e recentioribus grammaticis Grotend. §. 54. 1. Ramshorn. §. 38. A.)

654. *bene*] Ald. 1. Bon. *bone*. — *propositum si*] Vind. Poor. *propositus si*, Cant. *propositum est si*. — *plane*] Vind. Brit. 3. *plani*.

655. *Ac*] Brit. 3. *At*, Brix. *Ut*, Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Et*.

656. „*miratur*] Bon. [ut iam Brix. et Ald. 1.] *miratus*: forte *miratust*.“ *Wak.* Sed nihil mutandum esse patet.

659. „*Obturgescit*] quidam, Pio teste, legebant *Obbrutescit*.“ *Wak.* Hanc nimirum vocem III, 544. legimus, sed alia, quam quae huic loco apta est, significatione, de anima quasi tabescente et sensum magis magisque amittente.

661. *Exsistit*] Ver. Ven. *Exiscit*; „*an Ecgliscit?*“ quaerit *Wak.*, qui comparat I, 475. et Seren. Samon. 770., de eodem morbo verbum *gliscere* usurpantem. Ald. 1. Bon. *Exurit*, quod *Wak.* pro *Exurgit* vel *Exsurgit* positum censet. — *urit*] *Wak.* coni. *haurit*. — *corpore*] omnes editt. vett. praeter Iunt. et Ald. 2. *corpora*. Mihi in omni versu nihil mutandum videtur.

662. *repiteque*] Bodl. Poor. Ver. Ven. *repetitque*. Sed conf. infra v. 1120.

664. *morbi* *Wak.* edidit ex optimis libris, locum sic interpretatus: „*Haec ipsa tellus satis morbi fert, unde vel immensus morbus possit procreescere*.“ Brit. 1. 3. et Iunt. *nobis*, quod vulg. editt. propagarunt. — *mali*] Vind. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *male*. Cum verbis *morbi mali* *Wak.* comparat Homeri II. I, 10. (*νοῦσον κακήν*), Celsum II, 4. et Horat. art. poët. 453.

666. *coelo*] Ver. Ven. *coeli*. In Poor. verba sic transponuntur: *toti terrae coeloque*.

667. *suppeditare*, absolute pro *suppetere*. Vide ad I, 548.

669. *ac* *Wak.* recepit ex omnibus Codd., quibus addo Iunt.; vulgo *et*.

672. *Et*] sic Wak. cum omnibus libris; vulgo *Ut*, e Lambini arbitrio. — „*coortu*: vox Lucretiana, prius adhibita in II, 1105. [1106.], quae notitiam lexicographorum fugit.“ *Wak.* Quorumnam? an Anglorum? Gesner., Forcell., Scheller. vocem non omiserunt.

673. *tetulerunt*] Poor. Brit. 1. *retulerunt*, Cant. Ver. Ven. *detulerunt*, quam lectionem, verbis traiectis, *ita detulerunt se*, Wak. minime spernendam censet. Mihi tamen vulgaris, utpote difficilior, praeferenda videtur. Antiquissimos enim Romanos *tetuli* pro simplici *tuli* dixisse constat. (Conf. Plaut. Amph. II, 2, 84. Rud. prol. 68. Cist. III, 19. Terent. Andr. IV, 6, 13. et V, 1, 13. Nonius II, 839. Voss. de anal. III, 19. et 37. et Ruddim. Inst. Gr. I. p. 209. not. 16., qui tamen hanc formam male refert ad verbo *tollere*.)

V. 675. mire vexavit interpretes, quos diem prae luce non vidisse puto, quum verum liquidissimum vanis coniecturis sollicitaverint. Lamb. enim e con. edidit *fluvius, qui non est, maximus eii est*, quem vulg. editt. omnes usque ad Hav. sequutae sunt; Salmas. con. *fluvius quis* (i. e. *aliquis*) *visus maximus eii*, Vossius *fluvius quivis ut maximus eii* 'st, quod Preiger. probavit. Hav. vero recte restituit omnium librorum lectionem, quam cum Wak. et Eichst. retinimus. Sensus, quem Hav. et Wak. probe quidem perspexisse videntur, sed artificiosius exprimunt, (siquidem ille *visus* explicat: *primus, ante alios visus*, hic vero: *sub hac conditione visus*,) simplicissime hic est: omnis fluvius, *quicumque sit* ab aliquo *conspectus*, ei, qui maiorem antea non vidit, maximus videtur. Ceterum cum Wak. et omnibus libris *ei* scriptissimus, non *eii*, ut vulgo exhibetur, (conf. ad V, 753.); *est* autem in fine versus cum Eichst. restituimus e Vind. Poor. Cant., quum notum sit, saepius hanc voculam in fine versus excidisse. Hav. et Wak. omiserunt.

677. *omni*] Vind. Poor. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *omnis*.

678. De gradatione, quae inest verbis *magnus* et *ingens*, Wak. conferri iubet Westerhov. ad Ter. Eun. III, 1, 1.

684. *fere silicum*] Brix. Ver. Ven. *ferens illi cum*, Brit. 3. *fere illi cum*, Brit. 1. *fores illic*. — *suffulta*] Cant. *sustata*.

688. *contingit*] Vind. Cant. Ver. Ven. *contigit*.

690. *eiicit*] sic plurimi libri, quos cum vulg. editt. sequutus sum. Wak. (Eichst.) *eicit*, e Brit. 1. 3.; nam Cant. scriptura *eiscit* magis favet vulgatae. (Conf. etiam ad II, 951. III, 890.) Ceterum hic versus in Ald. 1. et Bon. insertur post v. 692.

691. *Vortitque* Vossii est coniectura, ab Oudend. ad Iul. Obsequ. c. 112. probata, et a Wak. (Eichst.) recepta.

Quam maxime iuvatur haec emendatio Pii Codd. et Lugd. 1., *Fertitque* praebentibus, unde in Cant. *Fervitque* factum; ceteri libri omnes *Fecitque*; solae Iunt. et Ald. 2. *Funditque*, quae vulgaris lectio facta.

692. *Differt*] Brix. *Defferet*, Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Differre*; quare Wak. dicit, omnem locum fortasse sic posse constitui: *Fecitque a. l., l. f., Differre, et crassa caligine volvere fumum*, sed his mutationibus vere non opus esse.

694. *Ne*] Bodl. et vett. editt. praeter Iunt. et Ald. 2. *Nec*, Wakefieldo temere, ut mihi videtur, probante. (Conf. ad II, 187. V, 978. VI, 187. etc.)

695. *parte*] sic Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. (Brix.?) Ver. Ven. Ald. 1. Bon., et haud dubie etiam reliqui Codd., quos a collatoribus eadem socordia neglectos censeo, qua vett. editt. a Gerardo; quare non dubitavi, hanc scripturam cum Wak. (Eichst.) restituere. Vulgo cum Iunt. et Ald. 2. *parti*, e vana de metro sollicitudine. (Conf. ad I, 806.)

696. *resolvit*, i. e. „*curvatos fluctus explicat evolvitque in plano* litore, se remittens;“ ut Wak. interpretatus est, hanc lectionem e Vind. Poor. Brit. 1. restituens, a quibus Lugd. 1. 2. Bodl. Brit. 3. Brix. Ver. Ven., *resolvit* praebentes, parum recedunt. Vulgo *resorbet*, ut in Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

697. *mare*] sic Bodl. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. et fortasse omnes libri, praeter Iunt. et Ald. 2., quibus vulgata nititur *mari*, quam et ipsam procreavit metrica quaedam dubitatio. Sed quamvis bene sciam, Lucretium aliquoties brevem syllabam ante literas *sp*, vocem sequentem incipientes, non produxisse (conf. ad V, 80.), inde tamen non sequitur, hoc ubivis ab eo esse factum, quum apud optimos scriptores productionis literis *sp* effectae exempla inveniantur. (Schneider. Gr. Lat. I: p. 708. s., de omni re accuratissime exponens, affert e Lucretio ipso I, 390. *Complerē spatium*, ubi tamen *Complere* mera est coniectura Giffanii, a Preigero probata, quare cum omnibus libris, Hav. et Wak. sequuti, *Compleri* scripsimus; recte vero laudat Catull. LXIV, 186. *nullā spes*, LXVII, 32. *suppositā speculae*, Tibull. I, 5, 28. *segetē spicas*, Iuven. VIII, 107. *Occultā spolia*, Sil. Ital. XVII, 546. *diversū spatio*, Martial. II, 66, 8. *Ut dignā speculo* etc.)

699. „*Locus* est anceps, lubricus, perdifficilis, atque importunus hariorum concertantium coniecturis longe vexatissimus. Nosmet in ea sumus sententia, ut omnes hi tumultus feliciter sedari possint, salva religione Codicum, de hac interpretatione et hoc ordine constructionis: *Fatendum est*,

(nam *res ipsa cogit fateri*) speluncas hasce *ire* et penetrare *hac* via, (per radices montis scilicet usque ad posituram faucium supra iacentium) *mari aperto*, has speluncas sine impedimentis utique permeante, *atque efflare foras*, i. e. exspirare marinos fluctus, quos imbibierint (speluncae memoratae.)“ Sic *Wak.*, qui simul affert verissimam Bentleii sententiam, Fabri interpretationi de *ventis* oppositam, hisque verbis conceptam: „Geminam causam incendii proponit; *ventum* in montis visceribus aestuantem, et *mare* speluncis subterraneis eo penetrans, et ibi fervorem concipiens. Ideo autem, quod *duplicem* rationem constituit, ait *Praeterea* v. 695., et *Sunt aliquot quoque res* — v. 704. Denique haec fidem habebunt ex Claudiano, rapt. Pros. I, 171.“ Codd. in eo tantum variant, quod Brit. 1. et a prima manu Cant. habent *mare*, in Ver. Ven. autem haec vox prorsus desideratur. Coniecturae virorum doctorum sunt hae: Marulli in Iunt. et Ald. 2.: *Et p. mare, et penitus se cogier arcto*; Fabri: *Et p. animam* (i. e. ventum) *penitus res cogere aperto*; Creechii: *Et p. animam penitus, res cogit aperta*. Lamb. pro more suo omnem versum spurium censet.

700. *ideoque*] Brit. 3. *ideo*. — *flammas*] sic *Wak.* cum optimis libris; vulgo *flamas*, ut Vind. Brit. 1. 3. Cant. (a prima manu) Iunt. et Ald. 2.

702. *vertice enim* Turnebi est coniectura (Adverss. XXII, 18.), quam, a Vossio probatam, Hav. primus recepit, quem cum *Wak.* et *Eichst.* sequutus sum. Bodl. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *vertice item*, quod *Fabro* placuit, Vind. Brix. Ver. Ven. *vertice*, Lugd. 1. 2. *verticem*, Poor. Brit. 1. *vertice m*, Brit. 3. *vertice ni*, Cant. *vertice in*, quas varias lectt. *Wak.* recte e compendiarie scriptura vocis *enim* (*eīm* vel *n̄*), exortas habet. Vulgo legitur *ventigeni*, ex alia Turnebi coniectura *ihidem* prolata, sed minus probabili; quam *amplexus*, Lamb. vel *In summa* (*ὄλωσ*) legendum, vel *In summo* per *In summo monte* interpretandum censet: utrumque temere. — *crateres*] Brit. 3. *creteres*, quare *Wak.* hanc vocem graece scriptam malit  $\kappa\rho\eta\tau\tilde{\eta}\rho\epsilon\varsigma$ .

703. *nos quod*] sic *Wak.* cum Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 3. Cant. et Brix.; Ver. Ven. *nos*, Poor. *nosque*, Ald. 1. Bon. *quos nos*, Iunt. et Ald. 2. *nos quas*, quod vulg. edit. propagarunt.

706. *iacere*] Poor. Ver. Ven. *iaceret*, Vind. *laceret*, Brit. 1. *latere*. *Wak.* comparat Virg. Aen. VI, 149.

708. *Conveniat*] Vind. Brix. Ver. Ven. *Convenient*. — *illius*] Poor. *ullius*.



709. *Nam neque eum*] Vind. Poor. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *Namque cum*, Brit 1. *Namque et eum*, Cant. *Nam neque cum*; quas varias scripturas Hav. ab iis inductas recte videtur sumere, qui putarent, *eum* poni non posse, ubi de *corpore* agatur, quasi non aequè ad *hominis* v. 707., quam *corpus* v. 706. referri possit. — *nec*] sic Hav. et Wak. cum omnibus libris; vulgo *neque*.

710. *a morbo*, pro simplici ablativo. (Vid. quae ad I., 720. 934. et II, 50. annotavimus, coll. cum Ruddim. Inst. Gr. I. p. 287. not. 7. et II. p. 264. not. 9.)

711. Versus a librariis praeter modum vexatus. *Ferum*] sic soli Brit. 1. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. et Cod. Memm. Lamb.; ceteri omnes *Utrum*. — *aliquid genere*] Cod. Memm. Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. voces transponunt. — *quod contigit ei* Vossii est coniectura, quam iure meritoque ab Hav. et Eichst. receptam puto, quum proxime accedat optimorum Codd. vestigiis; nam Lugd. 2. *contio ite*, Lugd. 1. *concio itel*, Ver. Ven. *contio ites*, Vind. *concio ites*, Bodl. *concio ires*, Cod. Memm. Lamb. *contioito*, Brit. 1. *contiones*, Brix. *contio item est*. Magis recedunt Brit. 3. *contiolca*, Ald. 1. Bon. *concio dicat* (non *dicet*, ut Wak. de Bon. perhibet,) quae per Lamb. et Gifan. vulgaris lectio facta; Poor. Cant. *concio credit*, Iunt. Ald. 2. *contio credat*. Wak., qui melius in Vossii divinatione acquievisset, e con. edidit *quod conscius dicet*.

712. *dicere habemus*, ἔχομεν λέγειν. E simili Graecismo verbum *habere* usurpatum legitur I, 1068. et infra v. 900.

713. *Nilus*] Ver. Ven. *Nulus*, Brit. 1. *Silus*, Cant. *Nilus*. — *in aestatem*] sic Hav. e Codd. Lugdd. restituit, idque, in suis etiam Codd. repertum, Wak. servavit; uterque tamen non recte explicare videtur. Hav. enim eodem modo vult intellectum, quo *esse in potestatem* et similia, quae tamen alius sunt generis (conf. ad I, 889.); Wak. vero interpretatur: „propter aestatem, in aetatis commoda, ob segetes ac proventus frugum.“ Mihi potius his verbis indicari videtur auctus aquarum per aestatem indies crescens, quemadmodum et nos dicere possimus *in den Sommer hinein*.

„V. 715. mihi, quiquid obloquatur Wak., a Bentleio recte spurius videtur declaratus. Maximam enim tautologiam ei inesse, quum, solo adverbio *saepe* excepto, nihil aliud contineat, quam quod v. 713. multo elegantius dictum est, nemo non videt; in quo vereor, ne Wak. temere inveniat Lucretii ubertatem, quae profecto non in languidam garrulitatem abire debet. Quod autem hic additum est. vocabulum *saepe*, id ipsum ut Bentleium, sic et me quam ma-

xime offendit. Lucretius enim, omnino de causa inundationis loquuturus, utrum saepe tantum, an quotannis Nilus super ripas effundatur, in omni loco plane non curat, quare illud *saepe*, quo priorem sententiam universalem restringeret, non suo loco videtur; certe si hoc voluisset noster, interdum etiam non exundare Nilum, in sequentibus, inprimis ubi alteram causam inde a v. 725. affert, paucis certe verbis indicasset, hac ipsa in re situm esse, quod inundatio illa non quovis anno locum habeat. Quare potius hunc versum, in omnibus sane Codd. apparentem, antiquitus iam additum puto ab homine, qui partim verbis *campisque redundat* accuratiori interpretatione opus esse putaret, partim doctrinam suam, quae Nilum interdum alveum non excessisse sciret, ostendere vellet." Sic scripsi in Diss. mea de Lucr. p. 73 s.

716. *Aquilones*] Wak. conferri iubet Isidor. Orig. XIII, 21.

717. In hoc versu edendo cum Wak. sequutus sum Cant. Iunt. et Ald. 2., a quorum scriptura non magnopere differt lectio *qui Etesii esse feruntur*, quam, a Vossio in margine exempli sui positam, Preiger. comprobat, qui recte censet, supervacaneam metri curam ansam dedisse versum corrigendi. In nominibus propriis enim non solum elisionem saepius neglectam, imo etiam nominativum pluralis in *ae* ante sequentem vocalem more Graecorum hic ibi correptum fuisse, non est incognitum. (Loco a Wak. in exemplum allato, Virg. Geo. IV, 461. *Rhodopeïae arces*, adde eiusd. Aen. III, 211. *Insulae Ionio*, et qui ante omnes huc quadrat, Cic. Or. c. 45. *Etesiae in vada ponti.*) Vulgo legitur *quo Etesiae flabra feruntur*, e Lambini coniectura. Libri sic variant: Vind. Brit. 3. *qui etes ire esse*, Ver. Ven. *qui etes ut esse*, Poor. *qui etesiae inesse*, Brit. 1. Brix. *quietes in esse*, Brit. 3. *quo etes ire esse*, Ald. 1. Bon. *quo Etesiae efflare*, Cod. Memm. Lamb. *quo Etesia efflare*, plurimi (?) Lamb. libri *quo Etesia flare*. Havercampum de suis Codd. prorsus tacere, valde est dolendum.

719. *sursus*] Bodl. Poor. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *rursus*. — *manere*] Lugd. 1. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *manare*.

721. *ab stellis*] sic Wak. cum omnibus libris praeter Iunt. et Ald. 2., quae iam vulgatam praebent *a stellis*. Wak. sine causa idonea coni. *quae gelidi sub stellis axis aluntur*.

722. *parte* Wak. rectissime restituit e Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Ver., quibus adde Brix. Ven. Ald. 1. et Bon., ita ut vulgaris *parti* (si Havercampi Codd. excipias, non semper

accurate collatos) rursus solis editt. Iunt. et Ald. 2. nitatur. (Conf. ad I, 806. V, 512. 720. VI, 126. 630. 695.)

723. *percocto secla calore*] sic mihi locus constituendus videbatur; in quo *percocto* lectio est omnium librorum (Brix. enim, Ver. Ven. *percotto* exhibere, vix opus est ut annotetur); *calore* autem, licet hic non nisi a Cod. Vat. Lamb. et Ald. 1. exhibeatur, propterea recipiendum duxi, quod infra v. 1108., ubi haec verba repetuntur, omnes libri fide digni unanimo consensu *calore* suppeditant, et Seneca Trag. Oed. 122. (quem locum Wak. affert ad v. 1108.) simillima ratione dicit: „(Phoebus) *flamma propioro nudos Inficit Indos.*“ *Calor* autem e solenni poetarum consuetudine pro *effectu* eius positum esset. — Vulgo in utroque loco legitur *percoctaque secla calore*, e Lambini arbitrio; Wak. vero (quem Eichst. sequitur), parum sibi constans, hic *percocto secla colore*, (ut iam Hav. suaserat), infra autem *percocto secla calore* edidit. (Ceterum comma post *virum*, ex edit. Eichst. servatum, melius deletur.)

726. *opilare*] Vind. *opilare*, Ver. Ven. *opillare*. *Opilare* autem, Graecorum *ἐμψάρτεω*, (quod Lamb. interpretatur „obstare tanquam multae pilae seu columnae confertim oppositae,“ ideoque hic ponitur pro *obstruere*, *implere et occludere ostia fluminis*, sive, ut Gesner. in Thes. explicat: „resistere advenientibus fluctibus suo obice, imitante pilam saxeam, quae in mare iacitur,“) legitur etiam in Cic. Phil. II, 9., eademque vocem Sciopp. Suspp. lectt. IV, 1. restitui vult Plauto Pseud. IV, 1, 41., pro vulg. *opplebit*, Wak. vero ad h. l. Apuleio in Flor. c. 17., pro vulg. *oppletae*. Verbum substantivum *oppilatio*, de quo Hav. ad h. l. et Gesner. l. c. conferri iubent Scaligerana p. 80. ed. primae, et Barth. Advers. XL, 4., legitur apud Scribon. Largum c. 47.

727. *permotum*] Vind. *per totum*, quare Wak. coni. *per tortum*, quod nemini facile probabitur.

728. *amnis*] ita Wak. cum plurimis libris; vulgo *amni*, ut in Lugd. 1. Vind. Brit. 1. Iunt. et Ald. 2.

729. *proclivus*] sic tres Codd. Lambini, Lugd. 1. Brit. 1. 3., quos cum vulg. editt. et Eichst. eo libentius sequutus sum, quo saepius Lucretius adiectiva, vulgo in *is* desinentia, antiquiori ratione in *us* terminare solet. (Conf. ad II, 845.) Formam *proclivus*, quae occurrit v. c. apud Varr. R. R. II, 2, 7. Catull. LXIV, 270. Plaut. Mil. IV, 2, 27. Senec. Apocol. p. 833. Lips. eundemque in Epist. 86., Oudend. etiam restitutam voluit Apuleio Met. IV. p. 241., ubi laudat se ipsum ad Frontin. II, 2. §. 1. (§. 2. scribere voluit) et ad Hirt. B.

Afr. 8. (rursus vitiose pro 10.) atque Drakenb. ad Liv. XXXV, 30.

730. *eius*] Bodl. Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *ei*, quod Wak. dicit facile oriri potuisse e compendio scripturae *ei*?

732. *coniiciunt*] Poor. Cant. *conijciunt*, quare Wak., cupidius utique, suspicatur *coniciens*.

736. *Forsitan* (vel potius *Forsit an*, ut ipse scribit,) Wak. ex omnibus libris restituit pro vulgato *Forsit et*, quod Lamb. fecit e duorum Codd. lectione *Forsit at*.

737. *Crescat*] Ald. 1. Bon. *Crescit*. — *albas*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *albos*; sed receptam lectionem praeter Lugd. 1. 2. Iunt. Ald. 2. agnoscit etiam Servius, qui ad Virg. Aen. IV, 250. e loco nostro affert verba *albas effundere ningues*. — *descendere*] sic soli Brit. 1. 3.; sed Bodl. Vind. Cant. et omnes editt. vett. *decedere*, Lugd. 1. 2. *discedere*, Poor. *decidere*, Servius denique, ut vidimus, *effundere*; quare Wak. coni. *defundere*. Saepius autem Lucretius verbo *descendere* utitur de rebus coelitus in terram cadentibus, imprimis de fulmine. (Conf. VI, 402. 427. 438.) — *ningues*] sic Lugd. 1. 2. Vind. Cant. Iunt. Ald. 2. et Servius; Poor. *ningens*, Brit. 1. *nigeis*, Bodl. Brix. Ver. Ven. *in ignes*, Ald. 1. Bon. *in igneis*, Brit. 3. *nives*, e glossa.

739. *Averna tibi*] Brix. Ver. Ven. *avernantibus*. — *sint*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *sunt*. Lamb. dicit, hunc versum a Nonio esse prolatum, sed mendose; in quo tamen frustra quaesivi. De locis Avernis conf. Servius ad Virg. Aen. III, 442.

741. *quod*] Nonius, qui hunc versum cum sequente profert I, 46., *quidem*. — *nomine*] sic Wak. restituit e Poor. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven., comparans Virg. Aen. XI, 542. et VI, 242.; vulgo *nomen*. — *ab re*] Nonius *a re*. (Conf. supra ad v. 424.)

743. *venere*] sic omnes libri vett., quos recte Wak. sequutus est. Vulgo *advenere*, e Lamb. coniectura.

744. *Remigiom*] ita Wak. edidit e coniectura satis probabili, quum in Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. legatur *Remigio*, quod ex *Remigiō* ortum esse statuit. Attamen quum litera *o* facile etiam ex sequente voce adhaerere potuerit, certe non prorsus contemnenda videtur altera, eaque vulgaris, lectio *Remigii*, ut fortasse hic locus inter eos referendus sit, de quibus ad V, 1004. disputavimus.

747. *substratus*] Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Ver. Ven. *subiratus*, Iunt. *subiectus*. — *Averni*] „editores hodierni ex arbitrio *Averno est*; nescias an impudentius, an inscitius. Sane illud *est* Vind. agnoscit: sed collator, mini-

me compositus ad fidem, caret pondere." *Wak.* Etiam vett. edit. omnes *Averni* exhibent.

748. Versus et librariorum inescitia et editorum solertia omnium fere vexatissimus. Libri veteres sic variant: *Hic*] ita Vind. Cant. Ald. 1. Bon., quos cum Eichst. sequutus sum, quum paullulum modo discedant Lugd. 1. Bodl. fragm. Vind. (quod hic denuo incipit) Brix. Ver. Ven., *His*, et Brit. 3., *Hii*s praebentes; reliqui libri *Is*, quod *Wak.* recepit. — *Cumas apud acri sulfure montes*] Cant. *cumas apud et risui permotis*, Brix. *cum as apud etrisui per montis*, fragm. Vind. *cum asapute crisui per montes*, Bodl. Vind. *cum asapude crisui per montis*, de qua tamen lectione dubitare licet, quum Ver., quam *Wak.* addit, et Ven. diserte exhibeant *cumasapude trisui per montis*, Vat. Lambini *Cumas apud et Visui per montis*, eiusdem Tett. et Faërn. *Cumas apud et Visus per montis*, Poor. *cumas apud ecrisum per montis*, Lugd. 1. *Cumas apud ecris viper montis*, Lugd. 2. et Memm. Lambini *Cumas apud (apud) ecris vi per montes*, Brit. 1. *cumas apud chrysim permontis*, (a Brit. 3. haec verba prorsus absunt); Ald. 1. Bon. *Cumas apud eius sub pede montis*, non minus ex editorum coniectura, quam in Iunt. et Ald. 2. *Cumas apud Etruscos et monteis*. Sequantur virorum doctorum coniecturae. Lambini: *Qualis apud Cumas locus est montemque Vesevum*, quae vulgaris lectio facta, ab Hav. etiam servata est; Turnebi Adverss. XXII, 18. *Is lacus est C. apud ocris vipera montis*, ut nimirum *ocris*, vox Graeca, idem significans quod *asper*, epitheton sit montis, *vipera* autem dicatur Avernus „ob loci pestilentem naturam et venenatam diritatem;“ (!) quam, licet fere ridiculam, Lamb. serius vel suae coniecturae praetulit, prioribus modo verbis sic mutatis: *Qualis apud C. est etc.*; Sim. Bosii: *Is lacus est C. apud, ex vivis per monteis*; Giffanii: *Is lacus est C. apud et Vesuvi per montes*; Salmasii (in epist. ad Io. Frid. Gronov.): *Is locus est C. apud, acri sulphore montes*, quam Hav. commemorat, Vossii nomine adscripto, nos vero cum *Wak.* et Eichst. recepimus, utpote cum sensui, tum Codd. vestigiis convenientissimam; Fabri: *Ut locus est Cumas apud Euboico sub monte*; Gassendi: *Qualis apud C. Miseni sub pede montis*; Ian. Parrhasii (in Gruteri Thes. T. I. p. 834.): *Hic locus est C. apud, Aethruscos (i. e. Etruscos) per montes*; Carrionis (ad Val. Flacc. III, 209.): *Is locus est C. apud, et Vesuvi prope montem*; Havercampi: *Is locus est apud C., Nonacris, vipera mortis*, („i. e. tanquam quaedam pestifera Nonacris et mortis seu lethalis vipera“); qui tamen, hunc versum non a Lucretio ipso profectum, sed a glossatore quodam primum margini adscri-

ptum censet, (ut iam Lamb. utrumque versum 748. et 749. spurios habuit); Bentleii denique: *Ut lacus est C. apud acri sulfure montes*, in primis tantum verbis recedens a Salmasii emendatione, nobis post Wak. et Eichst. recepta. Poenitet fere temporis operaeque in his variis tentaminibus referendis consumtae, quae tamen, ne quid desit ad plenam copiam, reticere nolimus.

749. *Oppletei*] Turneb. I. c. et Lamb. male coniecerunt *Pompeii*, ut nimirum oppidum illud celeberrimum intelligatur, ex incendio Vesuvii cineribus obrutum. — *aucti*] sic omnes fere libri, quos, suadentibus iam Parrhaëio, Turnebo, Salmasio aliisque, Wak. sequutus est; vulgo *auctus*, ut Brit. 3. Ald. 1. Bon.

750. *moenibus*] Ver. Ven. *mentibus*, Bodl. Ald. 1. Bon. *montibus*.

751. *Tritonidis*] ita Wak. cum Vind. fragm. Vind. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon., quum etiam libri Mss. ad Virg. Aen. II, 226. non aliter habeant; vulgo *Tritonidos*.

755. *Pervigili causa*] „Huius scripturae rationem non erit facile explicare, nisi quis dicat, iratam coronidi fuisse Minervam, quia pervigilaverit, ut Erichthonium in ea cista inclusum videret.“ Sic Lamb., a quo non dissentit Wak. Faber censet, „Lucretium alios sequutum esse auctores, quam qui ad nos pervenerint;“ Creech. vero apposite laudat Ovid. Met. II, 557. Non igitur opus est Lambini coniecturam *Pervigili* (i. e. assidua) *cura*.

756. Vulgo *hoc* ponitur post *loci*, quod Wak. primus omisit, Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. 3. Cant. (Brix.) (Ver. Ven. Iunt.) et Ald. 2. sequutus. Illud *hoc*, fortasse in solis Ald. 1. Bon. conspicuum, aperte insertum est, ut hiatus evitetur, qui tamen in caesura versus commode ferri potest. — *suapte*] sic Hav. et Wak. cum plurimis libris, suadente etiam Vossio ad Catull. p. 113.; vulgo *sua vi*, ut Brit. 1. 3.

757. *quoque* — *item*] Conf. ad V, 246. et 750. coll. annotatt. ad III, 293. IV, 987. V, 154. VI, 503. etc. — *esse, videri*] sic omnes libri praeter unam Iunt., *esse volantes* exhibentem, e Marulli coni., qui primus in hoc versu offendisse videtur, quem seriores omnes perplexum et impeditum iudicarunt. Lamb. tres proponit rationes vulgatam explicandi: aut per asyndeton, pro *esse et videri*; aut sic, ut *esse* pro *licere* positum sumamus, ubi sane melius foret *locum esse videre*, (quod mihi quidem optimum et simplicissimum videtur, ut fere receperim); aut denique, ut *videri* dictum habeamus pro *ut videatur*, seu *ad videndum*, ὥστε ἰδῆσθαι. Nihilominus tamen coniecturam fecit: — *esse, volucres Et*

quo quadrupedes simulac v. p.; Faber audacissime conii: — spelunca videri, Quadrupedum quo saecula simul vestigia prima etc.; Creech. suspicatur: — esse, vigentes Quadrupedes quoque etc.; Hav. sola interpunctione locum iuari censet, hoc modo: — esse, videri Quadrupedes etc. „i. e. ubi videri possunt, quadrupedes e vestigio perire, et ut ipsa vis cogat etc.“; qua tamen explicatione haud dubie plura supplentur, quam quae scriptori licuerit omittere. Wak. denique conii. — *locus iste videri*. Lectores suo iudicio fruantur.

758. Offendit quidem vox quoque statim recurrens, per se tamen bene habet, quum antea de avibus modo dictum fuerit, nunc vero „vel quadrupedes, maiores et fortiores avibus“ commemorentur, ut Wak. interpretatur, qui de hoc Syriae loco conferri iubet Ammian. Marcell. XXIII, 6. ibique Lindenbr.

759. ipsa vulgo intelligunt de quadrupedibus antea dictis, neque aliter Bentleius voluit; rectius vero Wak. coniungit natura ipsa, quae sit „solus halitus per se, nullo hominum interea percutiente.“ Sic igitur quadrupedes non est casus rectus, cum intulerint construendus, sed quartus casus, a cogat pendens. — Graviter concidere etiam Virgilius dixit Aen. V, 447 s.

762. e] Poor. Brit. 1. haec; quare Wak. suspicatur ex. — *fiant causis*] sic Wak. cum plurimis libris; vulgo *causis fiant*, ut in Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

763. posita his (vel iis) Orci] „Sic videmur haud infeliciter restituisse locum ex ingenio: nam *is* et *his* confundi solent, et statim intelliges, quam probabile sit, *postais*, vel *postais*, in corruptelas membranarum esse abitura.“ Wak. Ald. 1. nimirum et Bon. *portis Orci et* (non *partis*, ut apud Wak. legitur), Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *potis Orci*, Lugd. 2. fragm. Vind. *poteis Orci*, Poor. Brit. 1. Cant. Iunt. Ald. 2. *potius Orci*. Vulgo editur *his Orci potius r. e. C. pōsta, hinc* etc., sed sine libris; „quamvis, Wak. inquit, odiosissima istius hominis negligentia, qui testimonia Codd. Vindd. renunciauit, illud *pōsta* miro cum stupore (scio quod dicam) propagaverit.“ *Posta* enim non nisi in Iunt. apparet, e Marulli coniectura. Librorum lectionem, a se restitutam, Wak. sic explicat: „ne *primura* credas, hic situm esse Orcum; *deinde*, quum error pariat errorem, animas mortuorum *hinc* exciri.“

765. *Maneis*] Brit. 3. Brix. *inanis*, Cant. Ven. Ven. *in avis*, iisdem literarum ductibus. — *inferne*] Bodl. Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. et omnes edit. vett. *inferna*, quod Wak. forte melius censet. Ceterum Lucretius hic

videtur in mente habuisse Ennii locum ex Hecuba p. 242. Hessel.

766. Editores laudant ad h. v. Aelian. de anim. II, 9. Oppian. cyneg. II, 233. Plin. H. N. II, 53. Martial. XII, 29. cum virorum doctorum annotatt.

769. Librionnes, de quibus certius consat, (nam Hav. de suis Codd. tacet, Altero vero parum fidei tribuendum), mancum et corruptum versum referunt. Poor. Brix. Ver. Ven. P., *nam nunc ipsa tibi d. c.*, Cant. P., *nam nunc ipsa de re d. c.*. Brit. 1. P., *nam nunc de re d. c. (?)*, Brit. 3. P., *nam quae sit nec ipsam d. c.*, Ald. 1. Bon. P., *namque ipsa de re tibi d. c.*, quas Wak. sequutus est, Iunt. Ald. 2. P., *namque ipsa de re nunc d. c.*, quibus cum vulg. editt. Eichst. quoque obtemperavit. Nos in lectione recepta omnia librorum vestigia coniungere studuimus, quod an nobis contigerit, alii videant.

772. *cibo*] Bodl. cunctaeque vett. editt. *cibos*, Vind. fragm. Vind. Brit. 3. *homini*. — *quae*] Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. Cant. *aeque*; quare Wak. coni. *Multa cibo et quae* etc., ut ordo sit vel *multa cibo*, i. e. pro *cibō*, vel *multa quae sunt cibo*. Mihi vulgaris praestare videtur.

774. *ostendimus ante*] ad IV, 635 ss. et V, 897 s.

778. *meant*] Vind. Brit. 3. *ineant*. — *inimica*] Ver. Ven. *immita*. — *aureis*] Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. Cant. Brix. Ver. Ven. *auras*.

779. *infesta*] Brit. 3. *infecta*. — *tactu* Wak. ex omnibus libris restituit pro audacissima Lambini coniectura *odore*, omnes editt. vulg. occupante. *Tactum* enim et *tangere* Lucretio de omnibus sensibus usurpari, vidimus ad II, 408. Conf. etiam Virg. Aen. VII, 480. et Plin. H. N. XVII, 37. fin., quos Wak. laudat.

780. *neque*] sic Wak. cum omnibus libris, praeter Brit. 3., qui solus exhibet vulgatum *nec*.

V. 782. et 783. a Nonio IV, 425. sic afferuntur:

Deinde videre licet, quam *multae homini res*

*Acriter infestant sensus*, spurcaequae gravesque, quam scripturam non video quomodo Wak., utpote veram et vulgata elegantiozem, possit defendere, quum, vel hiatusumto, (quem solum Wak. excusare studet,) prior versus integra syllaba destitutus sit. Imo, quum in Codd. nulla varietas inveniatur, nisi quod in Brit. 1. *infestae* legitur pro *infesto*, de vulgata versuum ratione non dubitandum videtur.

786. *eas*] Vind. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *ea*, quod non mirum, quum *subter* sequatur; Poor. *eam*.



787. *magnis*] vulgo *in magnis*; sed praepositionem, a nullo libro suppeditatam, Wak. recte omisit.

789. *ideo terris*] sic Ald. 1. 2. Bon. Iunt.; Brix. *inde terris*, Lugd. 1. 2. Bodl. Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. Ver. Ven. *indeotris*, (literis tamen varie divisis), Brit. 1. *inde*, lacuna relicta.

790. Conf. quae ad I, 814. a nobis annotata sunt.

791. *gerit*] Bentl. coni. *genit*. Sed vide ad I, 718.

792 s. Retinui cum Eichst. vulgatam lectionem, quam Wak., quum omnes libri, excepto Brit. 3., *acris* vel *acreis* praebeant pro *acri*\*), satis audacter sic mutavit: — *ubi acris Nidor subfundit nareis, tum cogit ibeidem*.

794. In hoc versu prorsus sequutus sum Iunt. et Ald. 2., quarum lectiones Wak. recepit, fontibus tamen, unde hausit, non indicatis. *Concidere* vero et *mittere* omnes ad unum libri tuentur, *ut* etiam in Brit. 1. legitur, loco vocis *pronos* autem, quam etiam Memm. apud Lamb. agnoscit, Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. et Vat. Lambini *primos*, Vind. Brit. 1. *pinnos*, Brit. 3. *pennos*, Lugd. 1. 2. fragm. Vind. Cant. *pumos*, Tett. Lambini *fumos*, Poor. *fumus*, et pro *morbus* Memm. Ald. 1. Bon. *morbos*, Vatic. *monstro*, ceteri *morbo* exhibent; quare Wak. coniecturam profert: *et fumus quasi morbo m. s.* Sed recepta longe meliora censeo, in quibus *consopit* *concidere* per graecismum posita censeo pro: *ita consopit, ut faciat concidere*, quod iam Turnebo Adverss. XXVI, 13. et Palmerio in Gruteri Thes. T. IV. p. 849. placuisse video, qui tamen Fabro aliisque non persuaserunt. At vero quum Romani sententias, quae finem aliquem indicant, interdum per infinitivum, non per *ut* cum coniunctivo exprimant, (locis a Palmerio laudatis adde Virg. Aen. VI, 313. *Stabant orantes primi transmittere cursum*, Hor. Epist. I, 2, 27. *Fruges consumere nati*, Claudian. Gigant. V, 50. *Undique concurrunt arcem defendere cives*, aliosque); quidni Lucretio, Graecarum constructionum amantissimo, aliquando etiam coniunctivum cum *ut*, consequutionis indice, in infinitivum mutare licuerit? (Simili quadam ratione IV, 953. verba *poplites cubanti submittuntur* interpretari studuimus: *poplites summittuntur, ut homo procumbat.*) Sic igitur Wak. coniectura *tum cogit concidere* non magis, quam aliis, opus videtur. Coniecit au-

---

\*) Quod enim Wak. praeterea dicit, Lugd. 1. 2. pro *consopit* exhibere *tum sopit*, mirus utique est error, quum Hav. clare et distincte afferat lectionem *cum sopit*, quae a vulgata vix ac ne vix quidem recedit.

tem Anonymus in margine Cod. Memm.: *Concidere, ut spumas qui morbos (voluit haud dubie morbo) mittere suevit*; Turnebus l. c.: *Concidere ut fumos qui morbos mittere suevit*; Lambin., qui tamen verum utpote spurium deleri mavult,

*Quin gravidis hic nidor* } *abortum immittere suevit*;  
 vel *Quin nidor gravidis hic* }

Gifan.: *Deicere ut privos qui morbus saepe suëvit, quam lectionem, privos modo in pronos mutato, Creech. et post eum Hav. recepit*; Faber: *Nidore, ut somnos qui morbus mittere suevit*; Hav. denique satis mire: *Cum cinere ut prunas νοτιογτός mittere suevit (vel saepe suëvit)*; quae divinationes omnes non egent copiosa refutatione.

797. *eo si odorata*] non solum hiatu admissio, sed etiam particula *si* correpta. Wak. annotat: „Rationem metri clarior perspicies rescribendo ad antiquissimam normam *sei*: senties enim, altera vocali elisa, alteram relinqui. Similiter in Graecis hoc genus vocabulis.“ (Conf. etiam supra ad V, 7. VI, 276. 375. 717.)

799. *atque*] Bon. *utque*. — *labefactant*] Brit. 3. *labefaciunt*.

800. *si calidis*] sic Wak. cum omnibus libris; vulgo *si in calidis*. — *cunctere (vel contere) lavabris*] sic Lugd. 1. 2., quos Hav. Wak. Eichst. recte sequuti videntur, quamquam vox *lavabrum* alibi non invenitur. „Sed, Wak. inquit, speciem primitivae dictionis prae se fert; unde, Aeolico digamma extrito, factum est *laabrum* et *labrum*.“ Poor. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *cum te relavaris*, Iunt. *cum te relevaris*, Vind. *cunctae relavaris*, fragm. Vind. *cunctere lavar*, Brit. 1. *cunctere lavacris*, ut vulgo editur, Cant. *contere lavari*, Ald. 2. *cunctere lavari*.

801. *et fluere solis*] Cant. *offlueris*, reliqui omnes *efluere*; quare non dubitavi, quin Eichst. in recepta lectione sequeretur, cuius sensus est: si ita te perfuderis aqua, ut rivi eius de corpore defluant; nam antiquissimos Romanos perfectum verbi *fluere non fluxi*, sed a *fluvo* — *fluvi*, *fluvi* declinasse, vix potest dubitari. Wak., qui etiam conjecturam profert *quom te relevabis Plenior, ecfluere s. f. a.*, in contextu edidit *et fueris solio*, ut in Ald. 2. legitur, sed languida tautologia, quum iam praecesserit *cunctere*. Vulgo, vocibus mire transpositis, *et solio in fueris*.

803. *odor*] Vind. *ordor*, unde in Cant. *ardor* factum.

804. *aquam*] Vind. fragm. Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. *aqua*. — *praecepimus*] Brit. 1. *percepimus*.

805. *domus*] sic, Gronovio Obs. III, 5. suadente, Wak. edidit e praeceptis Pii exemplaribus et Brit. 3., quibus iam ad-

dere possum Brix. *Membra domus* sunt varia domus cubicala, ut apud Cic. ad Qu. fr. III, 1. et Plin. Ep. II, 17., quos locos Gronovius laudat, haec scribens: „Phrasis *membra domus* significat non illam tantum cellam, in qua fervit mustum, impleri gravissimo spiritu, sed et vicinas aedium partes, in quas penetrare potest.“ Wak. etiam laudat Apulei. Met. III. sub fin. (p. 228. Oudend., quem vide in Indice.) Lugd. 1. 2. Vind. habent *domnus*, Brit. 1. Ver. Ven. Ald. 2. *dominus*, Poor. Cant. *domis*, vel *donus*, Brit. 1. in margine et Iunt. *domans*, Ald. 1. Bon. *minus*. — *percepit*] Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon. *pertexit*; male. (Vide III, 29. 80. V, 604.) — *nerveis* Wak. coni. admodum probabiliter, quum omnes fere libri habeant *servis* (Lugd. 1. 2. modo et fragm. Vind. *fervis*, Ald. 1. Bon. *servus*), et *nervi*, ad quos Lucretius saepissime redit, hic aptissime commemorentur, quippe quibus resolutis membra langueant et corpus concidat. Gronov. l. c. suspicatur *mustum*, Hav. *ferme*. Vulgo sic legitur hic versus e Lamb. coniectura: *At quom membra hominis percepit fervida febris, quod prorsus alienum est.*

806. *Tum fit*] Poor. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *Tum facit*, Vind. *Dum facit*. — *vini*] Vind. Poor. Brit. 3. *vim*. — *mactabilis*] Cant. Ver. Ven. *mattabilis*, Poor. *mutabilis*, Ald. 1. Bon. *manabilis*.

809. *argenti*] Vind. fragm. Vind. Brit. 3. *argento*.

810. *expiret* (sic enim in contextu legendum esse pro *expiret*, facile vides,) Wak. edidit e Bodl. Vind. fragm. Vind. Poor. Cant., quibus omnes adde vett. editt.; vulgo *expirat*. — *scaptensula*] Poor. Cant. *scatens via*, Brit. 1. *scatensilla*, Brit. 3. *scatensula*, Brix. *scaptembula*, Ver. Ven. *stuptembula*. Vulgo scribitur *Scaptensula*; haud dubie quod Steph. Byz. habet *Σκαπτησύλη*, et Plutarch. in Cim. c. 4. *ἐν τῇ Σκαπτῇ ὕλῃ*; nostrae vero scripturae favet Festus his verbis: „*Scaptensula*, locus ubi argentum effoditur in Macedonia, dictus a fodiendo; namque Graece *σκάπτειν* effodere dicitur. Lucretius: Quales *expiret scaptensula* subter odores.“

813. *hominum*] Brit. 1. *homini*, quod Wakefieldo minime displicet.

814. *audisve*] Vind. fragm. Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *audire*.

815. *et quam*] Brix. Ald. 1. Bon. *ac quam*, Ver. Ven. *aequam*. — *desit*] vett. editiones omnes *desit*.

817. *Hos*] Brit. 3. *Nos*. — *exaestuatur*] sic Wak. cum Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 3. cunctisque editt. vett.; vulgo *exaestuatur*.

818. *Exspiratque* Wak. restituit ex omnibus libris; vulgo *Exspiretque*, ut antea *exaestuēt*, sine causa. — *aperta*] Poor. *apertaque*; „verebatur scilicet librarius, Wak. addit, ut literae *pr* satis suffulcirent syllabam.“

819. *alitibus submittere*] Vind. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. *malit bussum mittere*, neque aliter fragm. Vind. *malit bus summittere*, Brit. 3. *malint sursum mittere*. — *debent*] Brit. 3. *pestem*, et in margine *odorem*; a Brit. 1. Vind. fragm. Vind. Brix. Ver. Ven. vox prorsus abest.

821. *venenet*] Lugd. 1. Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *veneni*, Brit. 3. *veneni est*. „Tot Codd. auctoritas dubitationem movet; sed nequeo discernere, quomodo locus aliter constitui possit, aut qua parte sinceritas lectionis cesset.“ *Wak.* Nec ego possum discernere, nisi integrum versum excidisse sumamus.

823. *correpta*] Ver. Ven. *corrupta*, perperam.

824. Verbum *dirigit* et Fabro, qui *se erigit* coniecit, et Bentleio temere suspectum fuisse, Wak. rectissime docet, non solum ad usum Lucretii, qui verbis activis neutrali significatione positus summopere gaudeat, sed etiam ad Hirtium B. Hisp. c. 29. et Cic. de div. I, 14. provocans, atque Salmasium ad Pl. Vopisci Probum c. 19. p. 677. afferens.

825. „*haec*] Brit. 1. 3. *hic*. Sane *heic*, ut Lucretianum magis, valde placeret.“ *Wak.*

827. *etenim*] Ver. Ven. *aeternum*. — *primo*] Brit. 3. *primum*. — *quendam*] Ver. Ven. *quaedam*. — *conciēt*] Brit. 1. *continēt*.

828. *quom*] Brit. 1. *tum*. — *veneni*] Ald. 1. Bon. *venena*.

829. „*vita vomunda*: ob spiritum scilicet ore *eiectatum*. Virg. Aen. IX, 349. *Purpuream vomit ille animam*.“ *Wak.*

830. *sit*] Vind. fragm. Vind. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *fit*.

834. „*e*] Ver. [Ven.] *est*; unde fors legendum *ex*: quamvis *e* facile migret in *ē*, vel *est*.“ *Wak.* Nihil utique mutandum.

835. *pennarum*] Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *pinnarum*: (Sed vide ad V, 737.) — *nisis* me invito in contextu comparet, quum alibi (IV, 907. V, 226. 507. 912.) semper cum Wak. *nixus* scripserim. (Conf. ad IV, 907.)

836. *proditur*] Ald. 1. Bon. *perditur*, minus bene.

V. 837. Festus s. v. *Nictare* (quod explicat: „et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari“) sic affert: *Hic ubi nictari* (vulgo *nexari*) *nequeunt, insisterque alis*; quare hanc lectionem Wak. recepit (laudans si-

mul Bentleii emendationem ad Catull. LXVI, 53. *impellens nictantibus aëra pennis*); quem recte, puto, cum Eichst. sequutus sum. Vulgo *nixari*, ut libri omnes; nam Bodl. Brix. Ver. Ven. *rixari* vix varia lectio haberi potest.

838. *terram*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *terris*; quare Wak. suspicatur *terras*.

841. *Frigidior*] Vind. fragm. Vind. Brix. Ver. Ven. *Cur frigidior*, „commixtis titulo versuque“ ut Wak. dicit. Inde etiam Brit. 1. lectio deducenda *Quare frig. p. ae. sit h.*; *sit* autem et in Vind. Brix. invenitur. Ceterum hunc locum Servius respexit, qui ad Geo. IV, 51. haec habet: „Secundum physicos, qui dicunt, tempore, quo hic hiems est, aestatem esse sub terris, et versa vice, quum hic aestas, illic hiemem. Quod etiam Lucretius exsequitur, et trahit in argumentum putealem aquam, quae aestate frigidissima est, hieme vero calidissima.“

842. *Rarescit*] Lugd. 2. Bodl. Brit. 1. 3. Cant. et omnes editt. vett. *Arescit*, Poor. *rescit*.

844. *effeta*] sic Wak. restituit e Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 1. 2. Ver. Bon., a quibus reliquae editt. vett. non dissentiunt, nisi quod plurimae *effoeta* scribunt; Bodl. fragm. Vind. Cant. *effecta*; vulgo *affecteda*, ut Poor. et, si verum, tres Codd. Lambini. Bentl. coniecit *defecta*.

845. *Fit quoque* Wak. in contextum revocavit ex omnibus libris; vulgo *Hoc fit*, ex editorum arbitrio.

847. *in coëundo*] sic Wak. cum omnibus libris Mss. et vett. editt.; nam Vind. fragm. Vind. Brix. Ver. Ven., *in quo eundo* exhibentes, a recepta lectione proprie non differunt. Vulgo tamen *ut coëundo*, quod editoribus debetur.

849. *Est*] ita libri omnes praeter Lugd. 1. 2. et Lambini Codd. Memm. Tett. Bert., *Esse* praebentes, quam lectionem post Lamb. et Hav. Wakefieldus quoque recepit. Mihi tamen illud *esse* correctio videtur difficilioris lectionis, quam cum Creech. Eichst. aliisque retinui. — *Hammonis* Wak. scripsit cum Brit. 1. Poor. Cant. Bon., quibus adde Ver. Ven. Ald. 1. 2. Iunt.; vulgo *Ammonis*. (Conf. de hoc nomine scribendo Eutyech. p. 2312. Gruteri Inscr. p. XXI. n. 7. Drakenb. ad Sil. Ital. I, 39. et Liv. XXI, 1. §. 1., quos laudat Schneid. Gr. Lat. I. p. 193.) De fonte autem hic commemorato Wak. conferri iubet interpp. ad Curtium IV, 7, 2. Pomp. Melam. I, 8. init. et Ovid. Met. XV, 309. Vid. etiam Herodot. IV, 181. et Mannert. Geogr. d. Gr. u. R. Vol. X. P. 2. p. 50.

850. *et*] sic Wak. ex omnibus libris; solae Iunt. et Ald. 2. vulgatis editt. opitulatur, *at* praebentibus.

853. *terram* Wak. restituit e Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 3., quem eo libentius sequutus sum, quum Brix. quoque accedat, Ver. Ven. autem *terra* praebeant; vulgo *terras*.

855. *nudum*] Brit. 3. *nitidum*. Heinsius Adverss. I, 10. p. 404. coni. *udum*, cui recte adversatur Wak.

857. *Quom superum lumen*] Brix. Ver. Ven. *Cum superum lumine*, quod in Brit. 1. sic correctum: *Lumine cum superum*. A verbis autem *Quom superum lumen* incipit etiam versus Ennianus, a Macrob. Sat. VI, 1. laudatus, (p. 45. Hessel.) — *lumen tanto*] Poor. *tanto lumen*. — *fervore*] fragm. Vind. *fevore* (ex *fēvore* ortum), unde in Vind. Ver. Ven. *fenore* factum.

858. *Qui queat hic subter*] Vind. Brit. 3. *Quique adit super*, Brit. 1. Brix. Ver. Ven. *Quique adhuc super*, fragm. Vind. Poor. *Qui queat hic super*, Cant. *Qui queat hic supra*, Ald. 1. Bon. *Qui queat hunc* (fortasse *hanc*) *subter*. — *terram*] Bodl. et Pius in notis *terra*.

859. *Percoquere humorum*] Vind. *Perquo ceremnoreni*, Cant. *Perquo quere humorem*, fragm. Vind. *Perquoquere umorem*, Brit. 3. *Per quē ter'a humorem*, Brix. *Perquoquere minorem*, Ver. Ven. *Perquere minorem*. — *calido sociare*] Vind. *calidoso clare*, Poor. *calido saccare*, pro *satiare* (quod Pio et Bentleio placuisse, miratur Wak.), Bodl. Brix. Ver. Ven. *calido sol dare*, Brit. 1. *calido sedare*, Brit. 3. *calidos efflare*. Wak. coni. *solare*, „i. e. vim propriam impertiri,“ comparans Plin. H. N. XXIX, 38. et Colum. IV, 27. — *vapore* Wak. vulgatae *vapori* substituit e Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. Cant., quibus adde Iunt. et Ald. 2.; Bodl. et reliquae editt. vett. *vaporem*, quare Wak. suspicatur, veram lectionem fuisse *calidō* — *vaporē*, i. e. *calidom vaporem*.

863. *Rara tenet*] sic Lamb. ex ingenio, ut videtur, restituit; quem seriores omnes sequuti sunt. Bodl. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Parva tenet*, Lugd. 1. et Lambini Vat. Bert. *Para tenet*, Lugd. 2. *Partene*, Memm. Lambini *Par tenet*, Poor. Brit. 1. 3. Iunt. Ald. 2. *Pura tenet*. — *circum*] Bodl. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *certum*; vulgo *circum hunc*, sine libris; quare Wak. *hunc* delevit. — *cetera*] Cant. *ex-tera*.

865. „*Hoc*, i. e. hoc modo, vel *ob hoc*.“ Sic Wak., qui hanc lectionem ex omnibus libris revocavit. Solae Iunt. et Ald. 2. *Hinc*, ut vulgo editur. — *ubi*] Bodl. Ver. Ven. (de quibus tacet Gerard., omnino negligens ad hunc versum) *tibi*; quare Wak. coni. *Hoc tibi, roriferis ubi nox terram obruit umbris*, sed vulgatis stari melius censet. — *umbris*] Bodl.

Poor. Brit. 3. Cant. (Brix.?) Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *undis*, (quam varietatem Gerard. prorsus neglexit); Brit. 1. *undas*.

866. *subtus*] Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. Cant. Brix. Ver. Ven. *sonitus*, Brit. 3. *fons intus*. Bentl. quaerit: „Quid, si *supera*? nam superficies terrae frigescit. An subter umbras?“ Posterior ratio unice vera, ideoque coniectura superflua videtur.

869. *laticis*] Beda, qui hunc versum laudat p. 2375 P., *aquae*, diserte docens, primam syllabam vocis ob sequentes literas *qu* produci. Recte tamen iam Lambin., Wakef. et Schneid. Gramm. Lat. I. p. 330. (qui omnino hac de re est conferendus,) monent, si *aquae* vera sit lectio, tunc potius *ἀκυῖαι, τριουλλάβως* esse pronuntiandum, ut I, 561. IV, 977. *relicuius* etc. Libentius tamen Bedam aut ipsum errasse, versum memoriter citantem, aut Codice aliquo a glossatore corrupto usum fuisse putaverim. — *tactum atque vaporem*] sic Wak. ex omnium fere librorum et Bedae auctoritate restituit. Una Brix. *tactumque vaporem*, et Iunt. *tactum usque vapore*; vulgo tamen *tactum atque saporem*, nescio e cuius editoris arbitrio.

870. *obortis*] Bodl. Brit. 1. (non Ver.) *abortis*, Poor. *abortus*, Brit. 3. Cant. Brix. Iunt. Ald. 2. *obortus*, quod Wak. fortasse verum censet. (Conf. supra ad v. 587.)

870. *miscente vapore*, i. e. *vaporem se miscente*, ut saepissime apud Lucretium. Wak. tamen coni. *gliscente*, „i. e. sole aetherias arces pedetentim scandente, ut I, 475.“

873. *terram*] Poor. *terras*. — *cedit*] Bodl. Brix. Ver. Ven. *redit*, Cant. *cadit*.

874. *Frigidus*] Ver. Ven. *Frigus*. — *fit fons in*] „Placet scriptura Ver. *sit fons ut*.“ Wak. Sed Ver. et Ven. vere habent *fit fons ut*; in Brix. *in* prorsus desideratur.

Vss. 875 et 876. Macrobius affert Sat. VI, 4. (p. 176. Bip.) cum Virg. Aen. VII, 9. comparatos. (Conf. etiam Virg. Ecl. VIII, 105.) *in lucem*] sic Hav. Wak. Eichst. cum Macrob. et omnibus libris, praeter Brit. 1., qui solus habet vulgatam *in luci*. Sensus Wak. sic exponit: „ita prius iactatur, quam lux fiat, ut appropinquante luce iam rareseat;“ equidem malim: cum aestu in diem crescente magis magisque rarescit; prorsus ut supra v. 713. *Nilus in aestatem crescit*, quem locum Hav. iam comparat.

878. *Dimittat*] Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. Poor., omnes editt. vett. et Priscian. (qui VI, 4, 20. [p. 685. P.] laudat vv. 877. 878. primamque vocem 879.) *Demittat*, vulgari permutatione. — *quasi*] Prisc. e vulg. editt. *quum*, e Krehlii Codd. *quia*. — *gelum*] Brit. 1. *gelu*. (Conf. ad V, 206.)

879. *Mittit*] Codd. Prisciani apud Krehl. *Emittit*. — *nodos*] Vind. Brix. Ver. Ven. *novos*, fragm. Vind. *nobos*, Cant. Iunt. *venas*, quod Wakefieldo exquisitius, et ob Virg. Geo. I, 91. probabilius videtur, ut vulgatum *nodos* pro interpretamento haberi possit.

881. *Stuppa*] sic Wak. cum Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. Cant., quibus adde Brix. Ver. Ven.; vulgo *Stupa*. — *iacit*] Vind. *iacet*, fragm. Vind. *lakit*. — *flammas* Wak. restituit ex omnibus libris; vulgo *flammas*, ut solae Iunt. Ald. 2. — *concepto*] Brit. 1. *conceptus*.

886. *consurgere*] Ver. Ven. *consurgunt ire*. Lamb. commemorat e libris Lugdd. (i. e. edit. Gryphianis) lectionem *consistere*, quae auctoritate caret.

888. *tam viva*] Vind. *tanta vi*, fragm. Vind. *ita vita*, Brit. 1. Cant. *tam vita*, Brit. 3. *vis tanta*. „Reponere est in promptu: *Non vi tanta tamen* —: nec invenuste; sed recepta praeferam.“ *Wak.*

890. *conciliare*] sic omnes libri, (nam Vind. collatori, vulgatam exhibenti, fides haberi nequit) quibus recte obediit Wak., ut *conciliare sit in concilium venire, coire*, usu intransitivo, quemadmodum passim noster solet; quam significationem glossae veteres, „*Concilio, συσθερεώ*“ habentes, confirment. Vulgo *conciliari*, ex editorum arbitrio.

891. *indu*] sic Wak. edidit, quum libri fere omnes praebeant *inde*; Poor. *in*, Cod. Memm. Lambini et Cant. *endo*, ut vulgo editur. (Vid. ad I, 83.) — *Aradio* Vossii est coniectura, quam ipsi suppeditavit lemma Cod. Lugd. „*De fonte Aradi in mare*,“ comparatum cum Strab. XVI. p. 754., et quam cum Hav. Wak. et Eichst. recipiendam duxi. Wak. tamen edidit *est Aradio*, ut depravatæ scripturae vestigia melius exprimerentur. Libri enim haec habent: Lugd. 1. 2. *mari sparat*, Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *maris parat*, fragm. Vind. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *mari spirat*. Creech. ob v. 893. putat, verba *indu mari* e margine irrepsisse, veramque scripturam fuisse *Quod genus Aradius spirat fons*; at verba *indu mari*, in quibus cardo rei vertitur, iam propter sequentia *et salsas circum se dimovet undas* eiici non posse, quisque videt. (Ceterum de Arado illo, Phoenices oppido, eiusque rebus memorabilibus conf. Tzschuck. ad Melam II, 7, 6. (Vol. III. P. 2. p. 632 ss.) et Mannert Geogr. d. Gr. u. Röm. Vol. VI. P. I. p. 398 ss.)

893. *praebet*] Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *praeter*, Ald. 1. Bon. *pariter*; quare Wak. suspicatur: — — *praeter r. ae. Utilitas obportuna est*. Sed



maior videtur haec mutatio, quam quae varietate illa excusari possit.

895. *dulceis*] Lugd. 1. 2. *dulcit.* — *intervomit*] Vind. Brit. 3. *internovit*, et in margine huius *immiscuit*.

897. *quae*] sic Wak. restituit ex omnibus libris; vulgo, ex editorum arbitrio, *quo*; „quem fedissimum errorem, ut Wak. scribit, socordia hominis, qui Vind. edit. curavit, pro solito reliquit incastigatum.“

898. *in tediai corpore*] ita cum Wak. et Eichst. edidimus e Vossii coniectura, ob v. 882. et librorum vestigia admodum probabili. Cant. *in tedia corpora*, unde corruptum videtur in Vind. *videda corpora*, et in Brix. Ver. Ven. *videnda corpora*; Lugd. 2. Brit. 1. *inde ad corpora*, fragm. Vind. *in corpora*, Brit. 3. *inde corporibus*, Poor. *in tediai corpora*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *in taeda cum corpora*, quare Wak. et aliam proponit coniecturam *in tediae quom corpore*. De Lugd. 1. et Bodl. Havercampus nihil refert, quos vulgatae favere *tediai corpori*, a Lamb. confictae, an recte inde colligatur, nescio.

899. *quod*] sic Lugd. 1. 2. Ald. 1. Bon., quos cum Wak. et Eichst. sequutus sum; Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *quae* (vel *que*); vulgo *quia*.

900. *habent tenentes*] Vid ad I, 1086. et VI, 712.

901. *ad*] Brix. *vel.* — *lumina*] fragm. Vind. *lumine*, Brit. 1. *limina.* — *linum*] ita Lugd. 1. 2. Bodl. fragm. Vind. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2., quibus Wak. recte obtemperavit, haec addens: „vult *stuppeum* funiculum, qui in olei testa ponebatur, ut humorem imbiberet, et praerberet lucem.“ Cant. *linum*, Vind. Brit. 3. *lumen*, Codd. Tett. et Faern. Lambini *licnum*, (quare Lamb. suspicatur *lignum*), eiusdem Memm. Poor. Ald. 1. Bon. *lychnum*, quod vulg. editt. pro-  
pagarunt.

906. *putandum est*] Gassendus coniecit *fatendum est*, sine causa.

908. *lapis*] Vind. fragm. Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *lapsi*.

909. *Quem*] Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *Quam*.

911. *catenam ex annellis* etc. Lamb. annotat, Lucretium hic videri verba Platonis in Ione p. 533. d. spectasse; Lucretium vero ante oculos habuit Isidor. Origg. XVI, 4., haec scribens: „Nam (Magnes lapis) adeo apprehendit ferrum, ut *catenam faciat anulorum*; quod Wakefieldum non fugit.

912. *annellis*] Poor. Cant. et omnes editt. vett. *anellis*, quam scripturam Wak., fortasse non immerito, praefereendam censet. Praeter Isidori locum modo laud. conf. idem XIX, 32. Nonius I, 17. Gruteri Inscr. p. LIX. n. 2. et quae Schneider. habet Gramm. Lat. I. p. 422.

913. *Quinque etenim*] Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *Qui neque enim*, Poor. *Quinque enim*, fragm. Vind. *Qui neque et eum*, Cant. *Quin quoque enim*.

914. *demisso*, i. e. se demittente, ut Wak. interpretatur, hanc lectionem e Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et Bon. restituens, a quibus, quamvis Gerard. taceat, (Brix?) Ven. Ald. 1. 2. Iunt. non differunt; vulgo *demissos*. — *levibus*] Vind. Brit. 3. Brix. *lenibus*. — *iactarier*] Brit. 3. *latarier*; „unde Wakefieldo credibile fit; Lucretium scripsisse *lactarier*, quemadmodum V, 1067.“ (nam de altero loco, quem Wak. comparat, IV, 993., nos aliter statuimus). — *auris*] Bodl. et omnes editt. vett. praeter Iunt. *hamis*; „et nescio, inquit Wak., an non exquisitius ea vis hoc nomine sit insignita. Sane *amis*, omisso spiritu, facile migraret in *auris*: plurimis tamen libris obtemperare malui.“ Mihi etiam vulgaris praestare videtur, in qua tamen explicanda non assentior Wakefieldo, cui verba *auris iactari* valent: vi ex lapide emanante affici, percuti. Equidem cum Creechio, Knebelio aliisque explico: „levibus ventis agitari.“

915. *ubi*] Brix. Ver. Ven. *ibi*. — *ex uno*] Bodl. Brix. *cornu*, Ver. Ven. *corvo*. — *subter*] Poor. *supter*, unde in Lugd. 2. Vind. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. factum est *super*.

916. *alio*] Lugd. 1. Vind. fragm. Vind. Poor. Brix. Ver. Ven. *alto*. — *vincla*] Vind. Brix. Ver. Ven. *cunda*, fragm. Vind. *vincia*.

917. *permananter vis*] Vind. *permanater vis*, fragm. Vind. *permistur vis*, Brix. Ver. Ven. *permanat et*, Ald. 1. Bon. *permanant et*, sed Pius receptam lectionem commemorat in notis. — *pervaleat*] Ver. Ven. *prevalet*, Ald. 1. Bon. *praevalet*. Bentl. coni. *pervolat*, ut v. 1059. Ceterum in Brit. 1. verba *permananter vis* per omittuntur, et in Brit. 3. omnis versus sic legitur: *Usque adeo permanat enim semper valet et vis*.

919. *rei*] sic Poor. Brit. 1. 3. Cant. omnesque editt. vett. praeter Iunt., qua sola videtur niti vulgata *reii*; nam Lambini et Havercampi silentio de suis libris in talibus imprimis rebus non multum tribuendum. Sed vocalem *i* in eiusmodi formis productis non geminandam esse, alibi iam diximus (conf. ad V, 285. 301. 753. etc. et Schneid. Gr. Lat. I. p. 280 ss.); quare etiam I, 689. II, 111. et 549., ubi iam adfuit productio illa genitivi *rēi*, (sicut V, 103. *fidēi*; qua de re conf. Schneid. Gr. Lat. II. p. 355. et Grotefend. Gr. Lat. II. §. 6. II.) non aliter scripsimus.

921. *reposco*] „Non male fortasse iudicat Burmann. ad Virg. Aen. II, 139. inesse huic verbo sic posito vim *vehemen-*

*ter* poscendi, ac *frequenter*." *Wak.* In reliquis tamen locis, ubi Lucretius hac voce utitur, II, 369. et IV, 657. pro simplici *poscere* usurpatum videtur.

922. *a*] *Wak.* suspicatur *ab*; sed non ubivis Lucretius scribere debuit, ut v. c. ad V, 1253. VI, 424. 741. 932. etc. (ubi vid. annott.) — *quasquomque*] *Ver. Ven. qua cunque*, *Ald. 1. Bon. quaecunque*. Ceterum de omni loco sequente, qui, hac vel illa voce variata, iam adfuit IV, 218 — 230., conferas, quaeso, quae in *Diss. de Lucr.* p. 28 ss. disputavimus.

923. *mitti spargique*] *fragm. Vind. miti sparcique*, *Brit. 3. mitis parcique*, *Ver. Ven. micis parcique*, *Brix. micis partique*, *Vind. miti sparaque*, *Poor. mitis pariterque*, *Brit. 1. miti patique*, *Ald. 1. Bon. mitti fateare*. Nihil tamen latere videtur; conf. IV, 678.

926. *a fluviis*] *Ver. Ven. de fluviis*, *Ald. 1. Bon. e fluviis*; omnino deest praepositio *Vind. fragm. Vind. Brit. 3.*; quare *Wak. coni. Frigus utei fluviis*, quod probare non possum.

927. *moerorum*] *Redi ad IV, 221. ibique annotata.*

928. *per auras*] sic *Wak.* restituit ex omnibus libris; vulgo *per aures* (vel *aureis*), e vana *Lambini* coniectura.

929. *in os*] *Brix. Ver. Ven. mos*, *Poor. Brit. 1. 3. mox.*

Vss. 931 et 932. in omnibus libris praeter *Ald. 1. 2. Bon. Iunt.* collocantur post v. 936. Sed veriorem ordinem repraesentat locus parallelus IV, 223 ss. *Quum tuimur*] nonnulli *Codd. Prisciani* (qui VIII, 17. §. 95. [p. 838. P.] affert verba *dilutaque* — — *amaror*) *Contuimus*, ut iam IV, 225. *Cod. Poor.* — *amaror*] *Vind. et omnes Codd. Prisciani apud Krehl. amara.* (Conf. ad IV, 225.)

932. *ab rebus*] *Cant. a rebus.* (Vid. supra ad v. 922.) — *fluentur*] *Vind. Poor. Cant. fluentur*, *Brix. Ver. Ven. fluentis.* (Conf. ad IV, 226. et VI, 520.)

936. *sonare*] sic *Wak.* cum omnibus libris praeter *Iunt. Ald. 1.*, quae solae favent vulgatae *sonorem*; prorsus ut IV, 230.

938. *in primo carmine*] nimirum inde a v. 266. — *claret*] *fragm. Vind. Brit. 3. clare*, *Vind. Lugd. 1. 2. Ver. Ven. dare*; *Brit. 1. Brix. dixi*, ex librarii cuiusdam correctione. Verbum *clarere* autem, i. e. *clarum esse*, praeter alios locos, quos *Lexica* praebent, apud *Ennium* quoque p. 99. et 224. *Hess.* occurrit. *Wak.* laudat *Nonium II, 127. Cic. Arat. 6.* (nescio, quid sibi velit numerus 72. apud *Wak.*) et *Iuven. hist. evang. II, 782.*

941. *de disserere*] *Cant. de dissere*, *Brix. Ver. Ven. dediscere*, *Brit. 3. dedi sum res.*

942. *corpus mixtum in inani*] ita Wak. explevit plurimorum Codd. (Lugd. 1. 2. fragm. Vind. Brit. 3. Cant.) scripturam *corpus mixtum inani*, a quibus parum recedunt Ver. Ven., *corpus mittam inani*, et Vind., *corpus iniectum inani* exhibentes. Vulgo *mixtum corpus inani*, ut Poor. Brit. 1. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt.

944. Wak. conferri iubet Lucan. IV, 301. Manil. III, 638. Sil. Ital. VII, 191. et Virg. Geo. I, 117.

945. Conf. cum hoc versu Ennius p. 112. Hess. et Virg. Aen. III, 175., quos locos inter se comparat Macrob. VI, 1. (p. 159. Bip.), Lucretii hic quidem immemor.

947. *Diditur*] sic Hav. et Wak. cum omnibus libris, rectissime. (Conf. II, 1136. et IV, 956.) Vulgo *Diditus*, ex Lambini arbitrio.

948. *unguiculos*] Ald. 1. Bon. *unguiculas*, quod Wak. fortasse verum censet; quum vetus Onomasticon habeat: „*Unguicula. ὀνύχιον.*“ Brix. Ver. Ven. *nuge oculos*.

951. *plena*] „Bodl. Vind. Brit. 1. 3. Cant. Ver. [Ven.] et varr. lectt. Iunt. *plana*; vere, ut exputem: nam minus hoc senseris, pocula tenens *inaequalia*, exstantibus figuris ac signis aspera. Novare tamen temere nolimus.“ *Wak.* Et iure quidem; nam quae Wak. hic profert, argutiora videntur.

953. Nonius VIII, 27. hunc versum sic affert: *Pervolitans permanat odos, frigusque, vaposque*; quare iam Lamb. restituit formas *odos — vapos*, licet Lucretii Codd. et editt. vett. omnes *odor — vapor* exhibeant. Wak. comparat Quintil. Inst. I, 4. [§. 13.] p. 43. Burm. et Priscian. I. p. 557. (Conf. etiam Schneid. Gr. Lat. II. p. 176. 468. et qui hic laudantur.)

955. „Versiculum, me iudice, mendis vacuum, et sensu perquam dilucido, viri docti coniecturis suis misere divexare. Ad explicandam poëtae mentem nihil postulo concedendum, nisi ut summa pars loricae collum pertingeret, eoque moto calor ac sudor cierentur. — *Denique*: sic, nisi fallor, omnia prisca exemplaria; editores *Undique*. — *circum*: i. e. circulum, vel circuitum, colli; vide Nonium I, 74. V, 38. et Davisii notam ad Cic. N. D. II, 18. Veteres glossae: *Circulus, circus, κύκλος*. Eandem vocem quidam libri agnoscunt ad Virg. Geo. III, 166. [Alia exempla Lexica suppeditant.] — *colli*: Vind. [et Vat. Lambini] *coli*, Lugd. 1. 2. Poor. fragm. Vind. Brit. 1. [et Memm.] *coeli*, Cant. [et Tett.] *corii*. [Vulgo *corpus*, ut Faërn. Lambini et Iunt.] — *coërcet*: [Brix. *cohercet*, Ven. *coeret*] Bon. [et Ald. 1.] *cohaeret*. Sed enim, ut Ennius *coeli clypeum* dixit, quod obeat aether omnia, si Lucretius dicere *loricam coeli* vellet, (de

quo Turnebum [Adverss. XXVI, 13.] iam video et Salmasium [Epist. 52.] cogitasse) quia terram undique complectatur, ita quodammodo constitui locus omnino debet: — *suëvit: Denique qua circum coeli lor. coërcet, M. vis simul inde extr. ins.*; sed facilliora sunt vulgata, et minorem vim lectionibus scriptis inferunt. Navat operam Virgilii locus, Aen. XI, 692.“ Haec *Wak.* annotat, quem in hoc versu edendo cum *Eichst.* sequutus sum. Praeter Turnebi et Salmasii coniecturam iam commemoratam, anonymus quidam apud Lamb. hanc protulit: *qua circum collo lorica cohaeret; Faber autem coni. quam circum corii lorica coërcet.*

956. „*Morbida visque simul: i. e. permanat, v. 953.; vel penetrare suëvit, v. 954.; vel permananter valet, v. 917.*“ *Wak.* Hoc tamen postremum longius remotum, *permanat* autem aptissime subintelligi videtur. Creech., qui haec verba cum prioribus arte cohaerere putat, coni. *Fervida vis;* „quia loricati milites, dum urbem expugnant, pice, sulphure, seu aqua fervente aspersi, vim fervidam loricis suas penetrantem senserint.“ Quae altius repetita videntur. Verba autem *visque simul, quom Wak.* restituit ex omnibus libris; vulgo enim *vis quaecunque* legitur, ex arbitrio Lambini, cui dubito an credi possit, in duobus Codd. sic reperiri. — *extrinsecus] Iunt. excusseris.*

957 s. Sensum huius distichi, ab editoribus admodum vexati, a se autem, ut edidimus, restituti, *Wak.* sic exponit: „Philosophi merito remittunt in terram coelumque eam tempestatem, quae de terra coeloque primum est exorta: i. e. Iure dicunt, tempestatum caeca corpora rursus in immensitate spatii recepta condi, atque evanescere.“ Libri veteres sic variant: *tempestatem] Brit. 3. Ald. 1. Bon. tempestates, Lugd. 1. tempestate in, quod a recepta lectione non differt. — coortam] sic Poor. Brit. 1. Cant. et Iunt.; Brit. 3. Ald. 1. 2. Bon. coortae; reliqui coorta, quod facile e coortā corrumpti potuit. — remote] ita Vind. fragm. Vind. Poor. et Ven.; ceteri remotae. — iure] Vind. Ver. Ven. in re, Brit. 3. mente; Iunt. pro remote iure facessunt habet timet circumque fatiscit. Vulgo: Et tempestates t. c. coortae E coelo emotae terrae repente facessunt, ut Lamb. locum constituit, qui in Cod. Tett. invenit: In coelo terrae remotae facessunt. Faber, ex parte Iunt. sequutus, coni. Nam tempestatem coelo terrae coortam Vel ferri natura timet, circumque fatiscit.*

959. *nisi] sic Wak. cum omnibus fere libris; vulgo non, ut in Lugd. 1. Vind. et fragm. Vind. Sed non tacendum, utrumque Vind. non in sequente versu omittere.*

962. *Atque*] Brit. 1. *Det quoque.* — *sint*] Brit. 3. *fuit.*

963. *sol*] Vind. fragm. Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *quo*; quare Wak. quaerit: „An calor?“ De ἀναστροφῆ] *facit are* pro *arefacit* conf. Gifanii Index s. v. *Arefacere* et Rudim. Inst. Gr. II. p. 392. Wak. cum hoc versu comparat Virg. Geo. II, 259.

964. *altas*] sic omnes libri, quibus Wak. morem gessit; vulgo *alte*, ut sola Ald. 2.

965. *Exstructas*] Bodl. Vind. Ver. Ven. *Exstinctas*, Poor. Brit. 1. Ald. 1. Bon. Iunt. *Exstructasque.* — *ningues*] Lugd. 1. Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. Iunt. et (in rasura) Cant. *nives*, Brit. 1. *nubes.*

966. *liquefit*] ita Wak. cum Codd. quibusdam Lambini, Lugd. 1. Vind. fragm. Vind. Brit. 3. Cant.; reliqui libri *liquescit*, ut Eichst. cum vulgatis editt. Sed difficilior lectio praestat, in qua media syllaba producta offendere non potest, quum etiam Ovidius (quem Wak. laudat) Met. VII, 161. et ex Pont. I, 2, 57. *liquēfiunt* habeat, (ubi Codd. pariter fluctuant inter *liquefiunt* et *liquescunt*), Lucretius ipse autem infra v. 1000. *patēfiet*, ut iam IV, 346. *patēfecit* (ubi vid. annott.) — *eius*] Brix. *inmi*, Ver. Ven. *in nis*, Ald. 1. Bon. *ignis*, quod Wak. probat. — *posta*] Ver. Ven. *posita.*

967. *facit aes*] Poor. Brit. 1. Brix. Ald. 1. Bon. *facile aes*, Ver. Ven. *favilies*, Cant. *facere aes.*

968. *At*] Poor. Brit. 1. *Ac*, ut etiam v. 970. Ver.

969. „*ab igni*: i. e. post ignem, ἀπὸ πυρός“ postquam ignis utique calefecerit. Formulam nos illustravimus in Silv. Crit. IV. p. 209 s. et Markland. ad Stat. Silv. I, 2, 147. In ipsam rem vero consulas Homeri versus egregios Od. I, 391 — 394., quem Sophocles et alii sunt secuti.“ Wak.

972. *Effluat*] sic Wak. restituit ex omnibus libris; (nam Brix. *Efluat*, et fragm. Vind. *Epluat* varietates dici nequeunt.) Vulgo tamen *Diffluat*, e Lambini arbitrio. — *ambrosia*] Bodl. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *ambrosias*, Poor. Ald. 1. Bon. *ambrosiam.* — *quasi vero*] Conf. de hac formula ironica Beier. ad Cic. Off. III, 9. §. 39. Goerenz. ad Cic. de fin. II, 3. §. 7. Herzog. ad Iul. Caes. B. G. VII, 38. aliique. — *et nectare tinctus*] Poor. Brit. 1. Brix. Ven. *et nectar et intus*, Ver. *et nectar et nitus*, Brit. 3. *e nactare intus.*

973. „*Qua*: i. e. arbore, vel oliva; quarum dictionum utraque in *oleaster* continetur.“ Sic Wak., omnibus fere libris obsequutus; Cant. *quo.* Vulgo *At*, ut Ald. 1. et Bon. — *amarius*] Iunt. Ald. 2. *amarum*, Vind. *inarius*, fragm. Vind. Ver. Ven. *marius*, Lugd. 1. 2. Brix. *in arvis*, Poor. *in maius*, nonnulli Codd. Lambini *maius*, Brit. 3. *magis*, Memm. *mari*;

a Brit. 1. hoc vocabulum cum sequente abest. — *frondeat*] fragm. Vind. Ver. Ven. *fronde ac*, quare Voss. coni. *fronde hac*. — *estu*] sic Wak. restituit e Brit. 3.; quod supinum comprobet forma *comestu*, quamvis contradicant Diomedes I. p. 358. et Priscian. p. 892. (X, 5. §. 28.) Iunt. et Ald. 2. *aeque*; ceteri omnes *exstet*. „Sic, Wak. inquit, tentare poteram, sed conatu nimium audaci forsitan: — — *quod in arvis fedius exstet*:“ quod sane audacius foret. Vulgo cum Ald. 1. et Bon. editur: — — *fronde hac quod amarius exstet*.

974. *amaracinum*] fragm. Vind. *maracinum*, Vind. Cant. *maricinum*, Brix. *amaricum*, Ver. Ven. *maricum*, Ald. 1. Bon. *amaricinum*. (Vid. II, 847.) Wak. observat, hos versus etiam sic posse interpungi: *D. amar. fugitat sus, et timet; omne Unguentum nam s. s. a. v. est*: sed receptam distinctionem praestare.

975. *subus*] Ver. Ven. *subiis*, quod aperte e *subus* ortum; Brit. 1. *suus*, Brit. 3. *suibus*, ut V, 968. (De forma *subus*, quae apud alios poetas non occurrit, conf. Schneider. Gr. Lat. II. p. 268.)

977. „*coenum*] Poor. Brit. 1. *coeni*; non male, sed ex correctore, ut putem: nec vulgatis dissentit Nonius Marc. IV, 425. [qui hunc versum cum prima voce sequentis sine ulla varietate affert.]“ *Wak.*

978. *suibus haec munda*] sic Wak. edidit, quem cum Eichst. sequutus sum, quum has lectiones, quas optimorum Codd. scripturae innuunt, iam ab Ald. 2. exhibitas invenerim. *Suibus* praeter hanc edit. defendit locus V, 968.; Ver. Ven. et hic *subiis*, ceteri omnes *subus*. — *haec munda*] Ver. Ven. *haec munela*, quod idem est, Poor. Brit. 1. *haec tam munda*, Lugd. 1. *haec civunda*, Brit. 3. Ald. 1. Bon. Iunt. *haec iucunda*. Vulgo editur *subus haec res munda*, e Lambini coniectura, qui simul optionem dat inter hanc et alias duas: *subus res haec m.*, vel *suibus res m.*; sed *res* in nullo libro invenitur. Creech. probat scripturam *subus haec iucunda*; Hav. vero vel *suibus haec munda* (ut edidimus), vel *subus haec sic munda* legendum censet.

987. *alio — alioque*] „i. e. in alium locum, vel aliud genus foraminis;“ ut Wak. explicat, qui hanc lectionem ex omnibus libris revocavit. Vulgo *alia — aliaque*, e superflua Lambini mutatione.

988. „Post hunc versum vv. 994. 995. [i. e. 995. 996. nostrae edit.] collocantur in Bon. Vind. Ver. fragm. Vind. Brit. 1. 3. Cant., aequae bene; atque in sex posterioribus exemplaribus suo loco repetuntur. Nos sequimur Lugd. Codd. sic ponentes v. 995. [996.], qui v. 988. est vulgarium edit. et

in scriptis omnibus exemplis vv. 993. 994. comitari solet.“  
*Wak.* Nimirum in omnibus editt. vett., a quibus Codd. non dissentire videntur, ordo versuum hic est: 988. 994 — 996. 989 — 993., iam 994 et 995. iterati, 997. etc.; in vulg. editt. vero sic se excipiunt: 988. 996. 989 — 995. 997. etc.

989. *Praeterea*] Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Propterea*, quod *Wak.* non malum censet. — *manare*] uterque Vind. *manere.* (Conf. ad V, 850. VI, 719.)

990. *lignis*] ita *Wak.* cum Lugd. 1. 2.; Poor. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *tignis*, ceteri *ignis*; vulgo *per ligna*, ex editorum arbitrio, „quamquam, ut *Wak.* dicit, collatoris Vind. negligentia hanc scripturam Codd. suis imputet.“

991. *vitroque*] Vind. *introque*, Poor. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *intusque.*

994. „*eadem*] Bon. [quae sequitur modo Ald. 1.] *eandem*; male: nam dicit Lucretius, non esse tantummodo *diversa* diversis rebus foramina, sed per *eandem* quoque foramina diversa auras celeritate transmitti. *Wak.*

997. *bene*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *bone* (ut supra v. 534. 654. et saepius.)

1000. *patescet*] vid. supra ad v. 966. — *pelliceat vim*] sic Poor. et Cant. *Wak.* cum Brit. 1. et Vind. scribit *perliceat vim*, et comparat de hoc verbo secundae coniug. Sosip. Charis. III. init. (p. 217. P.) „*pelliceo, ces, xi, δελιάζω.*“ Priscian. X. p. 877. (non 887., ut apud *Wak.* legimus), e Livii Laodamia perfectum *pellicui* afferentem, et Glossarium vetustum: „*Pelliceo, es, ἐπισύρομαι.*“ Quidam Pii Codd. *perlicit arcum*, Brix. Ver. Ven. *per litratum*, Lugd. 1. 2. *perlicentum*, Brit. 3. *pelliceatum*. Vulgo editur *pelliciat vim*, ut in Ald. 1. 2. Bon. Iunt. De verbis *ferri vim* conf. quae ad V, 1285. annotavimus.

1002. *discutit*] „Bodl. Ver. [Ven.] *destinat*; nimirum vice *distinet*, nisi fallor; quam dictionem glossator adscriperat.“ *Wak.*

1004. *inanitur*] Poor. Ver. Ven. *inaniter.* — *vacefit*] sic *Wak.* cum plurimis libris vett. et vulg. editt.; Vatic. Lambini, Bodl. Ver. Ven. *vacescit*, Brix. *rarefcit*, Brit. 3. *laccessit*, qui, in ora adscriptum habet: „*Alii rarefcit.*“ Hav. hic et infra v. 1016. edidit *vacuefit*, suadente Carrione Ant. Lectt. I, 18., sed libris omnibus reclamantibus.

1004. *ferri*] Vind. fragm. Vind. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. *ferre.*

1006. *vacuum*] Retinui cum Eichst. vulgatam lectionem, quam *Wak.* ex uno Cant. (in quo tamen et vera lectio apparet, a recentiori manu superscripta) in *vanum* mutavit. — *coniuncta*] Brix. Ver. Ven. *commenta*. Bentl. coni. *coniunctu*,



ad v. 1015. provocans; quod nemo facile probabit. — *utque*] Vind. Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. (in qua tamen inter emendationes calci adiectas corrigitur) *ut qui*.

1008. *ex abest a* Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. Brix. Ver. Ven., nec prorsus placet Wakefieldo, qui malit *usque elementis*; Cant. habet *tunc*. — *elementis*] Brix. *alimentis*, Ver. Ven. *aliementis*.

1010. Wak., quem offendit duplex genitivus *ferri naturae*, coni. *ferri natura*, et *frig. h.* — *horror*] Brit. 1. *humor*. (Conf. Virgilio loci, a Wak. comparati, Geo. I, 143. et Aen. III, 29.)

1011. „Editores, longe longeque audacia antecellentes, lectore non monito, sic versum corruerunt, omnibus interea vetustis libris reclamantibus: *Quo n. est m., quod paullo diximus ante*. Et hanc etiam scelestissimam depravationem Vind. collatoris stupor per summam negligentiam propagavit.“ *Wak.*

1012. *de ferro*] Poor. *te ferro*, Brit. 1. *deferri*, fragm. Vind. Cant. Ald. 1. Bon. *e ferro*, Bodl. Vind. Brix. Ver. Ven. *referre*, Brit. 3. *teserre*.

1015. *caecisque in eo*] Vind. Poor. Brit. 3. *caecis quin eo*, Vind. Brix. Ver. Ven. *caecis qui nec*, Ald. 1. Bon. *caecisque in eis*. — *compagibus*] Wak. cum Cant. *compagibus*.

1016. *idem*] ita Wak. cum Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven.; ceteri *item*, ut vulgo editur. — *parteis*] Brit. 1. *partibus*. — *vacefit*] Vind. Poor. *vacescit*, Ver. Ven. *barescit*, Brit. 3. *rarefit*. (Vide ad v. 1004.)

1018. *vicina*] Vind. Brix. Ver. Ven. *vacina*, Poor. *nativa*, Brit. 1. *votiva*.

1021. Post hunc versum in vulg. edit. insertus legitur v. 1032., quem Wak. e Lugd. 1. 2. in veram stationem reduxit. Ceteri Codd. et vet. edit. omnes vulgatam rationem iuvant.

1022. *simul a*] Vind. Brix. *simila*, Ver. Ven. *simili*. — *annelli*] Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *anelli*, idemque volunt Vind. Brit. 1. Ver. Ven., *avelli* praebentes; (conf. supra ad v. 912.) Brix. *anneli*.

1024. „Hic versus in Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. Brit. 1. 3. Cant. [Brix.] Ver. [Ven.] post v. 1030 [i. e. 1031. nostrae edit.], sed haud dubie perperam, locatus est.“ *Wak.* Inde ab Ald. 1. omnes edit. hunc, quo posuimus, locum ei tribuerunt.

1027. *utei* deest in Vind. Brit. 1. Brix. Ver. Ven.

1029. *tibi*] sic Hav. restituit ex omnibus fere libris,

comparans II, 1038. et IV, 33., quem cum Wak. et Eichst. sequutus sum. (Conf. ad III, 28. IV, 408. VI, 324. etc.) Vulgo *ubi*, ut in fragm. Vind. Iunt. et Ald. 2.

1030. *Parvas*] omnes editt. vett. *Pronas*, nonnulli Codd. Lambini *Pravas*, alii *Primas*. Bentleius, ut iam Gifanius, Paraeus aliique, maluit *Privas*. (Vid. ad I, 390. III, 722. IV, 518. VI, 27. etc.)

1031. „*naves*: sic rescripsimus ex ingenio, ut loci stet constructio. Fragn. Vind. Poor. Brit. 1. Cant. [Brix. Ald. 1.] Bon. *navem*; vulgo *navim* [ut in Iunt. et Ald. 2.]; Vind. *avem*, Ver. [Ven.] *annem*: voces omnes post *quasi* desunt Brit. 3. Et *naves* commodius accipias pro recto casu singularis numeri: vide doctos viros ad Virg. Aen. XI, 522.“ *Wak.* — *ventis*] sic idem *Wak.* cum Vind. fragm. Vind. Poor. Cant. cunctisque editt. vett.; vulgo *ventus*.

1032. *adiumento iuvatur*] Similes loquutiones vidimus ad IV, 713. 1061. V, 53. et saepius; quare non erat, ut Lamb. et Bentr. hunc versum in suspicionem vocarent, cui *Wak.* hunc aptiorem locum assignasse, ad v. 1021. vidimus.

1034. *raro sunt*] Ver. Ven. *rare sunt*, Ald. 1. Bon. *rescunt*. — *corpore*] Vind. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *corpora*. — *et aër*] Ald. 1. Bon. *ut aër*.

1039. *atque eodem*] *atque* deest in fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; Poor. et Brit. 1. habent *eadem*, fragm. Vind. *illo edem*, et a Vind. totus versus abest. *Wak.* suspicatur *isque eodem*.

1040. *vacuam*] Bodl. Ver. Ven. *vacuum*. Restitutio autem huius versus Wakefieldo debetur. Vulgo enim ex Lambini arbitrio, sed omnibus libris reclamantibus, sic editur: *I. s., et quamquam in partem c. s.*

1041. *hoc*] Poor. *huc*; abest vocula a Ver. Ven. — *ferri natura*] „Periphrasi prius usus est eadem noster ad II, 400.“ *Wak.* Conf. infra v. 1061.

1043. „*Samothracia ferrea*: i. e. annulos ferreos hoc nomine insignitos. Isidor. Origg. XIX, 32.: *Samothracius annulus aureus est quidem, sed capitulo ferreo: a loco ita vocitatus*. Vid. Harduin. ad Plinii H. N. XXXIII, 6. p. 605, 3.“ *Wak.* Conf. etiam Turnebi Adverss. XX, 2. (non XX, 20., ut Hav. scribit), et Kirchmann. de annulis c. 3. p. 11 ss.

1044. *Ac ramenta*] sic *Wak.* edidit e Brit. 1., cum quo conspirant Poor. et Brix., *Aeramenta* praebentes; Brit. 3. *Ferramenta*, ceteri *Et ramenta*, ut vulgo. — *alienis*] Brit. 3. Cant. *alienis*.

1045. *scaphiis*] Vind. Brit. 3. *scaphis*. — *hic*] Heinsius Adverss. p. 190. coni. *his*, sine causa. — *Magnes quom*] Vind. Cant. *Magne cum*, Poor. Brit. 1. *Magnetum*.

1049. *Praecipit*] Bodl. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *Percepit*; Ver. Ven. *Praecipit*, quae quidem edit. in parenthesi adiectum habent *percipit*.

1052. „*fluctu*, i. e. *aestu*, v. 1050., vel aëre agitato.“ *Wak.* Lamb. observat, nonnullis legendum videri *fluctu*, (quae lectio iam inter varr. lectt. Iuntinae affertur); ut apud Virg. Aen. IX, 667. (ubi tamen amiciss. Iahnus ex plurimis optimisque Codd. *afflictu* edidit), a verbo *fligere*, quo Lucretius utitur II, 85. Merito tamen *Wak.* hanc coniecturam reiecit.

1053. *Ferrea texta*] Cant. *Terrea texta*, Poor. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. *Terreat exta*, Brit. 3. Ald. 1. Bon. *Terrea texta*; veram tamen lectionem Pius in notis commemorat. — *respuit*] Ver. Ven. *et expuit*. *Wak.* comparat Isidor. Orig. XVI, 4.: „Est quippe et alius in Aethiopia magnes, qui *ferrum* non ambit, sed *respuit*.“

1054. „*quod*: i. e. *per aes agitat* id rei, vel ferrum, *quod*, *sine eo*, nimirum aere, *saepe resorbet*, vel attrahit. Nihil planius: editores tamen de suo, reclamantibus scriptis [cunctisque edit. vet.], reposuere *quae*: neque temerarium commentum correctum est collatore negligentissimo Vindob.“ *Wak.* — *resorbet*] Ver. Ven. *sorbet*.

1059. *Pervolet*] Ver. Ven. *Provolet*. — *nequeunt*] Poor. *necnon*.

1062. *tum fit*] Brix. (?) Ver. Ven. *cum sit*, (quibus Gerard. iniungit lectionem *cum fit*,) Brit. 1. Ald. 1. Bon. *cum sic*.

1063. *eam*] Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. *eum*, fragm. Vind. *eo*, Brix. Ver. Ven. *cum*. — *Magnesia flumina saxi*] ita *Wak.* edidit, Bentleio suadente; quem cum Eichst. sequutus sum, quum, una lectione *saxi* excepta, plurimos et optimos Codd. assentiri viderim. *Magnesia flumina saxi* autem Bentleio interprete sunt *effluvia*, ἀπόρροιαί, *saxi Magnesii*; et vix opus fuisset, ut Bentl. et *Wak.* tot similia exempla inversionis poëticae afferrent. E Lucretio conf. I, 10. 120. 475. III, 372. etc. Varietates veterum librorum sic se habent: Ver. Ven. *magne si a*, Brix. *magneti si a*, Ald. 1. Bon. *magnetis*, Vind. *magnesi*. — Bodl. Vind. Poor. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. *flumine*, Iunt. Ald. 2. *flamine*, Ald. 1. Bon. *semina*. — Ald. 1. Bon. *faxit*, ceteri libri omnes *saxa*. *Saxi* autem iam Pius in notis rescribi iussit. Heinsius ad Claud. idyll. V, 26. (p. 674. Burm.) aut *Magnesi flamina saxi*, aut *Magnesia flamine saxa* legendum putat. Vulgo editur *Magnesi semina*

saxi, e Lambini emendatione; qui et alteram suasit scripturam *Magnesii flumina saxi*, a Gifanio receptam.

1066. *sing'lariter*] sic scribendum duxi cum Ald. 1. 2. Bon., vulg. editt. et Eichst. Ceteri libri, quos Hav. et Wak. sequuntur, *singulariter*. Iunt. *singula rapta*, pessime. Eiusmodi autem syncopes exempla in Lucretio haud rara. (Conf. ad I, 976. II, 1024. III, 876. et, qui proxime huc pertinent, IV, 263. 905. VI, 1087.

1067. *vides*] Vind. Poor. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *vide*, quod Wak. non malum censet. — *coollescere*] Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *coollescere*, „forsan recte,“ ut Wak. iudicat. Ver. Ven. *cale-scere*. Praeterea Iunt. pro *sola-calce* exhibet *solo-calcis*.

1068. *taurino*] Vind. Cant. Brix. *aurino*, Brit. 3. *anrivo*, Ver. Ven. *aurius*, Poor. *aurifio*, Iunt. *arenae*. — *iungitur*] Brit. 3. *mergitur*, Ver. Ven. *mergatur*, Bon. *inungitur*. Recte autem Wak. sustulit particulam *ita*, his verbis in vulg. editt. contra libros universos insertam; qui simul de hoc glutine taurino consuli iubet Plin. H. N. XXVIII, 71. Eurip. Gretens. fragm. 2. et Polyb. VI, 21.

1070. *laxare*] Brix. Ver. Ven. *lapsare*. — *compages*] Vind. Ver. Ven. *compage*, Brix. *cum page*; syllabae *ges taurea* desunt Brit. 1. — *taurea vincla*] Brit. 3. *aurea vincla*, Brit. 1. *taurea gesta*, Bodl. Brix. Ver. Ven. *stamina munda*, mira varietate; in Vind. hae voces prorsus desiderantur. Ordo est secundum Wak.: „Quam taurea vincla queant laxare compages suas.“

1071. „In abest Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. Cant. [Brix.] Ver. [Ven.]; unde mihi valde probabile videtur, Lucretium non aliter scripsisse, et *aquai* quadrissyllabum possuisse. — *aquai*] Vind. Brit. 1. Cant. [Ven.] *aqua*. Voces in *aquai funtibus audent* desiderantur in Brit. 3.“ *Wak.*

1072. *leve*] Vind. Brit. 3. Cant. Ver. Ven. *lene*.

1073. *colos*] Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Iunt. *color*, Ver. Ven. *colcis*, Bodl. *colus*. (Forma *colos* iam adfuit VI, 208.) — *iungitur*] sic Wak. cum omnibus libris, praeter Ver. Ven., quae *megitur*, et Ald. 1. Bon., quae cum nonnullis Lambini Codd. (?) *mergitur* praebent, ut vulgo editur. (Vid. supra ad v. 1068.) — *uno*] sic Wak. cum Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon.; vulgo *una*, ut certe Iunt. et Ald. 2. Et „*iungitur uno cum corpore*, inquit Wak., dictum est eleganter pro: Ita penitissime cum lana consociatur, ut duo unum videantur corpus efficere.“

1075. *fluctu*] Bodl. Poor. Brit. 1. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2. et Pius in notis *fluctus*. „Et sane, annotat Wak., cum *det*, quod exhibent Poor. et Iunt., nec Pius non alibi invenit, animosior evadit locus; fortasse tamen varietate constructionis, qua gaudet opere summo noster, magis adiuatur exornaturque.“

1076. *velit eluere*] Brix. Ver. Ven. *velite vivere*, Vind. Brit. 1. *vivere simpliciter*, Poor. *late vivet*, vel *iuvet*, Brit. 3. *cite vivere*, Cant. *velit eiuvare*.

1077. Ut hunc versum cum Eichst. edidimus, legitur in Lugd. 1. 2. Poor. et Cant., a quibus Vind. fragm. Vind. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. in eo tantum recedunt, quod pro *concopulat* exhibent simplex verbum *copulat*. Brit. 3. habet *D. res auro aurum tum copulat una*, Memm. Lambini *D. non auro arum cop. una*, (unde Faber coni. *D. non auro res aurum cop. una*?) Ald. 1. Bon. *D. res auro fit uti aurum cop. una*, Iunt. Ald. 2. *D. res auro argentum cop. una*. Vulgo editur *D. res auro argentum concopulat una*, quod Lamb. in tribus Codd. Vat. Tett. Faërn. dicit invenisse; qui suadet etiam lectionem *D. res argentum auro cum copulat una*. Wak. vero, quem hiatus in recepta lectione temere offendit, e coniectura edidit *D. et auro res aurum concopulat una*. Haec *res una* vero est *chrysocolla*, de qua Wak. conferri iubet Plin. H. N. XXXIII, 29. et Isidor. Orig. XVI, 14.

1078. *Aerique aes*] Lugd. 1. 2. *Aeraque aes*, Vind. fragm. Vind. *Aeraque*, Cant. *Aereaque*, Pii Codd. quidam *Aereaque res*, Brix. *Aera quae*, Poor. Brit. 1. 3. Ver. Ven. *Aër aquae*, Ald. 1. Bon. *Aes aequae*, Iunt. Ald. 2. *Aeraque nec. — iungatur*] Brix. *ungatur*, Ver. Ven. *nigatur*, Brit. 3. *nigratur*.

1082. *praestat*] sic Hav. rectissime restituit e Lugd. 2. et Bon., quibus adde Ald. 1.; idemque Bentleius coniectura assequutus videtur, adscripto loco Virg. Aen. I, 135. Reliqui libri omnes *restat*. — *comprehendere*] Poor. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *comprehendere*. (Vid. supra ad v. 456.)

1085. *Huiusque*] Brit. 3. *Cuiusque*, Iunt. *Huius, quae. — haec*] sic Wak. cum omnibus libris, praeter Iunt., *quam praebentem*; vulgo tamen *horum*, ex arbitrio Lambini.

1086. *plicata*] Vind. Poor. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *placita*.

1087. *coplata*] fragm. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *copulata*, Iunt. Ald. 2. *compacta*. (Alia huius syncopes exempla vide supra ad v. 1066.)

1088. „*Quod*] Lugd. 2. *Quo*; et placet, hoc ordine verborum: *Quo magis hoc videtur fieri — i. e. haec res.*“

*Wak.* — *lapide*] Cant. *lapidem*, quare *Wak. coni. Quo magis in lapidem hoc fieri, ferromque, videtur. — hoc fieri*] *Poor. fieri hoc. — fieri*] Vind. fragm. Vind. Brit. 1. Ver. Ven. *ferri*, quae editt. insuper verba transponunt *ferro ferri*.

1089. Omnem locum sequentem Servius ad Virg. Aen. III, 138. respexit his verbis: „Hic est ordo pestilentiae, ut Lucretius docet; primo aëris corruptio, post aquarum et terrarum, mox omnium animalium.“

1090. *cladem*] fragm. Vind. *cradem*, unde in Lugd. 1. Vind. *Poor. Brit. 3. Cant. craterem factum, quod temere defendit Heinsius Adverss. III, 1. p. 400. Brix. craterem, Ver. Ven. creare. — coorta*] Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *coarta*, Brix. *cohorta*. (Sic iidem libri, praeter Vind., etiam infra v. 1095.)

1093. *supra docui*] Vid. IV, 633 ss. V, 897 s. — *vitalia*] fragm. Vind. Brit. 3. Ven. Ven. *ut alia*.

1097. *Atque ea vis*] Vind. Brit. 3. *Atque avis*, Ver. Ven. *Atus anis. — pestilitas*] Vind. *pentilentas*, Cant. *pestilitilas*. „Nonius II, 684. sub falso Lucilii nomine versum sine varietate lectionis laudat.“ *Wak. Pestilitas* autem, vox Lucretiana, quae statim redit v. 1124. et 1131., a *peste* ipsa eo differt, ut potius sit *die Pestartigkeit, der Peststoff*. Sic autem rectissime interpretatur Celeberr. Meister, qui finem huius libri inde a versu 1089. edidit in doctissimo libello, quem inscripsit: *Eines T. Lucretius Carus Schauergemälde der Kriegs-Pest in Attika*. (Züllichav. 1816. 8.)

1098. *extrinsecus* vulgaris est lectio, quam cum Eichst. retinui. Neutiquam enim *Wak.* mihi persuasit de veritate scripturae *intrinsecus*, e Lugd. 1. *Poor. Brit. 1. 3. et Cant.* (quibus accedunt Brix. Ver. Ven., quarum duae posteriores *intus secus*, i. e. *intrinsecus*, exhibent,) a se receptae; quam satis artificiose sic interpretatur: „i. e. *ex ipso aëre*, v. 1096., qui subinde fit morbidus seminibus *extrinsecus* venientibus, sive de terra, v. 1100.“

1099. *aut ipsa saepe*] Brit. 1. *ipsa aut persaepe. — coorta*] Vid. ad v. 1090.

1100. *putorem*] sic *Wak.* restituit ex omnibus libris. Vulgo *putrorem*, ut sola Ald. 2., quam tamen lectionem Meister. quoque defendit. (Conf. nos ad II, 872. et 929.) *humida*] Vind. Ver. Ven. *munda*, in quod *umida* facile abire potuit.

1101. *pluviis*] Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *fluviis*.

1104. *longe*] Brix. Ver. Ven. *a longe*, Brit. 1. *at longe. — discrepant res*] ita *Wak.* cum Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. *Poor. Cant. Iunt. et Ald. 2.*, a quibus, quum lectio *discrepant acres* vere nihil aliud sit, quam *discrepant res*, Brix. Ver. Ven. non discedunt. Vulgo tamen *discrepat aër*, ut solae Ald. 1.

et Bon., haud dubie ex Avancii coniectura. Receptam lectionem et Bentleius probat, provocans ad II, 1018.

1105. *Britanneis*, vel *Britannis*] sic omnes libri, quos iure Wak. sequutus est, ut locus sic capiatur: Quid coelum, quod *Britannis est*, et *id*, quod in Aegypto est, differre putamus? Priores tamen editores versum coniecturis inanibus vexarunt. Lambin. e Paschalii coni. edidit *Britannum*, i. e. Britannicum, quae vulgaris lectio facta; ipse tamen potius *Britanno* legendum censet. Faber coni. *Britannidis*, quod Hav. recèpit. Bentl. voluit *Britannis*, i. e. *Britannis*. Iunt. habet *Namque britannis quid* etc.

1106. *Et quod*] Lamb. et Gifan. voluerunt *Id quod*, sine causa. — *qua*] Ver. Ven. *quia*. — „*claudicat axis*: i. e. valde declinat a recto statu et deprimitur in horizontem.“ *Wak.* Lamb. locum sic interpretatur: „qua parte axis, si-ve polus arcticus, qui nobis sublimis semper apparet, illis est depressus: seu qua parte mundus inclinatus est ad oram nobis ignotam, quam Graeci *ἀντάξονα* vocant, nostro axi contrariam.“ Verbo *claudicare* noster saepius metaphorice utitur. (Vid. III, 454. IV, 516. VI, 835.)

1107. *et Gadibus*] ita Wak. cum Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2.; ut construendum sit: „Quaenam est differentia coeli, quod in Ponto est, et coeli, quod in Gadibus?“ Vulgo *a Gadibus*, ut Ald. 1. et Bon., cui tamen lectioni Bentl. quoque calculum suum addidit.

1108. *percocto secla calore*] sic omnes fere libri, quos recte Wak. sequutus videtur; neque aliter iam v. 723. edidimus, ubi vide annott. Vulgo *percoctaque secla calore*, ut Brix. (?) et Ald. 2., quam lectionem Meister ingeniose defendere studet.

1109. *Quae quom*] Vind. Cant. Brix. Ver. Ven. *Quaecunque*, Ald. 1. Bon. *Quaeque*; in notis tamen Pius veram lectionem e Codd. affert.

1110. *videntur*] Ver. Ven. Ald. 1. 2. Bon. (et haud dubie etiam Brix., nam Gerard. hanc varietatem prorsus neglexit) *videtur*.

1113. *elephas*] Celeberr. Meister. l. c. p. 29. observat, prosaicos Romanorum scriptores graecum nomen (*ἐλεφαντίασις*) retinuisse (v. c. Celsum III, 25. Plin. H. N. XX, 10., quibus adde eundem Plin. XXVI, 5. Veget. I, 9. Isidor. Orig. IV, 8. etc.), Lucretium vero, metri causa, hanc nominis formam effinxisse, quam ex eo assumserint Seren. Sammon. V, 133. et Apulei. de herbis c. 36.

1114. *Gignitur*] Ver. Ven. *Unguitur*. — *Aegypto*] omnes vett. editt. praeter Iunt. *Aegypti*, Vind. fragm. Vind. Cant. *Aegypta*. — *media*] Ver. Ven. *mediano*, Ald. 1. 2. Bon. *medio*; sed *Aegypti in medio* lectio est longe deterior.

1115. *Atthis, Ardis*, pro Attica occurrit etiam apud Eurip. Iph. Aul. 247. (quem Wak. laudat.) atque Melam II, 3, 4. et II, 7, 10. (Conf. Tzschuck. ad loc. pr. Vol. III. P. 2. p. 198 s.) — *tentantur gressus*] Wak. comparat Virg. Geo. II, 94. et Basil. in Anth. Lat. III, 85, 4. ibique Burm. Ceterum Poor. et Cant. habent *tentatur*, quod Wakefieldo non malum videtur. Alias corruptiones taceo.

1116. *locus est*] Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *est locus*.

1117. „*varius*] Vind. Poor. Brit. 1. 3. Ver. Bon. [quibus adde Ven. et Ald. 1., fortasse etiam Brix., nam Gerard. dormivit,] *variis*; et nescio an multo deterius.“ *Wak.*

1118. *se abest a Ver. Ven. — venenum*] sic Hav. restituit e Lugd. 2., comparans IV, 639. et 642., quibus Wak. addit huius libri VI. v. 821. et 827. Negari tamen nequit, omnium reliquorum librorum scripturam *alienum*, quam, *vocula est* addita, vulgares editt. exhibent, atque Meister defendit, et ipsam habere, quo commendetur, quamquam etiam e v. 1123. orta esse potest.

1121. *conturbat*] Vind. fragm. Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *conturbas*. — *immutare*, absolute pro *se immutare*, ut saepissime. — *coactat*] Brit. 1. Iunt. *coaptat*, perperam. Vox *coactare*, Lucretio propria, recurrit infra v. 1160.

1123. *reddat*] Vind. fragm. Vind. Brix. *reddet*, Ver. Ven. *reddit*, quod Wakefieldo, pleniore distinctione ad *corrumpat* posita, praefendum videtur.

1124. *Haec*] Nonius, qui II, 684. hunc versum laudat, *Haec*, Ver. Ven. *Nec*. — *subito* prorsus abest a Nonii exemplaribus, Ald. 1. Bon. habent *subita*, Ver. Ven. *subitur*, unde Wak. coniecit *subit ut*.

1125. *persidit*] Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Iunt. Ald. 2. *persedit*, male. *Persidere* valet „sensim quidem, sed penitissime omnes deinceps partes occupare.“ (Conf. Wak. et Meister., qui comparant Virg. Geo. III, 442. et ipsius Lucretii I, 308.)

1126. *hominum*] Brix. Ver. Ven. *hominis*, quod Wakefieldo non displicet.

1128. *spirantes*] sic Wak. rectissime restituit, quum aperte sit primus casus. Vulgo tamen *spiranteis*, quarto casu, admodum perverse.

1132. *pigreis*, „i. e. tardis, et sibimet auxiliari parum valentibus,“ ut Wak. explicat, qui hanc omnium Codd. et



plurimarum editt. vett. lectionem in contextum revocavit; idemque iam suaserat Bentleius, qui tamen voces *etiam pigris* sine causa idonea transpositas voluit, ut *pigris* epitheton sit ad *bubus*, memor fortasse, ut Wak. censet, Horat. Epist. I, 14, 43. et Ovid. Her. XVI, 56. Iunt. et Ald. 2. habent *pecudum*; vulgo editur *pecubus*, e Lambini coniectura, quam igitur formam Ruddim. Inst. Gr. I. p. 104. not. 49. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 339. non ex hoc loco probare debuissent. — *balantibus*] Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. Brit. 1. 3. Cant. *calantibus*, Pii Codd. quidam, Iunt. et Ald. 2. *balatibus*, Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *talaribus*. — *aegros*] sic Wak. cum Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven.; in quam lectionem ducunt etiam Iunt. et Ald. 2., *aegrus* praebentes. Ald. 1. Bon. *aegre*; vulgo *aegror*, quod nescio cur Meister praeferat.

1133. *advorsa*] Cant. Brix. Ver. Ven. *ad diversa*, Ald. 1. Bon. *ab diversa*, Brit. 1. Iunt. Ald. 2. *diversa*. — *mutemus*] Brit. 3. *mittemus*. — *amicum*] Vind. et Poor. *amicum*, cuius scriptura *et coelum mutemus amicum* Wakefieldo minime displicet, ita tamen, ut receptae lectioni cedere debeat. Et iure quidem. *Coeli amictus* idem est, quod Lucretius alibi (I, 987. II, 662. V, 1015.) *coeli tegmen* nuncupat; similiterque Varronem (ubinam?) *coeli velum* dicere, Columna ad Ennium p. 201. (p. 121. Hess.) perhibet, ubi *coelum cava cortina* appellatur.

1134. *ultra natura*] Vat. Lambini *vitro natura*, eiusdem Memm. Tett. Faërn., ut Lugd. 2. Poor. Cant., *vitio natura*, Vind. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. Ald. 2. *intro natura*, Iunt. *naturam intro*, Ald. 1. Bon. *natura ultra*. *Ultra* autem, Wak. interprete, valet „sine nostra opera et peregrinatione de loco in locum.“ — *corruptum*] ita Wak. scripsit cum Vat. Lambini et Brit. 3., cui proxime accedit fragm. Vind., *corruptum* exhibens; Lugd. 1. 2. *corruptum*, ceteri omnes *corruptum*. At quum quintum hexametri pedem amphimacer efficere non possit, Turnebus (Adverss. XXII, 19.) coniecit *cruentum*, i. e. foedatum, inquinatum, quod omnes editt. vulg. occupavit, quia loci IV, 1033. et V, 1137. favere videntur. Sed, quum Codd. ipsi hoc suadeant, consultius videtur sumere, Lucretium, ut comicos haud raro, (conf. praeter alios Schneid. Gr. Lat. I. p. 735 ss.) aphaeresin alterius consonae hic aliquando sibi indulsisse, quod eo magis licuit, quo saepius antiquissimi Romani, omnino geminatis consonantibus rarius usi, voces, serius constanter cum duplici *r* scriptas, cum uno modo scripserunt, (vid. Schneid. ibid. p. 428 ss.), et illud *n* finale praepositionis *con* aliis etiam in verbis compositis omiserunt: (Conf. Quinct. Inst. I, 7. §. 29. et Gellius

II, 17., quos cum multis inscriptionibus in Gruteri Thes. affert Schneid. l. c. p. 540 ss.)

1135. *quod*] sic Wak. cum Brix. Ver. Ven. Ald. 1., haud dubie rectissime; non aliter enim Lucretius V, 1032. construit. verbum *abuti*, ubi vide quae annotavimus. Wak. hic laudat Arntzen. ad Plinii Pan. 4. §. 1.

1137. Celeberrimam hanc pestis illius, ineunte Peloponnesiaco bello Athenis grassatae, narrationem, in qua noster sequutus est Thucydidem II, 47 — 54. (vid. etiam Plutarch. in Pericle c. 34. et conf. similes pestis descriptiones apud Virg. Geo. III, 470 — 566. Ovid. Met. VII, 523 — 613. Lucan. VI, 80 — 105. Silium Ital. XIV, 580 — 617.) praeter Meisterum l. c. etiam Orellius in Eclogis suis p. 81 ss. et amiciss. Nobbius in Syntagmate p. 92 ss. ediderunt. Vss. 1137 — 1139. Mabrobius affert VI, 2. (p. 164. Bip.) cum Virg. Geo. III, 478 ss. comparatos, ad quem locum Servius quoque Lucretium respexit. — *mortifer aestus*] sic Poor. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. et Macrob., quos cum omnibus editoribus praeter Hav. et Wak. sequutus sum. Ille enim Vossii coniecturam recepit *mortifer aër*, (quam, ex v. 1119. petitam, Wak. Brit. 1. comprobata invenit,) hic, v. 1127. memor, e suo ingenio edidit *mortiferae vis*; utrumque sine causa. Libri sic variant: tres Codd. Lamb. *mortifer ae*, fragm. Vind. Brix. Ver. Ven. *mortiferae*, Vind. *montifere*, Lugd. 1. 2. Cant. *mortiferaï*, Brit. 3. *mortiferorum*; cuius varietatis origo facillime intelligitur, si, Lambini Codd. respicientes, sumimus, versum in Codice aliquo ita divisum fuisse, ut ultima syllaba *stus*, quam latitudo chartae non caperet, vel supra, vel infra scriberetur; sic enim facillime elabi potuisse, quisque videt. Praeterea receptae lectioni favent loci paralleli Virg. Geo. III, 479. et Claud. de rapt. Pros. III, 237., quorum hunc Orellius affert.

1138. *Finibu' Cecropiis*] sic cum vulg. edit. Eichst. Nobb. Orell. edendum duxi, licet haec lectio Lambini modo de suis Codd. testimonio nitatur, (nisi forte accedat Poor., quem Wak. tacet). Nam Lugd. 1. 2. fragm. Vind. Brit. 1. Bon. Iunt. Ald. 2. *finibus in Cecropis* exhibent, Vind. Cant. Brix. (?) Ver. Ven. Ald. 1. (quos Gerard. falso affert) *finibus in Cecropiis*, quod Wak. recepit. Nunquam vero meliores Romanorum poëtae primam syllabam nominis Cecropis corripuerunt, (conf. Schneider. Gr. Lat. I. p. 601.), librarii autem, hoc nescientes, sed in neglecta positione offendentes, praepositionem inseruisse potius, quam inventam eiecisse putandi sunt.

1139. *exhausit*] Cant. *exausis*; quare Wak. coniecturam protulit prorsus superfluum *exhaustis civibus urbe*.

1140. *Aegypti finibus*] sic Wak. ex omnibus libris restituit, quem seriores omnes sequuti sunt; vulgo *Aegypti e finibus*, ex editorum arbitrio. „Ordo est: Nam, ortus penitus; i. e. penitissimis et abditis retro terrae partibus, Aethiopia scilicet, originem habens; veniens autem statim ex Aegypto in Atticam.“ Sic Wak., qui comparat Thucyd. II, 48. Plutarch. de ser. vind. num. p. 558. E. Serv. ad Virg. Geo. III, 478. Max. Tyr. XIII, 4. XIX, 9. Mar. Vict. in Gen. III, 263. et Ammian. Marc. XIX, 4.

1142. *omnes*] ita vulg. editt. Eichst. Nobb. Orell. cum Pii Codd. quibusdam, Brix. Iunt. Ald. 2.; Brit. 1. in *omnes*, fragm. Vind. *omne*, Ver. Ven. *oranem*, Lugd. 1. 2. Vind. Brit. 3. Cant. *omnem*, quod Wak. recepit, „quoniam, Bentleio docente, simplex dictio dissyllaba poetis post tam longam sensus pausam ingratisissima sit.“ Sed quis nescit, haud paucos veterum locos huic observationi adversari? (conf. v. c. Virg. Aen. IV, 593. Horat. Serm. I, 3, 117. II, 1, 68. II, 2, 50. Epist. I, 6, 46. I, 15, 37. Tibull. I, 3, 11. I, 4, 3. Lucret. ipse IV, 399. etc.) longe maiorem autem vim inesse lectioni receptae, quam Wakefieldi *populum* — *omnem*, quisque videt. (Sic autem Wak. edidit e mera coniectura, omnium Codd. lectionem *populo* ex *populo*, i. e. *populom*, deducens, et constructionem verbi *incumbere* cum accusativo defendens locis Plaut. Cas. II, 4, 29. et Lucilii ap. Nonium IX, 19.) Nolo tamen reticere coniecturam, in quam inductus sum Ald. 1. et Bon. lectione *omni*. Satis apte, ni fallor, legeretur *populo Pandionis omnis*: scil. *mortifer aestus*, vel morbus ipse; ut sensus sit: *omni vi et pondere suo* *populo* Atheniensium incubuit; quo pacto certe tautologia evitaretur, qua lectio recepta (*omnes* — *cervatim*) vix potest liberari. Sed iudicent doctiores.

Vss. 1144 — 1149. Macrobius affert VI, 2. (p. 164. Bip.)

1145. „*rubenteis*: Ver. [ut Brix. Ven.] et scripti mei *rubentes*; ut constructio sit: *rubentes etiam* quoad duplices oculos: cum casu recto participii.“ Wak. Sed in eiusmodi rebus Codicum nulla est auctoritas, et vulgaris ratio aperte praestat.

1146. *fauces*] Brit. 3. *fontes*. — *atrae*] Ver. Ven. *acre*, Ald. 1. Bon. Iunt. et Macrob. *atro*, quod vulg. editt. temere receperunt.

1150. „*per fauces*] Cant. *iam fauces*, Poor. *fauces et*; ad explendos numeros: nam *per* deest Vind. Brit. 1. 3. Ver. [quibus adde Brix. Ven.]“ Wak.

1152. *tum*] Poor. Brit. 1. *cum*. — *vita*] Vind. *vita* Ver. Ven. *vitae*, fragm. Vind. *ita*.

1154. *Rancida quo*] Brix. Ver. Ven. *Rancidaque*, Poor. *Rancida quae*, Brit. 1. *Rancida quae et. — perolent*] Cant. *pervolent. — ritu*] Brix. *rictu.* — Ceterum Creech. vv. 1153. et 1154. subiungendos censet versui 1149., quia sic, ordine apud Thucydidem melius servato, narratio eius pressius declararetur, et omnia aptius convenirent. Sed quum foedus ille odor eo potissimum oriretur, quod morbus etiam intimas corporis partes invaserat, ad *vitali claustra* autem, quod praecedit, inprimis etiam *spiritus* pertineat, hi versus aptissimo loco sunt positi. A Thucydidis autem ordine Lucretius aliquoties recessit.

1155. *totius et*] Poor. Brit. 1. *et totius*, a Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. Cant. *et* prorsus abest; quare Wak. suspicatur, Lucretium forte scripsisse *Utque a. pr. tum vires totius, omne*, librariis vero quantitatem secundae syllabae in voce *totius* scrupulum iniecisit; quod nemo facile probabit.

1157. *malis*] Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *malis alius*. Wak. statim praesto est cum coniectura *Intolerabilis atque aliis erat anxius angor.*

1159. *per saepe*] sic Wak. verba divisit, quem, Lucretii consuetudinem respiciens, (conf. ad IV, 1021. et infra v. 1263.) cum Eichst. et Orellio sequutus sum. Nobbius cum vulg. editt. *persaepe.*

1160. *coactans*] Brit. 1. *coarctans.* (Vid. ad v. 1121.)

1164. *potius*] Brit. 3. Cant. Ver. Ven. *totius*, Brit. 1. Brix. *totis.*

1165. *inustis*] Vind. Cant. *muscis*, Brit. 3. *mistis.* — *rubere*] Brix. Ver. Ven. *rubore.*

1166. *ut*] Poor. Cant. *uti*, non minus bene; Vind. Brit. 1. 3. *in*, Brix. Ver. Ven. *vi.*

1167. *Intima*] Bentl. con. *Interea*, sine causa. — *hominum*] sic Lugd. 1. 2.; omnes, ut videtur, Wak. Codd. et Iunt., quibus cum Wak. Eichst. Orell. obsequutus sum, quum Lucretius etiam v. 1144. 1151. 1161. 1172. 1177. etc. in numero multitudinis loquatur. Nobbius cum vulg. editt. *homini.* — *flagrabit*] sic hoc et sequente versu omnes libri, quos Lamb. Hav. Wak. etc. sequuti sunt. Creech. tamen et aliae vulg. editt. bis *flagravit.* — *ad ossa*] Ald. 1. Bon. *adessa*, quod praeter Gifan. nuper etiam Meister praetulit. Sed obstat omnium Codd. auctoritas.

V. 1168. Lamb. et Faber, omni causa idonea destituti, spurium iudicarunt.

1169. *posses*] ita Wak. ex omnibus fere libris restituit, hac addita explicatione: „*Posses, ἄν ἐδύνασσω*, tutemet utique, si adfuisses.“ Ver. Ven. *possis*, Iunt. *positis*; vulgo

*posset, sine libris.* Eichst. et Orell. Wakefieldum, Nobb. vulgares editt. sequitur. — *quoiquam*] Lamb., temere offendens in duplici dativo *cuiquam* — *membris*, coni. *quidque*, vel *quidquam*. — *leve*] Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *lene*.

1170. *Vortere in*] Lugd. 1. Vind. fragm. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. Iunt. Ald. 2. *Verteret*, Lugd. 2. *Vertere et*, Brix. Ver. Ven. Ald. 1. *Vertere*. Gifan. coni. *vertier*, vel *verti in utilitatem*, quam alteram scripturam Lamb. etiam probavit. Sic error errorem procreavit. — *frigora*] uterque Vind. *frigore*. — *semper*] Bendl. coni. *partim*, sine causa. Ordo verborum, quem Wak. recte perspexit, est: Semper dabant membra ad ventum, partim in fluvios.

1173. *lymphais*] sic plurimi libri, quos cum vulg. editt. et Orellio sequutus sum. Wak. (Eichst. Nobb.) ex Lugd. 1. 2. Ver. (quibus adde Brix. et Ven.) recepit *nymphis*. Sed recte, puto, Orellius annotavit: „Mirus ille orationis splendor huic loco minime convenire videtur; et vox *nymphae* librariis altera quidem erat notior. De utriusque discrimine vid. Hand. ad Gronov. Diatr. I. p. 179.“ (Conf. etiam quae nobis ad V, 947. disputata sunt.) Ceterum hic versus in Brit. 1. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. ponitur post v. 1177.; in Iunt. vero iam post v. 1170.

1175. *mersans*] Lugd. 1. 2. *inerrans*. Faber coni. *ve-xans*, parum feliciter; Wak. vero, non feliciter, *versans*, quod tamen ipse censet vulgatae postponendam, quam defendit locis Iuven. X, 57. et Hor. Epist. I, 1, 16.

1176. *parvis*] Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *pernix*.

Vss. 1177. et 1178. a Macrobio Sat. VI, 2. (p. 165. Bip.) proferuntur. *mali*] Cant. *mari*, Vind. Brit. 3. *ari*, Ver. Ven. *nulla in aride fessa*, et a Brit. 1. voces *mali defessa* prorsus absunt. Edit. Bip. et Eichst. habent *defecta*, qua coniectura non opus fuit. Recte potius Orell. cum Oudend. ad Apuleii Met. VI. p. 883. (de hac ipsa varietate disserente) in talibus a Mss. standum esse censet.

1179. *patientia*] Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *patientia*. Vulgo autem hic versus, cuius emendationem Wakefieldo debemus, ex audacissimo editorum arbitrio sic legitur: *Q. p. quom totas ardentia nocteis*.

1181. *tum*] Ald. 1. Bon. *tunc*, Poor. Brit. 1. Ver. Ven. *cum* (vel *quum*), quod nescio quomodo Wak. „fortasse melius“ dicere possit. Ceterum vss. 1181 — 1188. et ipsi a Macrobio VI, 2. laudantur.

1182. Iunt. exhibet: *Perturbati animi, mens* etc., haud dubie quia editor non concoquere potuit loquutionem ani-

*mi mens*, quae tamen occurrit etiam III, 615. et IV, 760. atque ex asse respondet Aristotelis verbis *ψυχῆς ὁ νοῦς*.

1185. *spiritus*] Vind. fragm. Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *spiritum*.

1186. *humos*] Poor. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *humor*, uterque Vind. Ver. Ven. *unum*, Brit. 1. 3. *inum*, Cant. *udum*. „Legendum adeo forsitan: *Sudorisque mados per collum splendidus udum*. Aut etiam pro *humor* reponas *udor*. Quum vero de membranis Lugdd. Hav. taceat, credendum est, eas vulgatae scripturae patrocinari.“ *Wak.*

1187. *contacta*] sic Wak. Eichst. Orell. cum plurimis optimisque Codd. Brix. Iunt. Ald. 2. et Macrobio; cui lectioni praeter locos Celsi II, 24. Virg. Geo. III, 403. et Arriob. III. p. 108., a Wak. allatos, favet Lucretius ipse II, 853. (cum quo conf. I, 937. II, 755. IV, 9. 13. 22. et Eichstaedtii Index s. v. *Contingere*.) Cant. (a prima manu) Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *contracta*. Vulgo *contincta*, quod iam Bentl. damnavit, et Nobbii, quamquam in contextu servavit, interpretamenti speciem prae se ferre censet; vere tamen nil nisi Lambini correctio est, e II, 743. deprompta (ubi vid. annot.), et serius ab auctore ipso reprobata. Gifan. con. *contecta*. — *colore*] vulgatae Macrobianae editt. *cruore*, Aldina vero a. 1528. (Orellio teste) recte *colore*, ut omnes Lucretii Codd.

1188. *raucas*] Retinni cum Eichst. vulgarem lectionem, quam Wak. (Nobb. et Orell.) e Bodl. Vind. fragm. Vind. Cant. (Brix.) Ver. (Ven.) Iunt. et Ald. 2. in *rauca* mutavit. At quamquam concedo, epitheton raucitatis ad tussim et ad fauces plane eodem modo quadrare, idem tamen contendo, illam vocem multo facilius hoc praedicato carere, quam alteram, quae, quum per se sit consentaneum, sputum tussi non nisi per fauces evomi posse, si *rauca* cum *tussi* coniungeretur, prorsus superfluum esset et languidum additamentum. Contra si legimus *per fauces raucas*, his verbis ipsa continetur causa, cur *vix* tantum sputum edi potnerit. (Conf. etiam v. 1146.) Thucydides autem, ad quem Wak. provocat, verbis suis (c. 49.) *ἔπειτα ἐξ αὐτῶν παρὰ τὸν καὶ βράγχος ἐπεγίγνετο. καὶ ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ κατέβαινε ἐς τὰ στήθη ὁ πόνος, μετὰ βηχὸς ἰσχυροῦ* nostrae potius lectioni favet; nam *ἰσχυρός* non est *raucus*, *fauces raucae* autem multo melius respondent Thucydidis *βράγχω*. — *tussi*] sic Lambini, ut videtur, Codd. Iunt. et Ald. 2., quibus cum vulg. editt. et Nobbio obtemperandum duxi, quum Macrobianae, Poor. Brit. 1. Brix. Ald. 1. et Bon. lectio *tussis* idem velle videatur, et IV, 1163. non aliter a Lucretio scriptum sit. Hav. male recepit

*tussis*; Wak. vero (Eichst. Orell.) exhibuit *tusse* cum Bodl. Vind. fragm. Vind. Brit. 3. Cant. Ver. Ven.

1189. *nervi trahere et tremere*] ita Wak. et sequuti editores cum omnibus libris. Hav. et vulg. editt. *nervi trahier, tremere*, ex Lamb. mutatione, qui tamen ipse edidit *trahier nervi et tremere*.

1190. *A pedibus*] Poor. Cant. *De pedibus*.

1191. *Non dubitabat*] Io. Auratus mire coni. *Endobitabat*, (ex *endo* et *ito* compositum, litera *b* inserta), quod voluit significare *incipiebat*. *Non dubitabat* valet „non cessabat, vel audebat.“ (Conf. quae in Addendis ad III. 128. dicentur.)

1194. *in ore iacens rictum*] sic ob Codd. auctoritatem locus mihi constituendus videbatur, quem tamen paullo insolentius scriptum esse non nego. Annotavit autem hanc lectionem Heinsius nescio ex quo libro, cum qua eadem videtur Nonii (hunc versum II, 868. afferentis) et antiquorum Pii Codd. scriptura *in ore iacens rictu* (i. e. *rictū*); nec valde recedunt Iunt. Ald. 2., *in ore iacens rectum*, Poor., *in ore iacet rectum*, fragm. Vind., *inoret iacet rictum*, Vind., *inhorret iacet rictum*, Lugd. 1. 2., *inhorret iacet rectum* exhibentes; Brit. 1. habet *Duratusque horret rictum*; *rectum* vero etiam Cant. agnoscit, ex quo Wak., parum sane accuratus, priora verba non affert. Bodl. *inhorret iacent*, et Brix. Ver. Ven. *inhorret iacet*, tertia voce ommissa; quae lacuna in Brit. 3. sic expletur: *in ore iacet casu*, in Ald. 1. vero et Bon.: *inhorrebat facies*. Quibus variis lectionibus comparatis patet, verbis *iacere* et *rictum* (vel *rectum*) veram procul dubio scripturam contineri; *inhorret* (*inorret*) autem, nisi ex *in ore* corruptum sumamus, glossa verbi *Dura* habenda erit, serius propter similitudinem cum *in ore* in contextum translata. Quare receptam lectionem talem iudico, de qua editores minime dubitare debuissent, quamvis primo adspectu paullo durior videatur. *Rictum* enim, a *ringo* derivatum, quo vocabulo noster etiam V, 1063. et Cicero Verr. IV, 43. utuntur, est hiatus oris, ob aestum internum et dolores aperti et distorti; quod quum *premo* quasi *in ore* seu vultu *iacere* dicitur, vix offendere potest recordantem, alibi etiam, v. c. II, 313. et 518., verbum *iacere* pro simplici *esse*, vel *positum esse* a nostro adhiberi. Quantum vero valeat huius rei commemoratio ad foeditatem et tristitiam imaginis augendam, vel me non monente, quisque facile intelligit. — *tenta*] sic Pii quidam Codd. Iunt. et Ald. 2., quos inde a Lambino omnes editores iure sequuti sunt, licet ceteri libri omnes *tecta* exhibeant. *Tenta* enim non modo longe meliorem sensum praebet, sed Hippocratis etiam loco quodam iuvatur, a

*mi mens*, quae tamen occurrit etiam III, 615. et IV, 760. atque ex asse respondet Aristotelis verbis ψυχῆς ὁ νοῦς.

1185. *spiritus*] Vind. fragm. Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *spiritum*.

1186. *humos*] Poor. Brix. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *humor*, uterque Vind. Ver. Ven. *unum*, Brit. 1. 3. *imum*, Cant. *udum*. „Legendum adeo forsitan: *Sudorisque mados per collum splendidus udum*. Aut etiam pro *humor* reponas *udor*. Quum vero de membranis Lugdd. Hav. taceat, credendum est, eas vulgatae scripturae patrocinari.“ *Wak.*

1187. *contacta*] sic Wak. Eichst. Orell. cum plurimis optimisque Codd. Brix. Iunt. Ald. 2. et Macrobio; cui lectioni praeter locos Celsi II, 24. Virg. Geo. III, 403. et Arnob. III. p. 108., a Wak. allatos, favet Lucretius ipse II, 853. (cum quo conf. I, 937. II, 755. IV, 9. 13. 22. et Eichstaedtii Index s. v. *Contingere*.) Cant. (a prima manu) Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *contracta*. Vulgo *contincta*, quod iam Bentl. damnavit, et Nobbius, quamquam in contextu servavit, interpretamenti speciem prae se ferre censet; vere tamen nil nisi Lambini correctio est, e II, 743. deprompta (ubi vid. annott.), et serius ab auctore ipso reprobata. Gifan. coní. *contecta*. — *colore*] vulgatae Macrobbii edit. *cruore*, Aldina vero a. 1528. (Orellio teste) recte *colore*, ut omnes Lucretii Codd.

1188. *raucas*] Retinui cum Eichst. vulgarem lectionem, quam Wak. (Nobb. et Orell.) e Bodl. Vind. fragm. Vind. Cant. (Brix.) Ver. (Ven.) Iunt. et Ald. 2. in *rauca* mutavit. At quamquam concedo, epitheton raucitatis ad tussim et ad fauces plane eodem modo quadrare, idem tamen contendo, illam vocem multo facilius hoc praedicato carere, quam alteram, quae, quum per se sit consentaneum, sputum tussi non nisi per fauces evomi posse, si *rauca* cum *tussi* coniungeretur, prorsus superfluum esset et languidum additamentum. Contra si legimus *per fauces raucas*, his verbis ipsa continetur causa, cur *vix* tantum sputum edi potnerit. (Conf. etiam v. 1146.) Thucydides autem, ad quem Wak. provocat, verbis suis (c. 49.) ἔπειτα ἐξ αὐτῶν πταρμὸς καὶ βράγχος ἐπερίγνετο. καὶ ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ κατέβαινεν ἐς τὰ στήθη ὁ πόνος, μετὰ βηχὸς ἰσχυροῦ nostrae potius lectioni favet; nam ἰσχυρός non est *raucus*, *fauces raucae* autem multo melius respondent Thucydidis βράγχος. — *tussi*] sic Lambini, ut videtur, Codd. Iunt. et Ald. 2., quibus cum vulg. edit. et Nobbio obtemperandum duxi, quum Macrobbii, Poor. Brit. 1. Brix. Ald. 1. et Bon. lectio *tussis* idem velle videatur, et IV, 1163. non aliter a Lucretio scriptum sit. Hav. male recepit



*tussis*; Wak. vero (Eichst. Orell.) exhibuit *tusse* cum Bodl. Vind. fragm. Vind. Brit. 3. Cant. Ver. Ven.

1189. *nervei trahere et tremere*] ita Wak. et sequuti editores cum omnibus libris. Hav. et vulg. editt. *nervi trahier, tremere*, ex Lamb. mutatione, qui tamen ipse edidit *trahier nervi et tremere*.

1190. *A pedibus*] Poor. Cant. *De pedibus*.

1191. *Non dubitabat*] Io. Auratus mire coni. *Endobitabat*, (ex *endo* et *ito* compositum, litera *b* inserta), quod voluit significare *incipiebat*. *Non dubitabat* valet „non cessabat, vel audebat.“ (Conf. quae in Addendis ad III. 128. dicentur.)

1194. *in ore iacens rictum*] sic ob Codd. auctoritatem locus mihi constituendus videbatur, quem tamen paullo insolentius scriptum esse non nego. Annotavit autem hanc lectionem Heinsius nescio ex quo libro, cum qua eadem videtur Nonii (hunc versum II, 868. afferentis) et antiquorum Pii Codd. scriptura *in ore iacens rictu* (i. e. *rictū*); nec valde recedunt Iunt. Ald. 2., *in ore iacens rectum*, Poor., *in ore iacet rectum*, fragm. Vind., *inoret iacet rictum*, Vind., *inhorret iacet rictum*, Lugd. 1. 2., *inhorret iacet rectum* exhibentes; Brit. 1. habet *Duratusque horret rictum*; *rectum* vero etiam Cant. agnoscit, ex quo Wak., parum sane accuratus, priora verba non affert. Bodl. *inhorret iacent*, et Brix. Ver. Ven. *inhorret iacet*, tertia voce omissa; quae lacuna in Brit. 3. sic expletur: *in ore iacet casu*, in Ald. 1. vero et Bon.: *inhorrebat facies*. Quibus variis lectionibus comparatis patet, verbis *iacere* et *rictum* (vel *rectum*) veram procul dubio scripturam contineri; *inhorret* (*inorret*) autem, nisi ex *in ore* corruptum sumamus, glossa verbi *Dura* habenda erit, serius propter similitudinem cum *in ore* in contextum translata. Quare receptam lectionem talem iudico, de qua editores minime dubitare debuissent, quamvis primo adpectu paullo durior videatur. *Rictum* enim, a *ringo* derivatum, quo vocabulo noster etiam V, 1063. et Cicero Verr. IV, 43. utuntur, est hiatus oris, ob aestum internum et dolores aperti et distorti; quod quum *premo* quasi *in ore* seu vultu *iacere* dicitur, vix offendere potest recordantem, alibi etiam, v. c. II, 313. et 518., verbum *iacere* pro simplici *esse*, vel *positum esse* a nostro adhiberi. Quantum vero valeat huius rei commemoratio ad foeditatem et tristitiam imaginis augendam, vel me non monente, quisque facile intelligit. — *tenta*] sic Pii quidam Codd. Iunt. et Ald. 2., quos inde a Lambino omnes editores iure sequuti sunt, licet ceteri libri omnes *tecta* exhibeant. *Tenta* enim non modo longe meliorem sensum praebet, sed Hippocratis etiam loco quodam iuvatur, a

Lambino iam obiter laudato, qui nostro tam similis est, ut suspicio, Lucretium ex eo hausisse, vix ac ne vix quidem reprimi possit. Legimus nimirum in Praenott. T. I. p. 89 s. Kühn.: ὀϊς ὀξεια, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι ξυμπεπτωκότες. — — — καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον σκληρόν τε καὶ περιτεταμένον καὶ καρφαλέον ἔόν. — *minebat*] restitui vulgarem lectionem, ab Hav. e contextu remotam, quae, licet e mera, ut videtur, Lambini coniectura sit profecta, unice vera censi debet, atque Lugd. 2. et fragm. Vind. lectione *mebat* aliquatenus certe iuvatur; Pii Codd. Brit. 1. *manebat*, quod Gifanio et Meistero probatur; ceteri libri omnes *meabat*, quod cum Hav., ad III, 525. VI, 564. et 569. provocante, ubi *ire* simili ratione usurpatum sit, seriores omnes receperunt, Wak. vero sic explicat: „ἐπορεύετο, ibat, abibat, evanescebat; nihilo praeter cutem relicto, cunctis tabescentibus et euntibus ad capulum.“ At vero, ut concedamus *manere* hoc sensu adhiberi posse, quod equidem nego; haec ipsa tabescendi vel evanescenti notio non quadrat ad frontem rigidam et tentam, quod bene intellexit Meister, peritissimus harum rerum arbiter, qui observat, hanc lectionem, si retinenda sit, non nisi de tentigine continua, per omnes frontis partes procurrente intelligi posse. Longe melius autem legimus *minebat*, i. e. eminebat, ut VI, 563. Nimirum quia *tempora cava* (κρόταφοι ξυμπεπτωκότες) erant, frons eminebat. Librarii autem, quibus simplex verbum *minere* hoc sensu incognitum fuit, primum *manebat* substituerunt, unde post *mebat* et *meabat* factum. (Conf. etiam ad V, 117. et VI, 563.) Restat, ut virorum doctorum coniecturas referam. Susius legendum suavit *D. inhorrescens rictum, fr. tenta minebat*; Rutgersius (Varr. lectt. IV, 1.) coniecit *D. inhorrescens rictum, fr. tenta minabat*; Vossius *D. in ore iacens (inhorrificans, inhorrefacens) rictu fr. tenta minabat*; Lamb. edidit *D. inhorrebat rictum, fr. tenta minebat*, quod Creech. et aliae vulg. editt. servarunt, (quamquam Creech. pro *minebat* mavult *micabat*, vel *minabat*); Haverc. *D. in ore patens rictum, fr. tenta meabat*; Wakef. (et Nobb.) *D., inhorrebat tactum; fr. tenta meabat*; Eichst. (et Orell.) *D., inhorrebat rictum; fr. tenta meabat*.

1195. *post artus*] sic Wak. e plurimis libris restituit, quem Eichst. et Orell. sequuntur; nonnulli Lambini Codd. *post arti*, Brix. *strati artus*, Poor. Brit. 1. 3. Iunt. Ald. 2. *prostrati*, unde Lamb. fecit *post strati*, quod cum vulg. editt. Nobbius quoque servavit. „*Rigida morte iacebant*, i. e. inutiles fiebant et ignavae, geluque mortis rigescentes, eae membrorum commissurae, quae solebant esse mobilissimae,

et hominibus vel praecipua agilitatis causa. Similiter Ovid. Fast. III, 707. *Morte iacent merita.*“ *Wak.*

1196. „*Octavo*] Vind. Brit. 1. 3. Cant. Ver. Ven. *Octava*; cui peccato sequentia *nona lampade* originem dedere. Facilitas autem metri videtur hanc varietatem vocis *Octavo*, quod miror, poëtae peperisse; nam sic aliter rem exposuit Thuc. [c. 49.] ὥστε ἢ διεφθείροντο οἱ πλείστοι ἐνναταῖοι καὶ ἔβδουαῖοι ὑπὸ τοῦ ἐντός καύματος.“ *Wak.*

1199. *Visceribus* *Wak.* restituit ex omnibus libris, quem, ut par erat, seriores editores omnes sequuti sunt; vulgo *Ulcibus*, e vana Lambini mutatione. — *nigra*] Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *nigris*; quare *Wak.*, ad Celsum II, 8. provocans, coni. *nigri*, scil. *alvi*, quam tamen vocem antiquitus generis masculini fuisse, e Charisio p. 61. et Prisciano V, 6. §. 33. (p. 654.) et VI, 16. §. 84. (p. 718. P.) probare neglexit. (Conf. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 28. not. 46.) Vulgaris tamen praestat, et *nigris* prioribus verbis accommodatum videtur. Verba *proluvie alvi* absunt a Brit. 1.

1201. *multus*] Bentl. coni. *multo*, sine causa.

1202. *expletis*] sic *Wak.* restituit ex Bodl. Poor. Vind. fragm. Vind. Brit. 1. 3. Cant. et omnibus vett. editt. (a quibus solos Codd. Lugdd. differre, ex Havercampi silentio vix concludere licet); quem cum Eichst. et Orell. sequutus sum. Exc. Nobbius cum vulg. editt. *ex plenis*, quod ex ingenio Lambini fluxisse videtur.

1203. *Huc*] Faber, cui assentitur Bentl., legi voluit *Hac*. — *corpusque*] idem Bentl., Ennii (p. 123. Hess.) versus laudans: *Vires vitaeque corpus meum tunc deserit omne*, coniecit *et vita*, quia non totum corpus fluxerit per nares. Recte autem *Wak.* docet, *vires corpusque* per ἐν διὰ δύοῖν positum esse pro *viribus corporis*.

1204. *qui tetri*] Poor. Cant. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *cui tetri*, Lugd. 1. 2. *cui tetris*, Brit. 3. Ver. Ven. *cultetris*, Brix. *cultae tris*, fragm. Vind. *culta etris*, Vind. *culta et*, Brit. 1. *culta*.

1205. *huic* Vind. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *hinc*.

1209. *nonnulli*] unus *Wak.* cum Poor. Cant. Brix. Ver. Ven. divisim scripsit *non nulli*.

1211. *heis*] Lugd. 1. Brit. 1. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *iis*, Cant. *is*. — *incusserat*, i. e. se incusserat, vel incussus erat, absolute positum, ut apud nostrum saepissime. (Vid. ad VI, 595.) Sic autem, Gronovio Obs. II, 7. suadente, Hav. e plurimis libris restituit, comparans I, 20. 923. VI, 593. et 773.; quem seriores omnes sequuti sunt. Vulgo *incesserat*, e Lam-

bini coniectura (qui et aliam profert: *Usque adeo incussus mortis metus his erat acer*); Gifan. voluit *invaserat*.

1214. „*supra*] Heinsius Adverss. p. 510. emendat *saepta*; sed malim equidem *tò supra* intelligere fungi officio cognati sui *super*, quamvis aliud exemplum non sit ad manum, quam lectionem arbitrariam cum membranarum unanimi scriptura leviter commutare.“ *Wak. Corporibus* autem sequente versu Gifan. in Indice s. v. *Praepositio*, recte pro dativo habere videtur, ut *iacerent supra corporibus* positum sit pro *superiacerent corporibus*. Conf. etiam Ruddim. Inst. Gr. II. p. 322. not. 1., qui bene cum loco nostro comparat Virg. Aen. II, 792. Cic. Sull. 8. eundem de Off. III, 17. et Tibull. I, 1, 18.

1215. *Wak. conferri iubet Nicand. ther. 406. Iul. Obs. de prodigg. c. 65. ibique Scheff. Ovid. Met. VII, 545 ss. Stat. Theb. I, 624. et Lucan. VI, 627.*

1216. *Aut*] Brix. Ver. Ven. *Haud. — ut*] Brit. 1. Cant. *aut*, Iunt. *ne. — exiret*] Poor. Brit. 1. 3. Cant. Ald. 1. Bon. Iunt. *exciret*, Ver. Ven. *excint*.

1218. *ollis solibus*] i. e. illis diebus, illo tempore; ut apud poëtas Latinos haud raro. Macrobius (qui omnem locum *Nec tamen — — Et moriebantur* affert Sat. VI, 2. [p. 166. Bip.] cum Virg. Geo. III, 546 s. comparatos) Brix. Iunt. Ald. 2. *sedibus*. Sed recepta lectio multo elegantior est.

1219. *Comparebat*] Cant. Ver. Ven. *Comparabat. — nec*] sic omnes libri, quorum auctoritatem non spernendam duximus. *Wak.* (quem Nobb. sequitur), opinione illa ductus, de qua diximus in Add. ad III, 787., *neque* edidit e coniectura. — *noxia seculi ferarum, θηρίων τὰ σαροφάγα*; quae lectio, iam Susio, Vossio et Rutgersio (Varr. Lectt. IV, 1.) probata, et a *Wak.* recepta, mihi quidem unice vera videtur. Non probatur autem quam maxime Codd. Lambini et Lugd. 2. lectione *noctia*, unde in Lugd. 1. *nectia*, in aliis Lambini Codd. et Ver. Ven. *noctis*, in fragm. Vind. *noctibus* factum. Si vero *noctibus* (ad quam vulgatam lectionem, a Lamb. inductam et ab Hav. propagatam, Eichstaedtium quoque et Nobbium rediisse video) vera scriptura fuisset, quis librarius eam correxisset? inprimis cum *solibus* praecesserit, in quibus verbis librarii haud dubie pulchram antithesin invenissent, ut vere invenerunt Lamb. et Hav. Unde igitur tot variae lectiones? unde adeo lacunae in Codd.? (nam in Vind. verba *nec noxia*, in Brit. 3. *noxia* certe desideratur.) Macrobii vero, Poor. Brix. Ald. 1. 2. Bon. lectio *tristia* (quam Orellius recepit) non minus, quam *fortia* in nonnullis Pii Codd. Cant. et Iunt.,

verae lectionis interpretamenta videntur. De bestiis autem rapidis carnivorisque hic et v. 1215. agi, et natura rei, et Thucydidis locus parallelus docet, qui c. 50. sic se habet: τὰ γὰρ ὄρνεα καὶ τετράποδα, ὅσα ἀνθ' ὀρώπων ἄπτεται, πολλῶν ἀτάφων γιγνομένων, ἢ οὐ προσήει, ἢ γευσάμενα διεφθείρετο. τεκμήριον δὲ, τῶν μὲν τοιούτων ὀρνίθων ἐπίλειψις σαφῆς ἐγένετο, καὶ οὐχ ἑωρῶντο οὔτε ἄλλως, οὔτε περὶ τοιοῦτον οὐδέν.

1222. *animam*] Poor. Brit. 3. Cant. Ald. 1. Bon. *animum*, Brix. Ver. Ven. *anni*, (quod Wak. docet ex *aūm* ortum esse). — *aegre*] sic Hav. e suis Codd. restituit, quem Wak. Eichst. Orell. sequuti sunt, quum meliores libri omnes annuant. Brix. modo *agere*, Ver. Ven. *aegere*, Vind. Brit. 3. *aeger*, Brit. 1. Iunt. Ald. 2. *aegram*, quod cum vulg. edit. Nobbius quoque retinuit, qui *aegre* a grammaticis pro *aegram* scriptum censet. Vss. 1225 — 1228. a Macrobio Sat. VI, 2. (p. 165. Bip.) laudantur, cum Virg. Geo. III, 509 — 511. comparati.

1226. *alī*, sive *alii*, lectio est omnium librorum, inter quos Lugd. 1. 2. Poor. Brit. 1. Iunt. Ald. 1. *alī* exhibent, ut nos cum Eichst. et Orell. scripsimus, reliqui autem *alii*, ut Wak. edidit, qui hanc lectionem primus restituit, quum etiam Thucyd. c. 51. verbis τὸ γὰρ τῷ ξυννευγκόν, ἄλλον τοῦτο ἐβλάπτει assentiatur. Vulgo enim cum Macrobio legitur *aliis*; quod, quum „orationis concinnitas valde commendat,“ (conf. v. 1228.) amiciss. Nobbius servavit.

1228. *parabat*] Wak. coniecit *paribat*, sine causa.

1229. *et magnopere*] sic plurimi libri et omnes editores post Lambinum praeter Wak., qui Poor. Cant. et vett. edit. auctoritate copulam *et*, delevit, ut sensus sit: „Eam aerumnam inter omnes, quae morbum comitarentur, maxima miseratione dignam putavisses;“ quod probare nequeo. Vind. habet *et opere*, Brit. 3. Ver. Ven. *opere*, Brit. 1. *Et summopere*.

1231. *morti damnatus*] De hac constructione verbi *damnare* cum tertio casu conf. Ruddim. Inst. Gr. II. p. 166. not. 39., qui comparat Apul. Met. X. p. 353. (p. 748. Oudend.) *mulierem bestiis esse damnatam*.

1232. „Carum nostrum non adeo ἄμουσον auribus extitisse credam, quin κακόφωνον evitaverit scribendo: *Def. animi, m. c. c. i.*; aut saltem vocibus transpositis: *Def. animo, cum moesto c. i.*“ Sic *Wak.*, qui in contextu quidem servavit vulgarem ordinem, sed pro *cum* e coniectura scripsit *quum*, „ne constructio labasceret;“ quia nimirum et sequente versu mutationem fecit, non magis necessariam.

1233. *animam et mittebat ibidem*] sic edidimus cum omnibus, ut videtur, Lambini Codd., Iunt. et Ald. 2., quos

etiam vulg. editt. Eichst. et Nobb. sequenti sunt. Wak. e Lugd. 1. Cant. (et Vind., qui habet *anima immittebat idem*) recepit *animam immittebat ibidem*, quod satis mire sic interpretatur: „vitam in hac moestitia ponebat, et in perpetua funeris appropinquantis cogitatione.“ Mihi potius haec scriptura merus error libroriorum videtur, quem particula *et* omissa, et voces, ut in Vind., male divisae *anima immittebat* procreaverint. Orell. cum Brix. edidit *animam mittebat et idem*, quo etiam Brit. 1. lectionem *animam et mittebat et idem* alludere dicit. Sed haec ipsa lectio, in qua alterum *et* aperte ex prima syllaba adverbii *ibidem* ortum, Orellii scripturae adversari videtur; quum enim iam duae adessent copulae, librarii incerti aut utramque (ut praeter Vind. in Ver. Ven., *animam mittebat idem* exhibentibus), aut priorem, utpote minus necessariam, omisisse putandi sunt. Praeterea vero et sensu lectio a nobis recepta magis commendatur, qui hic est: Quisque, ubi primum morbo se implicitum sensit, statim desperans, utpote qui certae morti iam destinatus esset, collapsus, atque sic, nullo auxilio dato acceptove, in ipso illo loco, quo primum se stravit, mortuus est. — Ceteri libri sic variant: Poor. Brit. 3. Ald. 1. Bon. *animam mittebat ibidem*, Lugd. 2. fragm. Vind. *animam amittebat ibidem*. — Ordo sequentium versuum in libris Mss. et impressis admodum turhatus est, quum vv. 1236 et 1237. varie locum mutant. Si enim Wak. recte intelligo, in Poor. et Cant., ut in Lugd. 1. 2. Brix. Ver. Ven., versus sic sequuntur: 1233. 34. 35. 37 — 44. 36. 45. etc., in Vind. 1. 2. Brit. 1. 3. vero hoc modo: 1233. 37. 34. 35. 38 — 41. 36. 42. etc., qui vulgaris est ordo apud Lamb. Creech. Bip. etc.; Ald. 1. et Bon. singulos versus ita collocant: 1233. 37. 34. 35. 38 — 41. 43. 44. 36. 42. 46 — 48. 45. 49. etc., Iunt. et Ald. 2. sic: 1233 — 35. 37 — 41. 36. 42. etc., eundemque ordinem cum quibusdam editt. vulg. (ut Nardii et Petri) Hav. quoque et Eichst. agnoscunt; apud Nobbium vero versus ita se excipiunt: 1233. 37. 34 — 36. 38. etc. Nos cum Orellio Wakefieldum, sive potius Bentleium, sequuti sumus, qui recte provocat ad ordinem sententiarum apud Thucyd. c. 51. *Λεινότεατον δὲ παντὸς ἦν τοῦ κακοῦ ἢ τε ἀθυμία, ὁπότε τις αἰσθοίτο κάμνων, — — — καὶ ὅτι ἕτερος ἀπ' ἑτέρου θεραπείας ἀναμιμπλάμενοι, ὥσπερ τὰ πρόβατα, ἔθνησκον· καὶ τὸν πλεῖστον φθόρον τοῦτο ἐνεποίει. εἴτε γὰρ μὴ θέλοιεν δεδιότες ἀλλήλους προσιέναι, ἀπώλλυντο ἔρημοι etc.*, et apud Plutarch. in Pericle c. 34. fin. *τούτου δ' αἴτιος ὁ τῷ πολέμῳ τὸν ἀπὸ τῆς χώρας ὄχλον εἰς τὰ τεῖχη καταχεάμενος, καὶ πρὸς οὐδὲν ἀνθρώποις τσοσούτοις χρώμενος, ἀλλ' ἐὼν ὥσπερ βοσκήματα*

καθαιρούμενους, ἀναπίμπλασθαί φθορᾶς ἀπ' ἀλλήλων.

1236. *Idque*] Brit. 3. Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *Atque*. — *vel*] Brit. 3. *uti*.

1238. *visere ad*] ita iam Lamb. e suis Codd. restituit, comparans ipsius Lucretii II, 360. V, 635. Ter. Hec. I, 2, 114. II, 1, 40. Adelph. V, 6, 1. Plant. Capt. IV, 2, 113. Gellium II, 26. et XIII, 30.; eandemque lectionem comprobant fragm. Vind. Poor. Cant. Nonnulli libri Lambini *ut se redat*, Lugd. 1. 2. *ut se redeat*, Brit. 3. *ut*, spatio relicto, Vind. Brix. *ut fere ad*, Ver. Ven. *ut facto ad*, Brit. 1. *fere ut*, Ald. 1. Bon. (*ut fit*) *ad*; Iunt. et Ald. 2. habent *Nam quicumque suis fugitabant (ut fit) ab aegris*.

1239. *Vitai*] Ver. Ven. *Vita*. — *cupidos* Wak. (quem seniores sequuntur,) ex omnibus libris restituit, constructionem loci sic exponens: „Incuria, miseris in victimas officio popae fungens, punibat eos, nimium cupidos vitae, quicumque fugiebant ad aegros visere.“ Antea pro arbitrio edebatur *cupidi*.

1240. *Poenibat*, i. e. punibat, (ut I, 30 et 33. *moenera* pro *munera*, IV, 221. et VI, 927. *moerorum* pro *murorum*, ubi vid. annott.) felicissima est Turnebi emendatio, a Lambini et senioribus omnibus recepta. Lugd. 1. Bodl. Vind. Poor. Brit. 3. Cant. Ver. Ven. *Poenibus* (vel *Penibus*) *et*, Brix. *Venibus et*, Lugd. 2. *Poenibus at*, fragm. Vind. *Penibus ac*, Brit. 1. *Peni et*, Ald. 1. Bon. *Poenas et*, Iunt. Ald. 2. *Poenitet et*.

1241. *incuria*] Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. Brit. 1. 3. Cant. *in cura*. — *mactans*] Iunt. Ald. 2. *mactat*, Cant. *matans*.

1242. *ibant*] i. e. *abibant*, *interibant*. Celeberr. Meister comparat nostri III, 525. 593. 607. 613.

1243. *pudor quem* (scil. *laborem*) *tum*] Brit. 1. *pudor quem unum*, Brit. 3. *pudor quemcunque*, (quare Wak. „et sic sane; inquit, legendum esse versiculum conieceram: — *pudor quemquomque* coëgit *obire*, i. e. *aegros obire*, v. 1238.; sed longe praestiterit Codd. non deserere.“) Brix. Ver. Ven. *pudor quem omni*, Ald. 1. Bon. *pudoreque omni*.

1246. Faber conii. *Inque aliis alius populum*, quum verborum consequutio haec esse debeat: „Alius in aliis, alius porro in aliis populum, seu ingentem multitudinem suorum necessariorum, sepelire certantes etc.“ Sed non opus est coniectura, si cum Pio, quem Wak. sequutus est, per appositionem interpretamur: „Et, certatim satagentes multitudinem suorum, alterum post alterum, sepeliendo, domum repedabant etc.“ Licet vero etiam cum Creechio et Knebelio

verba sic coniungere: Alium populum (i. e. multitudinem, de qua verbi potestate Wak. conferri iubet Berneccerum et Gronov. ad Iustin. X, 1, 6.) suorum post alium inter alios iam humatos sepelire certantes etc.

1248. *bonam*] Vind. *bona in*, Poor. Brit. 1. 3. (Brix.?) Ver. Ven. *bonam in*, fragm. Vind. *bona*. Ante Lambin. vulgo legebatur *bona ex parte*. (Sed vide III, 64. et infra v. 1258., ut alios locos taceam, in quibus noster accusativum illum absolutum Graecorum imitatur.) — *in lectum*] Brit. 1. *in*, altera voce ommissa, uterque Vind. Brix. *iniectum*, Ver. Ven. *iniectumque*, margo Cod. Cant. Poor. Ald. 1. 2. Bon. *in letum*, quod immerito Wakefieldus praeferendum censet. Lucretius enim, ut satis apparet ex sequentibus, non vult dicere, luctu et moerore omnes statim mortuos, sed morbo tantum correptos esse. — *moerore*] Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *maiore*, Vind. *maierore*. — *dabantur*] Brit. 1. *reddibant*.

1249. *morbus*] Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *morbo*.

1251. *iam*] Ver. Ven. *ideo*. Wak. sine causa coni. *Pr. quoque pastor*, provocans ad IV, 893. V, 1045. VI, 223., ut sensus sit: „non *cives* tantum laborant morbo, sed etiam *rustici* in agris.“

1252. *curvi moderator*] Vind. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. *vir immoderator*. Conf. autem cum hoc versu V, 931.

1253. *Languerat* Wak. restituit e Vind. Cant. (Brix.) Ver. (Ven.) Bon.; quem Eichst. Nobb. Orell. sequuti sunt; vulgo *Languerant*. — *casa*] sic idem Wak. et seriores cum omnibus libris; antea ex editorum arbitrio legebatur *casis*.

1254. *dedita*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *tradita*.

1257. „*edere vitam*; ut Ovid. Fast. VI, 745. et Epist. IX, 62., ubi videas Burmannum.“ *Wak.*

1258. *minimum partem*] sic Hav. et seriores cum omnibus libris praeter Iunt., quae habet *minima pars*. Vulgo *minimum partim*, e vana Lambini mutatione. — *moeror is in urbem*] sic (nisi quod coniunctim scribunt *moeroris*) omnes libri praeter Lambini quosdam Codd. et utrumque Vind., *aegroris* exhibentes, ex aperto interpretamento; nec video, cur ab omnibus libris recedendum sit, quum eandem illam licentiam, qua nostrum ad I, 11. II, 27. III, 21. ac fortasse etiam IV, 1024. et VI, 208. usum vidimus, quo minus hic quoque admittamus, nihil impediatur. Vulgo legitur *aegroris* (cum *minimum* constructum.); Hav. vero recepit Sim. Bosii coniecturam *aegror is in urbem*, eadem licentia nixam, quam Vossius quoque, Faber, Creech. et Bentr. probarunt. Wak. (quem Eichst. Nobb. Orell. sequuti sunt) sine causa sufficienti scripsit *moeros is in urbem*, (ut alibi colos, vapos, aegros etc.),



simul coniecturam proponens *moeroris id urbem*, quam melius tacuisset.

1260. *parte*] sic Wak. ex omnibus libris revocavit. Antea vulgo *parti* legebatur, ex editorum arbitrio.

1261. *condebant* idem Wak. ex omnibus libris restituit, (nam unius Cod. Lamb., Lugd. 2. et fragm. Vind. *condebant* varia lectio vix dici potest). Una Iunt., *complebat* exhibens, favet quodammodo Lambini coniecturae *complebant*, omnes editt. vulgares occupanti, et Meistero quoque probatae. Wak., qui comma posuit post *parte*, verba *Copia agriculturalum condebant loca tectaque* per inversionem poëticam dicta putat pro *loca tectaque condebant copiam agriculturalum*; quod durius videtur. Melius Eichst. (Nobb. Orell.) post *parte* punctum servavit, ut *loca tectaque* subiectum efficiant sequentis sententiae, in qua pronomen *eam* cogitatione supplendum est. — *tectaque*] Vind. Poor. Brit. 1. 3. Ver. Ven. *tecta*, Ald. 1. Bon. Iunt. *tectis*. — *quo*] Vind. Brit. 3. Brix. Ver. Ven. *quoque*, Poor. *quoque et*. Apud Wak., haud dubie per errorem typographicum, legimus *quod*. — *aestu* sola Iunt. supeditat, quam tamen lectionem, a Rutgersio Varr. Lectt. IV, 1. probatam, et ab Hav. Eichst. et Orell. receptam, ob versum sequentem non spernendam duxi. Bodl. *aestum*; ceteri omnes *aestus*, quod Wak. et Nobb. receperunt. Vulgares editt. *quo magis eos tum*, e superflua Lambini coniectura.

1262. *Confertos ita*] sic omnes libri praeter Ver. Ven., *Conferto situ*, et Ald. 1. Bon., *Infertos ita* praebentes; nec video, cur ab hac lectione, vulgaris iam editt. probata, recedamus, quum, lectione *aestu* in priori versu assumta, optimum hunc sensum habeat: Rustici, undique ex agris affluentes, omnes plateas, omnes domus, omnia denique loca complebant, ut sic in unum locum congregatos et conglobatos mors aestu inde exorto, utpote contagionem latius et facilius propagante, per acervos mactaret. Hav. cum vulgatis quibusdam editt., sed sine libris scriptis, *Confertos ita*. Wak. (quem Nobb. sequitur,) cum Ver. Ven. edidit *aestus Conferto situ*, quam tamen scripturam admodum obscuram et implicitam accuratius explicare ipsi non placuit. Quum tamen *aestus* positum velit pro *hominum aestuantium*, locum haud dubie sic intellexit: *durch das zusammengedrängte Liegen der Glühenden*; quod tamen vehementer dubito an sic Latine exprimi possit. Eichst. (et Orell.) edidit *aestu Confertos situ*, haud dubie Livium respiciens, III, 6. scribentem: *Ea conludio mixtorum omnis generis animantium, et odore insolito urbanos, et agrestem confertum in arta tecta, aestu ac vigiliis angebat.*

1264. *silanos*] Brit. 1. *syllanos*, Brit. 3. *sicanos*, Ald. 1. Bon. *sola amneis*, Iunt. *sic amneis*. De his silanis Orellius conferri iubet Visconti Museum Pio-Clem. I. p. 217. 219. ed. Mediol. (Conf. etiam Böttiger in: Artist. Notizenblatt zur Abendzeitung. 1823. n. 7., qui laudat Bronzi d'Ercolano. T. II. tav. 45. cum annot. p. 169. David Antiquités d'Herculanum. T. VII. pl. 68. et Visconti Museum Pio-Clem. T. VII. p. 3.) — *strata*] sic omnes libri Mss. et editt. praeter Wak., qui, „ut ab Lucretio amoliretur repetitionem, quae turpissimam sermonis paupertatem et defectum ingenii proloquatur,“ nimum delicatus e coniectura edidit *structa*, recte ab Eichst. Nobbio et Orellio desertus. — *iacebant*] uterque Vind. Brit. 3. Cant. *tacebant*.

1265. *aquarum*] sic Wak. ex omnibus libris restituit. Antea legebatur *aquai*, ad arbitrium editorum.

1267. *semianimo*] Cant. *semanimo*, uterque Vind. *se in animo*, Ver. Ven. *cum animo*. — *cum*] sic Wak. (quem Eichst. et Orell. non deserunt) restituit e Lugd. 1. 2. Vind. fragm. Vind. Poor. Cant., quibus adde Brix. Nobbius retinuit vulgarem *tum*. — *videres*] Vind. *vires*.

1270. *Visceribus* Wak. in contextum revocavit, omnibus libris vett. obsequutus; quod seriores omnes servarunt. Meister vero vulgetam praestare censet, (quam tamen falso et Eichstaedio iniungit.) Vulgo nimirum *Ulceribus*, e Turnebi coniectura, a Lambino recepta, sed iam a Gifanio iure reprobata. (Conf. supra ad v. 1199.) — *tetris*] Ver. Ven. *caecus*, quare Turneb. Gifan. aliique voluerunt *caecis*. — *sordi*] uterque Vind. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et omnes editt. vett. (praeter Iunt., *sordet* exhibentem) *sorde*, quare Wak. coniecit traiectis vocibus: *V. prope iam tetris, et sorde, sepulta*, ipse tamen addens: „sed audacior fuerit haec ratio, nec sine scriptis suadentibus admittenda.“ — *sepulta*] Iunt. Ald. 2. *sepultis*. (De forma *sordi*, alias non occurrente, vid. Ruddim. Inst. Gr. I. p. 130. not. 85. et Schneid. Gr. Lat. II. p. 231.)

1271. *repleat*] Exc. Nobbius, Wakefieldi annotatione ambigua inductus, ex uno Brit. 3. recepit imperfectum *replebat*, „quum ob verbum *onerata* plusquamperfectum tempus ab hoc loco alienum, sed tempus, quod imperfectum adhuc continuatamque actionem indicet, praecedere debere videretur;“ quae fortasse Vir amicissimus non scripsisset, nisi *replebat* plurimorum librorum lectionem habuisset.

1273. *templa*] fragm. Vind. *plana*. — *manebant*] Vind. Ver. Ven. *manebat*, fragm. Vind. *manebit*.

1274. *aedituentes*] Vind. edit. . . , Brit. 3. *aedit euntes*, Brix. *aedit ventes*, Ver. Ven. edit *ventes*; quae corruptelae non mirae sunt in vocabulo ἀπαξ λεγομένῳ, quod propterea Gellius XII, 10. fin. e Lucretio enotat.

1275. *neque nunima*] sic Wak., Lucretii constantissimum, ut dicit, usum respiciens; quod seriores omnes retinuerunt. Vulgo *nec numina*, ut omnes libri; fortasse rectius.

1276. In hoc versu interpungendo plurimos editores sequutus sum. Lambin. tamen, Wakef. et Nobbius sic distinguunt: *magni Pendebantur enim: praesens* etc. Enim vero interdum etiam sententiam incipere constat. Orellius laudat Oudend. ad Apul. Met. IV, 69. p. 255., ubi plures viros doctos hac de re disserentes reperies commemoratos, quibus adde Gronovios ad Liv. XXXIV, 32. et Cic. ad Att. IV, 12. a Rudim. Inst. Gr. I. p. 323. not. 7. (qui sat multa exempla collegit) allatos, et Ramsh. Gr. Lat. p. 564. nota *m*), (qui tamen hunc usum paullo arctioribus limitibus circumscribere videtur.) — *Pedebantur*] Lugd. 1. Bodl. Vind. Poor. Cant. Ver. Ven. *Pendebatur*.

1278. *Quo*] sic Wak. (Eichst. Orell.) cum Lugd. 2. et fragm. Vind.; Lugd. 1. Bodl. Vind. Brit. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. *Huc*, Brit. 1. *Hic*; vulgares editt. et Nobbius *Ut*, cum Poor. Ald. 1. 2. Bon. Iunt. — *pius*] „ita Lugd. 1. Bodl. Vind. Cant. [Brix., quam haud dubie Gerardus simul cum ceteris editt. vett. hic neglect] Ver. [Ven. Ald. 1.] Bon. [Iunt. Ald. 2.] longe significantius; nam vulgatum *prius*, quod scriptum est in Lugd. 2. fragm. Vind. Poor. Brit. 1. 3., non desideratur propter voces *semper consuerat*; prout Hav. etiam admonuit.“ *Wak.* Nobbius tamen vulgatam retinuit.

1279. *repedabat*] ita Wak. restituit e Lugd. 1. Brit. 1. 3. Cant. cunctisque editt. vett., a quibus Bodl., *repedebat* exhibens, vere non recedit. Vulgo *trepidabat*, quod, si credere licet, quidam Lambini Codd., Lugd. 2. et uterque Vind. tuentur. Eichst. et Orell. Wakefieldum sequuntur, Nobbius vulgares editt., cuius doctissimam annotationem lectoribus non possum invidere. „Verbum *repedare*, inquit, prisca aetate usitatissimum fuisse atque ab Ennio potuisse usurpari, non nego. Sed Wakefieldo non facile concesserim, hoc verbum id, quod h. l. significare debeat, *ultra citroque pedem movere* s. *discursitare*. *Repedare* est enim ἀναποδίξεν, s. pedem referre, vel, ut Festus ait, pedem retrahere, i. e. reverti. Quod dubium est, an sic de metu vel anxietate non dicatur. De terrore crediderim. Nam qui repente terretur, pedem referre solet. Sed h. l. populus continuo metu tene-ri, et, quid faciat, sibi parum consulere, sive in summa an-

xietate huc illuc cursitare, h. e. *perturbatus trepidare* dicitur. *Repedare* autem verbum, a sequioribus scriptoribus rursus frequentari solitum, (vid. Goerenz. ad Cic. de Legg. III, 8.) a librario, gnaro prisca sermonis, eiusque Lucretio tribuendi studioso, margini adscriptum in Codices migrare facillime potuit.“

1280. *pro re*] uterque Vind. *pro rem*, Ver. Ven. *prae re*, Brit. 1. *suam prolem*. Cant. verba sic transponit *consortem pro re*. — *consortem*] Brit. 3. *complorans*, et in margine *explorans*, Ald. 1. Bon. *cognatum*; in utroque Vind. Brit. 1. Brix. Ver. Ven. vox prorsus desideratur. — *humabat*] Brit. 1. *humat*.

1281. *Multaque vi subita*] vulgo *Multaque vis subita et*; sed quum *et* a Lugd. 1. 2., *vis* vero ab utroque Vind. Brit. 1. 3. et Brix. Ver. Ven. absit, in Poor. et Cant. autem *res* substituatur, Wak. e coniectura edidit, quod nos cum Eichst. Nobb. Orell. servavimus.

1282. *aliena rogorum*] Vide ad I, 87.

1284. *Subdebantque fauces*] Brix. *subdebant fauces*, Vind. Brit. 3. Ver. Ven. *Subdebant fauces*, Poor. Brit. 1. *Sudabant fauces*, fragm. Vind. *Subdebantque fauces*, Cant. *Suadebantque fauces*.

1285. *Rixantes*] Brit. 1. *Rorantes*. — *desererentur*] Brix. *deserrentur*, Ald. 1. Bon. *deferrentur*, Bodl. Ver. Ven. *deferentur*. Wak. conferri iubet locos gemellos Ovid. Met. VII, 609. et Senecae Oed. 64.

---

## ADDENDA ET EMENDANDA.

(EMENDANDA ASTERISCO PRAEFIXO AB ADDENDIS  
DISTINCTA SUNT.)

### LIBRO I.

4. Conf. annotata ad II, 163.  
7. legas: apud Ennium [p. 328. Hess.]  
11. sub fin. legas: — — — porro huc referendos putavi II, 27. III, 21. et VI, 1258. (Conf. etiam a'd IV, 1024. et VI, 208.)  
13. *perculsae*] sic Hav. et Wak. cum omnibus libris. (Conf. etiam Heins. ad Virg. Aen. X, 481.) Vulgo *percussae*, vulgari permutatione.  
17. *quo quamque*] Bodl. Cant. Brix. Ver. Ven. *quocunque*.  
30. Faber et Bentl. coni. *Et face*, sine causa.  
33. *moenera pro munera*. Conf. ad IV, 221. V, 1307. VI, 927. 1240. et vide Praef.  
44. Haec annotatio superflua redditur iis, quae in Comm. de vita et carm. Lucretii p. XXX ss. a me dicta sunt. — *fonde* praebet etiam Ven.  
77. 78. iterantur I, 596. 597.  
85. Quia in Brit. 2. 3. Cant. Brix. Ver. Ven. post *Triviai* insertum legitur ad, Wak. coni. *T. ad virg. aram, Iphianassai turparit s. f. D. D. delectos, pr. vir.*  
87. adde VI, 1282. *aliena rogorum*.  
91. *celerare* etiam Bentleius praefert.  
101. *classi*] Gott. *classe*, Brit. 2. *classis*.  
103. Servius quoque ad Virg. Aen. IV, 606. hunc versum affert.  
104. *desciscere*] Brit. 1. *desistere*.  
105. Bentl. temere coni. *Quippe etenim qui multa tibi confingere possunt*.

108. Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. habent *certum finem*.

115. *diremta*] Creech. coni. *peremta*. Wak. Codicum lectionem recte interpretatur: „divulsa atque separata a consortio corporis.“

117. in fine adde: Ruddim. Inst. Gr. II. p. 328. Vid. etiam annott. ad II, 124.

126. *effundere*] vulgo *et fundere*, ut Codd. Bert. et Memm. Lambini, quod fortasse e scriptura *ecfundere* ortum. Haverc. *effundere* restituit.

130. sic legas: — — Wak. Eichst. Orell., *probante etiam Bentleio*. Lamb. *genantur*, quod etc.

136. repetitur IV, 736., verbis paullulum transpositis.

142. *efferre* Wak. ex omnibus libris restituit. Vulgo *perferre*, ut vett. editt. praeter Brix. et Ver.

143. *serenas*] Creech., Bentleio probante, coni. *severas*.

150 ss. Conf. Epicuri epist. ad Herod. §. 5. Schneid.

154 s. iterantur VI, 56 s. et 90 s.

158. in Brit. 3. sic legitur: *Et quo quaeque modo fiant sine numine divom*,“ numeris concinnioribus, ut Wak. censet, sed haud dubie ad v. 155. ex arbitrio librarii constitutis.

163. *coelo*] Heins. in Ms. Gott. invenit *coelum*. (Conf. Burm. ad Virg. Aen. I, 580.)

170. *quaeque creantur*] sic Wak. cum Lugd. 1. 2. Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. et omnibus editt. vett. (nisi quod Brix. *creatur* exhibet.) Vulgo *quidque creatur*.

177. *quia*] Lugd. 1. 2. Gott. Bodl. Poor. Brix. Ver. Ven. *qui*, quare Wak. coni. — — *suo quoi t. s. r. Tum const.* etc.

189. *redit* II, 707.

191. legas: Conf. Wak. ad I, 283. etc. *et nos ad I,*

241. III, 186. IV, 92. VI, 362. *et alibi.*)

200. Wak., provocans ad Nonium [X, 26.] et Diomed. I. p. 378., coni. *parire*, praeter necessitatem.

203. Bentl. parum feliciter coni. *mortalia — secla*.

211. Ut hic *videlicet*, sic II, 469. (ubi vid. annott.) *scilicet* cum infinitivo construitur.

218. „*e cunctis*] Bodl. *est e cunctis*, Lugd. 1. 2. *cunctis*, Brit. 2. *cunctis e*. Sublatere videtur corruptela, cui medendae par egomet non sum. Probus exoreretur versus, si liceret liberio rem manum admovere: *Si mortalis enim cunctis e partibus esset*: quae tamen, si varietates Codd. expenderis, non omnino probabilitatis indigent.“ *Wak.*

234. Bentl. legi iubet *dieique*, comparans I, 559.

243. *quorum* Wak. restituit ex omnibus Codd. et vett. editt.; vulgo *eorum*.

258. Hunc versum dimidium Philargyr. ad Virg. Geo. III, 124. sic laudat: *Hic fesse pecudes pingui.* — Cod. Vat. Lambini et vulgares quaedam editt. *fetae* exhibent, quod miror Bentleio placuisse. Wak. coni. *fusae*. De pluribus vero adiectivis cum uno substantivo coniunctis conf. etiam Ruddim. Inst. Gr. II. p. 5. not. 5. et nos ad I, 295. II, 43. 217. etc.

265. *nisi*] Bodl. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven. *nec.* — *adiuta*] sic Wak., Bentleio suasore, cum omnibus fere libris. Lugd. 1. *adluta*, Gott. *adulta*, Ver. Ven. *ad vita*; vulgo *adiutam*, ut Brit. 1. 3.

275. *sternit*] Codd. quidam Heinsii et Pii *saevit*, Vind. *sevit*. Wak. coni. *stravit*, „quod tempore praeterito vim subitanam atque tumultuosissimam scriptores elegantissimi soleant depingere.“

283. *quem*] sic Wak. cum Gott. Bodl. Brit. 1. 3. Brix. Ver. Ven., „ut respectus tacitus habeatur ad generaliore[m] dictionem *fluvium*, in *flumine* delitescentem.“ Vulgo *quod*.

288. Conf. VI, 279., ubi *cum* simili ratione usurpatur.

289. *sonitu*] Brit. 2. *sonitum*; quare Wak. coni. *Dat sonitum magnum et stragem*. Bentl. legendum censet: *volvensque s. u. G. s., ruit* (i. e. disiciit, deturbat); *qua quidquid* (i. e. quidque) *fl. obstat*.

307. De formis *passus* et *pansus* vid. etiam Ruddim. I. p. 232. not. 65.

312. *multis*] Brit. 2. et omnes editt. vett. praeter Ald. 2. *multum*. Faber. sine causa coni. *olim pro solis*.

316. laudatur ab Isidoro Origg. XV, 16.

322. *videndi*] Bentl. suspicatus est *videndo*, passive. *Speciem videndi*, quod sane paullo insolentius est dictum, Wak. explicat „modum vel rationem videndi.“

334. *De summa*] Bodl. *In summa*; quare Wak. coni. *In summam*, quum veteres etiam *in rem quaerere* dixerint.

341. Sic *imbecillus* apud Sallust. Iug. I, 1. Cat. 3, 4. et *inermus* in eiusd. Iug. 107, 1. legitur (coll. Nonio VIII, 75.) Conf. Corte ad h. l., Gernhard. ad Cic. Lael. 7, 23. et, qui hos laudat, Obbarius in Seebodii Bibl. crit. 1828. ch. 15. p. 117.)

348. *esse licet*] Lugd. 1. 2. *esse liceret*, Gott. *celiceret*. Vulg. editt. quaedam *esse liquet*, quod Hav. non displicet, graviore distinctione post *corpore* posita.

357. Bentl. coni. *Quae pro Quod*, cui Wakefieldus recte adversatur.

\* 362. dele verba (*Conf. — annotabimus*), et adde: Eiusmodi enim hiatus invenitur etiam II, 466. III, 1095. et VI, 276.

384. a Bentleio sine causa idonea spurius habetur.
390. De lectione *Compleri* conf. annott. ad VI, 697.
398. Alios quosdam viros doctos hac de re disserentes nuper demum laudavit Obbarius in Seebodii Bibl. crit. 1828. ch. 15. p. 116.
413. *haustus*] Bodl. *haustis*, Wakefieldo iudice, haud deterius. Bendl. conl. *largis haustos e fontibus amnes*.
429. Conf. ad IV, 505.
430. *supra*] Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *supera*, Bodl. Poor. Brit. 1. 3. Cant. Brix. *superat*, arrepta prima vocis sequentis litera; quare fortasse forma *supera* hic praefenda, quamquam infra v. 532., ubi hic versus iteratur, scripturam *supra* omnes fere Codd. tuentur. (Conf. etiam ad IV, 674.)
468. *fuertunt*] sic Wak. edidit e Lugd. 1. Gott., a quibus vere non dissentit Lugd. 2., *fuertit*, i. e. *fuertunt* exhibens; vulgo *fuere*.
483. Redit hic versus infra 506.
- 484 ss. Conf. Epicuri epist. ad Herod. §. 7.
487. Wak. cum Lugd. 1. 2. Gott. *Stringuere*.
488. sub fin. lege: — — rara sunt. (Conf. I, 488. II, 167. III, 767. IV, 144. 523. V, 262 s. et alii loci.)
492. *ferventi*] sic Hav. et Wak. cum Lugd. 1. 2. Gott. Bodl. Poor. Brit. 1. 2. Brix. Ver. Ven., probante etiam Bentleio; vulgo *ferventia*.
494. *aeris*] Bodl. Vind. Brix. Ald. 1. *acris*, Poor. Bon. Iunt. Ald. 2. *acri*. Wak. comparat Hom. II. V, 75. *ψυχρὸν χαλκόν* et Stat. Theb. XI, 545. *ferri frigore territus*.
499. *vera*] Bodl. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. *rara*; quare Wak. suspicatur *clara*, laudato Burm. ad Ovid. Met. VII, 622.
501. Conf. Epicuri epist. ad Herod. §. 7.
505. Bendl. et Wak. mirantur, Lucretium perspicuitatis causa non scripsisse *longe rerum*, verbis transpositis.
538. Faber pro *his rebus* conl. *ictibus haec*, recte a Bendl. refutatus. „*His rebus*, scil. humore, frigore, igni.“
548. Adde Ruhnken. ad Rutil. Lup. II, 9., a Wakef. ad I, 1039. laudatum.
549. redit infra v. 610. (Conf. etiam I, 575. et II, 156.)
558. Faber sine causa conl. *dies et Infinita aetas*.
569. Bentleius hunc versum spurium habuit.
573. *omnis*] Bendl. conl. *omni*.
- \* 621. lege *δισυλλάβως*.
636. et 637., uno verbo mutato, iterantur v. 706 s.; v. 638. vero redit II, 176.
668. De verbo *reparcere* vid. Ruddim. I. p. 229. not. 48.



671 s. et 676 ss. Conf. Epicuri Fragm. I. XI. col. 13. Ceterum v. 672. laudat Servius ad Virg. Geo. IV, 225., addita voce *Connexum*, quae nec hic, nec in ceteris locis, ubi idem versus redit, reperitur.

674. iteratur I, 797. II, 756. et 864.; v. 675. autem fere idem est cum v. 758.

686. redit II, 1021. (Vid. etiam I, 635.)

692. Faber pro *Rem veram* legi iubet *Naturam*.

735. Wak. ex omnibus, ut videtur, libris *supra* restituit; vulgo *supera*.

739 et 740. iterantur V, 112 et 113.

789 — 793. simillimi sunt loco II, 750 — 754.

806. in fine legas: E Lucretio praeterea huc referendi sunt loci III, 732. V, 512. 720. VI, 126. 630. 695. 722.

814. locis I, 969. II, 1060. etc. adde: IV, 311. 1061. VI, 53.

817 ss. conf. cum simillimis locis II, 760 ss. 907 ss. 1007 ss.

820 — 821. leviter mutati recurrunt II, 1015. 1016., pariterque v. 823 — 825. non valde differunt a II, 688 — 691.

857. De verbo *rēcidere* prima producta vid. ad V, 281.

879. Conf. II, 645. V, 407. VI, 768.

889. Viris doctis hic laudatis adde Frotscher. ad Quinct. X, 7, 25. et conf. Friedem. et Seebodii Miscellanea V. I. P. 1. p. 68. Exemplis a Ramshornio allatis e Lucretio praeter hunc locum addi potest V, 343., fortasse etiam V, 231. Omnia quidem exempla illa infringere studuit amiciss. Frot-scher ad Quinct. X. p. 257 — 262.; sed Ramshornio nuper demum assensus est Obbarius in Seebodii Bibl. crit. 1828. ch. 15. p. 116. — Idem Obbarius ibid. p. 118. disserit de constructione praep. *in* cum accusativo, ubi ablativum expectaveris, cuius in eodem versu exemplum vidimus. (\* Ceterum p. 217. v. 1. pro *posset* lege *possit*.)

911. „*lignis*] Lugd. 1. *lignum* Gott. *lingnum*; quae varietates quorsum tendant, non valeo dispicere. An: *Ignis et lignum*?“ Wak.

957 ss. Conf. Epicuri ep. ad Herod. §. 8.

958. *debebat*] Bentl. con. *debebit*.

976. De hac synaeresi conf. Schneider. Gr. Lat. I. p. 90 ss. Vid. etiam annott. ad I, 1104. II, 1024. III, 876. etc.

978. *a fine profectum*] sic Wak., Bentleio suasore, rectissime restituit ex omnibus libris (Bodl. modo *profectum*, Ald. 1. et Bon. *in fine prof.*). Vulgo tamen e Lambini, vel potius Aurati, coniectura *ea finis profecto*.

980. *fiat*] Lugd. 2. Gott. *fiet*, non deterius.

997. *ante*] Vind. *an*; quare Wak. temere con. *en* ocu-

*lis. — res rem*] sic Wak. cum omnibus libris praeter Bodl. Ver. Ven., in quibus *res iam* legitur. Vulgo tamen inverso ordine *rem res*, ex editorum arbitrio.

\* 990. falsus est numerus pro 998.

1003. *possint*] Brit. 2. et omnes vett. editt. praeter Iunt. et Ald. 2. *possunt*. Sed V, 1215., ubi hic versus iteratur, omnes Codd. coniunctivum tuentur.

1012. *tamen*] Vind. et vulgares quaedam editt. *tantum*. Gassend. coni. *totum*, Bentl. *vacuum*.

1020 ss. simillimi sunt loco V, 420 ss.

1050. Conf. etiam Nonius IX, 5.

1068. lege: vide ad I, 87. et 1040.

1075. *Aequis*] sic Hav. et Wak. cum omnibus libris Mss. et plurimis vett. editt. Vulgo *Aeque*, ut Iunt. et Ald. 2., quod miror Bentleio placuisse. — *motus*] Gifan. *mota* e coni.; coll. Heins. *motis*. Ceterum conf. Epicuri ep. ad Herod. §. 10.

1076. *quom venire*] Lugd. 1. *convener*, Bodl. Vind. Ver. *convener*, Lugd. 2. Brix. *convenir*, Brit. 1. Ven. *con venire*, Brit. 2. *con venire*, Gott. *cum veniunt*, Cant. *cum venerunt*, Ald. 1. 2. Bon. Iunt. *cum venire*; quarum varietatum plures vestigia referunt antiquioris scripturae *quom*. (Vid. Praef. p. XVI.)

1081. De forma *cupedo* vid ad III, 1007. IV, 1086. V, 46.

## LIBRO II.

12. 13. paullulum variati redeunt III, 62. 63.

16. *videre est*] vid. etiam ad II, 499.

22. *multas*] sic Hav. et Wak. cum omnibus, ut videtur, libris. Lamb. Gif. Faber aliique *nullas*.

41. De forma *fervere* 3. coniug. vide ad V, 1093.

52. *omnis — potestas*] sic Hav. et Wak. cum plurimis libris. Vulgo *omne — egestas*, quam lectionem etiam Burm. ad Virg. Aen. V, 751. defendit. Sed *omne* nonnisi in Ald. 1. 2. Bon. Iunt., et *egestas* tantum in Cod. Bert. Lambini, Brit. 1. et iisdem editt. legitur.

78. Hunc versum Faber temere post v. 75. vult positum.

84. *forte*] Bentl. coniecit *forti*.

94 ss. Conf. Epicuri Fragm. I. XI. col. 2.

98. *ab ictu*] Conf. annott. ad I, 934. et VI, 710.

117. Versus hypermeter, ut IV, 77. et IV, 1106. (ubi vid. annott.) Non mirum igitur, illud *que* in fine versus abesse a Vind. Poor. Brit. 1. 2. 3. Brix. Ver. Ven.

136. *Ipsa*] Gifan. coni. *Icta*, quod Bentl. probavit.

143. Servius quoque ad Virg. locum post. hunc versum e Lucretio sumtum dicit.

156 ss. Conf. Epicuri Fragm. I. II. col. 2.

158 s. Pro *atque* — — *feruntur* Faber coni. *quin* — — *ferantur*; quo non opus esse, iam Bentl. docet.

165. *persectari* Wak. recepit ex omnibus fere libris. Vulgo *perscrutari*, ut Brit. 1. in margine, Ald. 1. et Bon.

167. De ellipsi verbi conf. Addenda ad I, 488.

176. iam adfuit I, 638.

197. *quo magis* etiam Heins. in tribus pervetustis Codd. invenit. (Vid. eius annott. ad Virg. Geo. III, 309.) — Lambin. e coni. edidit *inersimus*, quod vulg. editt. servarunt; *ursimus* (quod etiam Lugd. 1. a prima manu exhibet) iam Haverc. restituit, et recte interpretatus est.

198. *multi*] Bodl. Ver. Ven. *multa*, quod Bentl. praeferre videtur, comparans I, 1028. et V, 552.

203 ss. Hunc locum Servius ad Virg. Aen. V, 527. videtur respexisse.

220. „*Tantum quod*: i. e. in tantum intervallum declinare, ad quod possis dicere minimam a linea mutationem fieri. Haec phrasis tam de *tempore minimo*, quam de *minimo spatio* usurpari solet. Conf. Sueton. Aug. 63. et 98. Gronov. ad Liv. XXIII, 4. fin. et Salmasii Plinn. exercitt. in Solin. c. 19. fin. “ *Wak.* Bentl. coni. *quod minimum nutare ut d. p.*, Wak. *quod min. mutatum ut d. p.*

242. *gerat*] Bodl. *gerit*. Lamb. ex ingenio edidit *genat*, quod Creech. probavit, Hav. vero primus reiecit.

312 s. Conf. Epicuri Fragm. I. II. col. 1.

333. *deinceps*, tribus syllabis pronuntiandum, ut *deinde* saepissime *δισυλλάβως*. (Conf. v. c. ad III, 384.) Vid. Schneid. Gr. Lat. I. p. 67. et loci a nobis in indice s. v. Synaeresis collecti. Ceterum cum h. l. conf. Epicuri ep. ad Herod. §. 9.

343. *armenta* emendatio est anonymi editoris Lond., communi plausu a serioribus omnibus excepta. Omnes enim libri *arbusta*, quam falsam lectionem auctor emendationis ortam censet e scriptura compendiaria *arta*.

\* 372. lege *inseritur* pro *insertur*.

390. *aquarum*] Bentl. maluit *aquai*.

\* 392. De scriptura *conctari* (*cunctari*) et *contari* conf. quae in Praef. p. XVII. dicta sunt, unde haec annotatio emendanda.

399. *Iocundo*] sic Brix. Ver. Ven. Ald. 1. Bon. eademque editt. praeter Brix. ad v. 403. *iocunde*. (Vid. Praef. p. XVII.)

404. De scansione huius versus conf. annott. ad VI, 797.

408. *tangere*, de omnibus sensibus. Vid. ad V, 779.
465. Faber coniecit *Sudor amarus ut est*.
485. lege: Redit haec antiquior forma III, 422. et VI, 536.
504. De scriptura *smyrnae* (non *zmyrnae*) vid. ad II, 805.
- \* 536. Verba *anguinanos* etc. seiunge a prioribus, numero 538. praeposito, et post vocem *explicit* adde: (*Conf. ad V, 1302.*)
560. Laudatur hic versus a Philargyrio ad Virg. Geo. IV, 443., ubi tamen pro *placidi* legitur *penitus*.
633. una voce mutata iteratur V, 1314.
651. item cum duplici *nec* laudatur a Servio ad Virg. Aen. VI, 376.
653. *potitur primordia*] *Conf. ad V, 1032.*
662. Verba *Buceriaeque greges* Servius laudat ad Virg. Geo. III, 287.
- \* 668. post med. legas: demonstrat, dicrimen etc., deleta voce *Lucretium*.
707. legitur etiam I, 189.
- 725 s. *Conf. I, 634 s. II, 1020 s. IV, 651 s.*
743. Hunc versum Bentl. melius post v. 748. locari censet.
748. *vinco fieri*] Vid. ad VI, 498.
775. *migrare*] *Conf. annott. ad V, 828.*
928. *effervere*] *Lugd. 1. 2. et Cod. Modii (?) offervere*, quod defendit Heins. ad Virg. Aen. IX, 110.
932. *ex et ea* iam II, 791. vidimus confusa.
956. Similis anadiplosis locum habet III, 12 s. V, 948 s. et VI, 528 s.
991. De exitu huius versus *conf. Schneid. Gr. Lat. I. p. 92.*, qui comparat antiquum versum apud Plin. H. N. XXXV, 10, 37. sic desinentem: *Aetoli' oriundus*.
- 1015 et 1016. fere iidem sunt atque I, 820 et 821.
1021. iam adfuit I, 686.
1024. Vid. etiam III, 876. et indicem s. v. *Synaeresis*.
- \* 1037. Mutandus est numerus in 1038.
- 1061 — 1063. paullulum mutati iterantur V, 430 — 432.
- \* 1116. post med. lege *simili* pro *similio*.
- \* 1154. lege *funis* pro *funus*.
1170. sub fin. legas: *momen* et *nomen* vero etiam III, 145. 189. et VI, 474. confunduntur.

## LIBRO III.

24. *delibat*] sic Hav. et Wak. cum omnibus libris. Lambin. ex ingenio, *delibrat*, quod vulg. editt. servarunt.

\* 39. lege *suffundens* pro *suffendens*.

43 et 45. Faber delendos censet, quod haud dubie non statuisset, si felicissimam versuum transpositionem, a Bentleio factam, praesagivisset.

62. 63. exitu modo variato iam legimus II, 12. 13.

128. *curare*; quasi semina venti, de quibus dicitur, res animatae essent, sensu et mente praeditae. Eiusmodi translationes quum apud omnes poëtas, tum apud Lucretium haud rarae. (Vide v. c. IV, 154. 246. 823. V, 391. 1014. VI, 231. 1071. 1191. etc. et conf. Wakef. ad IV, 246. et VI, 1071.) De formula *curare, ut* etc. diximus ad IV, 823.

153. *vehementi*, tribus syllabis, ut II, 1024.

214. Loco allato II, 187. adde: IV, 408. V, 1208. et VI, 324.

289. Bentl. conii. — — *ille animus: q. s. in iram*. Vid. annott. ad III, 296.

293. legas: Sic etiam V, 154. 603. et VI, 503.

372. iteratur V, 621.

386. Conf. etiam ad VI, 505.

467. Bentl. *vultu* praefert, provocans ad 594. 655. et V, 839.

525. *ire pro interire, mori*. (Conf. ad VI, 1242.)

563. Conf. quae ad IV, 1087. annotata sunt.

573. *membratim* iam Bentl. coniecerat.

596. Bentl. suspicatur *genus aut animo*.

717. Idem Bentl. coniecit *sincera e membris*.

732. *algu*] Conf. etiam ad V, 746.

745. Lectionem receptam etiam Bentleius probat, hac explicatione adscripta: „Cur omnia, ait, tam ingenio sive moribus et natura et indole genus suum referunt, quam corporis forma? Conf. I, 589. II, 664. V, 895.“

785 — 798. iterantur V, 129 — 142.

787. adde: Ne tamen aliquid diffitear, in loco parallelo V, 131. plurimi libri *nec* exhibent; quare qui nostro etiam loco defendant, his non acriter adversabor. Nihilominus Wakefieldo non assentior, qui, quum saepius optimos plurimosque libros in vicissitudine particularum *nec* et *neque* consentientes vidisset, (conf. v. c. I, 535. 988. 1002. 1013. II, 50. 426. III, 19. 339. 384. 516. 686. 711. 738. 1026. etc.) Lucretium ubique has varias eiusdem particulae formas sibi opposuisse ratus, multos propterea locos temere correxit. Non ubique enim eodem modulo metiendus est Lucretius, artifex orationis peritissimus, et plures inveniuntur loci, ubi Codd. rationi illi non favent (e. g. I, 300 ss. 688. II, 27. 48. 651.

1156. III, 787. etc.); quare cautius hac in re versandum censeo.

911. Bentl. coni. *miser, ah miser*; ut apud Catull. [LXI. 139. LXIII, 61.] et Tibull. [in Priap. LXXXIII, 33.]

927. *ex animo*] Conf. Cic. ad Fam. XI, 22. id. N. D. II, 67. Catull. CIX, 4. Ter. Andr. IV, 4, 55. id. Ad. V, 5, 21. etc. Ceterum Bentl., Fabrum refutans, receptam lectionem sic explicat: „Brevis hic est fructus [vitae] homullis,“ coll. Propertio II, 12, 49.

953. De constructione verbi *frui* cum quarto casu conf. annott. ad V, 1032.

1001. *dispersis* Bentl. quoque probavit, comparans II, 1126.

1006. *anxius angor* redit VI, 1157.

\* 1010. pro *defingere* legas *defigere*.

\* 1065. non tam *animo incertus*, quam potius *animi incertus* Bentleius coniecit.

\* 1082. lege *Orellium* pro *Ollium*.

1084. „Iunge iam primum, ὡς τάχιστα.“ Bentl.

#### LIBRO IV.

26 — 29., loco alienissimo inserti, iam adfuerunt III, 31 — 34., quare hic quidem admodum suspecti videntur.

46. *effigia* pro *effigies*. Conf. annott. ad V, 1018. et Schneider. Gramm. Lat. II. p. 483.

51. *iteratur* V, 880.

63. 64. infra repetuntur 100 et 102.

77. Conf. infra annott. ad v. 138.

90. Bentl. defendit vulgarem lectionem *intrinsecus*.

\* 100. Adde huic annotationi nomen *Wak*.

109 ss. Conf. Epicuri Fragm. I. II. col. 1.

171 — 174. repetuntur VI, 251 — 254.

\* 181 — 183. infra redeunt 910 — 912. (sic enim numeri sunt corrigendi.)

192 ss. Conf. Epicuri Fragm. I. II. col. 1. 2. 4. 11.

203. Bentl. punctum ponit post *rigare*, et verba *Quod superest* habet transitionis formulam, Lucretio satis usitatam (v. c. I, 45. 920. II, 39. 183. 491. etc.); quod probare non possum.

212. *simul ac primum* Lucretius aliquoties coniungit. Conf. v. c. V, 287. VI, 753. et 822.

213. *stellante sereno* Bentleii est coniectura, quam, quum Cod. Brit. 1. comprobata vidisset, Wakef. in contextum recepit. (Conf. etiam II, 1100. VI, 99. 247.) Vulgo *stellante, serena Sidera*.

220. De praepos. *ab* ante consonam saepius diximus, e. g. ad V, 640. 1253. VI, 424. (Conf. etiam Heins. ad Ovid. ex P. I, 50. et Wasse index in Sallust. s. v. *ab*.)

221. Adde formam *poenibat* VI, 1240. Sic in antiqua inscriptione apud Gruter. p. CIII. v. 25. legimus *moinicipium* et *moinicipeis*.

263. *un'vorsum*. Conf. annott. ad VI, 1066.

\* 358. lege *illabitur* pro *illabibur*.

400. lege: Wak. ad v. 525. [523. *nostrae edit.*]

\* 406. et 408. falsi sunt numeri pro 405. et 407.

406. „*natura*] Non minus venuste legere possis *Matura* (vid. V, 655.). Sed nihil muto. Conf. VI, 470.“ *Bentl.*

471. legas: Hav. et Wak. receperunt, *Bentleio probante*.

533 et 534. *Bentleius* spurios habet.

\* 581. Ultima huius animadversionis verba, quam conscribenti ipsas *Bentleii* annotationes inspicere mihi non licuit, sic, quaeso, corrigas: „*Bentl. primum coni. collibus ipsi, vel ipsa; post: collibus icta.*“

590. *Bentl.* coniecit *Udo* pro *Unco*.

651. 652. non magnopere differunt a II, 725. 726.

768. De verbo *potiri* cum accus. constructo vid. etiam ad V, 1032.

773. et 774. statim redeunt 802. et 803.

776. pariter iteratur infra 801.

850. Alia exempla neglectae positionis, quam vocant, attulimus ad V, 80., quibus adde IV, 906. 1122. V, 48. VI, 1187., coll. tamen annott. ad VI, 697.

910 — 912. iam adfuerunt supra IV, 181 — 183.

917. Conf. *Epicuri* epist. ad *Herod.* §. 35.

969. *degere* defendit etiam *Vir doctus* ad *Avieni* fabb. in *Miscell.* Obs. T. V. P. I. p. 40.

1039. Conf. *Epicurus* loco modo comm.

1056. *fervida*] sic *Pii Codd.*, *Memm. Lambini*, *Brit. 3.* et *Iunt.*, quam lectionem, suadentibus *Fabro*, *Greechio* et *Bentleio*, magis etiam suadente loci sententia et *Tibulli* loco parallelo IV, 12, 1., cum *Eichst.* recepi. *Wak.* mire se torquet in vulgari *frigida* defendenda.

1057. De metrica huius versus ratione conf. annott. ad VI, 797.

1092. *Bentl.* hanc alteram quoque proposuit coniecturam *spe captant*, i. e. *θῆλυοισι*, laudans *Publ. Syrum* [v. 225.] *Fortuna, quum blanditur, captatum venit.*

1134. Conf. *Ennius* p. 212. *Hessel.*

1176. *venientem*] sic omnes fere libri, quos cum vulg. editt. et Eichst. sequutus sum. Wak., Bentleio suasore, qui comparat VI, 266., ex ed. Bon. (cui adde Ald. 1. 2. et Iunt.) recepit *veniens*; coniecit vero etiam *missa in venientem*.

1266. Faber pro *Clunibus* legi iubet *Crissans*, quia Donatus, hunc locum respiciens, ad Ter. Eun. III, 1, 34. scripserit: „*A parte ergo sui meretrices scorta dicuntur, vel ἄπὸ τοῦ κλάσειν, quod Graece palpitare intelligitur, quod illae faciunt saltando assidue, vel potius crissando, ut Lucretius ait lib. IV., ob eam causam, ut concinniosem Venerem exhibeant viris, aut sibi abigant conceptum.*“ Sed quidni Donatum brevitatis causa uno verbo expressisse sumamus, quod in Lucretio per circumloquutionem dictum invenisset?

\* 1268. lege: ut II, 951. et III, 890. (*Conf. etiam IV, 1034.*)

---

## LIBRO V.

7. Post locum IV, 1057. adde VI, 276. 375. 717. 797. Paulo aliter res se habet I, 235., ubi longa vocalis particulae si eliditur *Quodsi in eo spatium*. Praeter Schneideri l. l. conf. idem p. 104 s.

8. *ille*] Lambini Codd. et Lugd. 2. *ipse*. Ille vero defendit etiam Heins. ad Virg. Aen. VII, 110.

41. *scatere*] Conf. annott. ad V, 1093.

52. Bentr. con. *numero in divum*, comparans v. 124.

92 ss. Hunc locum respexit Ovid. Trist. II, 425. (Vid. Praef. p. XXXIII. nota 13.)

103. De media vocis *fidei* syllaba producta conf. annott. ad VI, 919.

183. *notities*] Conf. ad V, 1018. annotata.

240. Gifanii lectionem *eodem omnis* etiam Bentr. probat.

258. *alit, auget* Bentleio quoque placuit.

294. „*lucis caput, i. e. fons lucis.*“ Bentr.

297. *fuligine* Bentleii est coniectura, a Wak. (et Eichst.) recepta, qui comparat Virg. Ecl. VII, 50. Appulei. Met. IV. sub fin. aliosque. Libri Mss. et ceterae editt. omnes *caligine*.

312. 313. Bentr. utpote spurios vult deletos. *monimenta*] Vid. etiam annott. ad v. 330.

363. Bentr. con. *dissiliat* — — *sint*, collato v. 360.

413. Vulgo interpungitur *Ut fama est hominum, multas etc.*, sed minus bene. Vossius ad Catull. p. 215. con. *obruit multas* (i. e. culpas multa dignas, crimina) *hominum undis*, iure propterea reprehensus a Bentleio, qui, meliorum



Codd. lectionem ignorans, vulgatam defendit versu 343. huius libri.

429. fere idem est atque I, 1025.

430 — 432. paucis modo vocibus differunt a II, 1061 — 1063.

\* 443. dele locum allatum V, 443.

450 ss. Conf. Epicuri Fragm. l. XI. col. 1.

459. *Partibus*] Bentl. coniecit *Protinus*.

468 ss. Vid. Epicuri Fragm. l. XI. col. 12.

477. *viva* Bentl. in *priva* vult mutari, quam vocem in primis amare videtur.

504. *haec*] Bentl. coniecit *hic*.

510 ss. Conf. Epicuri epist. ad Pyth. §. 11.

535 ss. Conf. eiusdem Fragm. l. XI. col. 1. et 10 — 12.

555. iam adfuit III, 326.

565 ss. Conf. Epicuri epist. ad Pyth. §. 9.

581. *minui* Bentleii est divinatio, quam, quum Lugd. 1. 2. lectione *minii* maxime adiuvetur, cum Wakef. et Eichst. recepi. Brit. 2. *nimum*, ceteri omnes *minimum*, ut vulgo. Bentl. haec adiecit: „Ait eorum, quae de longinquo contemplamur, prius speciem et formam confusam incertamque videri, quam *filum* et magnitudinem deminutam. Consulas Epicur. ap. Diog. Laërt. X, 91. [Epist. ad Pyth. §. 9.] et Stobaei Ecl. I, 19.“

\* 597. *legas: et II, 628. simile* pro: II, 628. vero simile etc.

612. *Aestifer* ut iam Bentl. suasit.

719 ss. Conf. Epicuri epist. ad Pyth. §. 12.

839. *Muta* etiam Bentleio placuit.

843. una voce mutata, iam adfuit IV, 592.

\* 931. sub fin. lege: *Quidquam nec scibant; paullo post vero: — — redit v. 957. et 1001.; et versu sequente molirier.*

957. Conf. etiam ad v. 931.

969. *Nudabant*] sic Lugd. 1. 2. et omnes vett. editt., a quibus Wak. Codd. haud dubie non recedunt. Vulgo *Nuda dabant*, e Lambini correctione, quam tamen et Bentl. probat.

\* 1004. ab in. lege *videantur* pro *videntur*.

1027. Conf. Epicuri epist. ad Herod. §. 44.

1093. Adde *scatère* supra v. 41.

1285. Conf. etiam II, 449. VI, 954. et 1000.

1297. Gifan. coni. *dextraque regere*, non metro solum, sed sensu quoque pessumdato; equites enim non dextra, sed laeva equos regere, vel pueri sciunt; idemque valet de altera viri coniectura *dextraque vegere*, quae eundem sensum funderet. Faber defendit lectionem, a Pio in Codd. inven-

tam, *viere*, recte tamen a Bentl. refutatus, quum *viere* non simpliciter sit *flectere*, sed *vincire*, sertum, vimen plectere. *Dextra vigere*, omnium fere librorum lectio, valet *pugnare*, ut recte Lamb. explicuit.

1302. Vid. annott. ad II, 538.

1342. legas: quam obsol. formam, a *Bentleio probatam*, Orell. recepit.

1350. *paratur iam* Bentl. praestare censet.

1421. *Disperisse* etiam Bentl. praetulit.

1454. post verba *huc translatum* adde: „nam v. 1453 et 1454. legimus iam V, 1387 et 1388.

## LIBRO VI.

11. Bentleio spurius videtur.

55. post verba *assensus sum* adde: „ita tamen, ut non ex inferiori illo loco, quem et ipsum suspectum censui, sed e libro I. repetitos statuerem.“

88. Vid. annott. ad v. 384., ubi v. 87 ss. iterantur.

105. Bentl. proposuit coniecturam *abruptim*.

124 ss. Conf. Epicuri Epist. ad Pyth. §. 20.

156 ss. Conf. Epicurus ibid.

\* 160. Numerum 1094. muta in 1093.

\* 183. Hanc annotationem sic corrigas: *qui*] Bentl. suadet *quia*, vel *quod*; idemque conii. *adficit* pro *allicit*.

191. Bentl. conii. *ceu* pro *per*.

192. *superna*] Bentl. conii. *superne*.

209 ss. Conf. Epicurus loco modo laud.

258. *tenebris*] Bentl. suspicatur *terris*.

271. Vide modo ad v. 262.

\* 281. Non *vel gravis ignis*, sed *et gravis ignis* Bentl. coniecit.

423 ss. Vid. Epicuri Epist. ad Pyth. §. 24.

451 ss. Hunc locum respexit Servius ad Virg. Aen. I, 743. Conf. etiam Epicur. l. c. §. 19.

535 ss. Conf. Epicur. ibid. §. 25.

569. „Lego ex Mss. *euntem*.“ *Bentl.* Sed Lambini verbis: „Sic habent aliquot libri manuscripti“ parum fidei tribuendum; omnes enim libri nobis cogniti lectionem illam respuunt.

675. Adde Bentleii coniecturam: *fluuius quivis est maximus eii*.

699. Bentl. conii. *Et penetrare mare, et penitus se cogere in arctum*

702. in. lege: a Vossio *et Bentleio* probatam.  
711. Coniectura a Wak. proposita proprie est Bentleii,  
qui suadet *Consciu' dicat*.  
713. Conf. annott. ad v. 876.  
779. Bentl. defendit quidem lectionem *tactu*, sed addit:  
„Si quid mutandum, malim *sensu*, quam *odore*.“  
849. ab in. legas: quam lectionem (*Bentleio assen-*  
*tiente*) post Lamb. etc.  
\* 900. legas: Vid. ad I, 1068.  
1106. lege: Lamb. Gifan. *et Bentl.* voluerunt etc.  
1118 ss. Conf. Epicuri Fragm. l. XI. col. 13.  
1133. Bentleio placuit lectio *diversa*.  
1134. Bentl. pro *corruptum conii. alienum*.  
1219. *noctis* Bentl. defendere videtur allato loco IV,  
712.
-

# I N D E X

## I N A N N O T A T I O N E S.

(A. parenthesi inclusum significat, annotationibus in Addendis  
aliquid esse adiectum, A. simplex lectorem ad sola  
Addenda delegat.)

---

### A.

- Ab* additur ablativo instrumen-  
ti I, 934. II, 98. A: VI, 710.  
— circumscibit genitivum II,  
50.  
— i. q. post et propter II, 919.  
IV, 1064. VI, 969.  
— ante consonas IV, 220. (A.)  
245. V, 123. 150. 640. 1252.  
VI, 424. 741.  
*abditā terrā* I, 87.  
ablativus 3. declin. producitur  
I, 806. (A.) VI, 722.  
— 3. declin. in *i*, ubi vulgo in  
*e* terminatur I, 977. IV, 516.  
— participiorum in *i* V, 663.  
*aboriri* de voce dictum III, 156.  
*aborisci*, i. q. *aboriri* V, 732.  
*ab re nominari* VI, 424.  
*abrotonus* IV, 124.  
*abstraxe* pro *abstraxisse* III, 650.  
*abuti* cum accusativo V, 1032.  
*ac*, sequente vocali I, 889. (A.)
- accidere animo*, *auribus* IV,  
883.  
*accipiter* gen. femin. IV, 1006.  
accusativus apud verba eundi  
I, 116.  
— passivis absolute additus II,  
734. III, 568.  
— pronominum absolute posi-  
tus I, 222. 624. IV, 886. VI,  
473.  
— pendens ab *in*, ubi ablati-  
vum exspectaveris I, 889. (A.)  
*Acherusia templa* I, 121.  
*acua* pro *aqua*, per *diæresin*  
VI, 869.  
*adactus*, nomen substant. V,  
1329.  
*adhaesus*, vox rarior III, 382.  
— pro particulis *adhaesioni*  
*aptis* IV, 1238.  
adiectiva in *us*, quae vulgo in *is*  
desinunt I, 341. (A.) II, 845.

- alio genere ac substantiva, vid. *synesis*.
- neutr. gen. pro adverbiiis II, 359. V, 34.
- adiectus*, vox rarior I, 690.
- adipēs* in plurali IV, 643.
- admiscere in aliquid* I, 746.
- adverbia in *im* Lucretius amat I, 21.
- Aegium*, terrae motu deletum VI, 585.
- Aegoceros* V, 614.
- aegre*, i. q. difficile IV, 468.
- Aeneadum* pro Aeneadarum I, 1.
- aëres* in plurali IV, 292.
- aërius* et *ætherius* quomodo differant III, 1056.
- aeterna flumina* I, 231.
- algus*, vox 4. declin., et *algu* III, 732.
- alid* pro aliud I, 264.
- Alidensia*, vestes pretiosae IV, 1126.
- aliena rogorum* VI, 1282.
- alsius*, i. q. alsiosus V, 1014.
- altivolans* V, 434.
- alvus* gen. mascul. VI, 1199.
- amcisus* III, 660.
- amicities* V, 1018.
- anadiplosis II, 956. III, 12. V, 948. VI, 528.
- anaphora III, 815. IV, 1117. 1169.
- anastrophe VI, 963.
- Ancus*, rex III, 1038.
- anellus* fortasse rectius scribitur, quam *annellus* VI, 912.
- angellus* II, 428.
- anguimanus*, de elephanto II, 538. V, 1302.
- anima* pro aëre et vento I, 690.
- anima* et *animus* III, 43.
- animans* (discrimen inter mascul. et femin. a Lucretio non servatur) II, 668.
- animi me fallit* I, 137.
- animo male fit*, i. e. animus deficit III, 596.
- animum advertere alqd* II, 124.
- ante praesentire* V, 1340.
- anxius angor* III, 1006. (A.)
- ἀπαξ λεγόμενα* vel voces rariores I, 3. 327. 654. 668. 690. 837. 944. II, 84. 163. 292. 373. 438. 498. 538. 577. 819. 1143. 1170. III, 220. 249. 382. 401. 410. 675. 732. 857. 863. 885. 927. 967. 976. 1000. 1048. 1074. IV, 440. 522. 552. 589. 638. 818. V, 230. 304. 317. 468. 652. 678. 732. 1063. 1070. 1104. 1141. 1301. 1329. VI, 1. 129. 237. 447. 652. 672. 955. 1004. 1097.
- aplaustra* II, 556.
- aptus*, i. q. fixus, VI, 357.
- Aradus* (fons Aradius) VI, 891.
- araneus* mascul. gen. III, 384.
- arbos* pro arbor I, 774.
- arqus* pro arcus VI, 526.
- articulare* IV, 551.
- at contra* II, 713.
- attactus* IV, 17.
- Atthis*, i. q. Attica VI, 1115.
- attractio I, 16. 172.
- auctus* pro corpore aucto VI, 168.
- augmen* II, 72.
- aura* de vehementiori vento VI, 111.
- avarities* V, 1018.
- Averna loca* VI, 739.
- B.
- Barathrus*, i. q. homo nequam III, 967.
- baubari*, de canibus V, 1070.
- bene* pro valde V, 760.
- bone*, in alloquutione IV, 574.
- boves Lucae*, i. e. elephantum V, 1301.

## C.

*Caerula coeli* I, 1089.

— *mundi* V, 770.

*caeruleum*, pigmentum metallicum II, 805.

*caesura* aliquoties negligitur I, 54.

*campi natantes* V, 489.

*capte*, *captibus*, pro capite, capitibus VI, 541.

*capulum*, i. q. feretrum II, 1175.

*caput* (i. e. fons) *lucis* V, 294.

## A.

*cassus* (vid. etiam *in cassum*) III, 561.

*Cecrops* prima syll. non corripitur VI, 1138.

*celer* gen. communis IV, 161.

*cellens* VI, 237.

*cernere* pro *decernere* V, 394.

*certus* fere idem, quod *quidam* I, 522.

*Chia*, pretiosae vestes IV, 1126.

*cinis* gen. femin. IV, 927.

*circumcaesura* III, 220.

*circus*, i. q. circulus VI, 955.

*claricitare*, vox nulla V, 845.

*clarus*, i. q. e longinquo audientus V, 845.

*classis* pro exercitu pedestri (?) II, 41.

*clinamen* II, 292.

*claudicare* metaphorice VI, 1106.

*coaluerint* 4 syllabis pronunt. II, 1061.

*coeli* in numero plurali II, 1097.

*coetus*, i. q. coitus I, 1016.

*cognatae voces coniunguntur* III, 568. 911. 1006. IV, 713. 1061.

*collabefieri* III, 600.

*collocationes mirae verborum* II, 84. III, 585. IV, 90.

*colos* pro *color* VI, 1073.

*commisco* pro *commisceo* V, 504.

*comtus*, nomen substant. III, 857.

—, adiect., i. q. *adornatus*, *instructus* III, 260.

*concelebrare*, i. q. *permeare*, *frequentare* I, 4.

*conciliare*, intrans. pro *in concilium venire* VI, 890.

*concinnare* VI, 437.

*concupere*, i. q. *humoribus imbui* VI, 503.

*condere dies*, *soles*, *secla* etc. III, 1103.

*confluxet* pro *confluxisset* I, 986.

*consciis* cum dativo III, 1031.

*consequia* V, 678.

*consumse* pro *consumsisse* I, 234.

*contractiones*, vid. *synaeresis*.

*conturbat* pro *conturbavit* V, 443.

*coortus*, nomen substant. VI, 672.

*cop'latus* pro *copulatus* VI, 1087.

*copula* omittitur ante ceteri, reliqui, omnes etc. IV, 754.

*corda* inservit *circumscriptioni* V, 789.

*cornu* pro *cornu* II, 388.

*corpus* inservit *circumloquutioni* I, 250. 1014.

*corruptio* cum *hiatu* V, 7. (A.) VI, 717. 797.

— 3. pers. plur. perfecti V, 876. VI, 120.

*corruerere* sensu transitivo V, 369.

*cortex* gen. femin. IV, 48.

*crebra* pro *crebro* II, 359.

*creduint* pro *crediderint* V, 780.

*crepitacillum* V, 230.

*cresse* pro *crevisse* III, 683.  
*cum* eleganter abundat I, 288.  
*cumulantur* voces eiusdem significationis cum emphasi I, 814. (A.) 969. II, 1060. IV, 311. V, 1340. VI, 53. 1032.  
*eupedo* I, 1081. A.  
*cupire* I, 72.

## D.

*Daedalus*, adiectivum I, 7. IV, 551.  
*damnare* cum dativo constr. VI, 1231.  
 dativus 4. declin. in *u*. IV, 999.  
*de* cum neutro adiectivorum circumscribit adverbia I, 412.  
*declinare* cum accus. obiecti II, 250.  
*deficere* cum infinitivo I, 1039.  
*degere aevum* II, 1094.  
 diaeresis I, 224. 561. II, 951. IV, 621. 1153.  
*differentia*, i. q. differentia IV, 638.  
*diffusilis* V, 468.  
*dissolvat*, per diaeresin pro *dissolvat* I, 224.  
*distantia* II, 373.  
*determinare* II, 719.  
*disturbat* pro *disturbavit* VI, 587.  
*dies*, i. q. dies IV, 212.  
*divisior* IV, 962.  
*dolia curta* IV, 1023.  
 duplex epitheton sine copula uni substantivo additur I, 258. (A.) 295. II, 43.

## E.

*Eadem*, *δισυλλάβως* II, 693.  
*effigia*, i. q. effigies IV, 46. (A.)  
*egestas* linguae Latinae I, 140.

*egregie* pro *valde* I, 736.  
*ei* prima syllaba producta III, 555. V, 285. 301. 753.  
*ēicere*, tribus syllabis pronunt. II, 951. III, 890. IV, 1268.  
*ēicere*, per diaresin II, 951.  
*elephas*, morbus VI, 1113.  
 elisio literae finalis *s* I, 160.  
 — longae vocalis V, 7. A.  
 ellipses rariores I, 488. (A.) II, 168. III, 767. IV, 523.  
 ellipsis copulae *et* IV, 754.  
 emphasis per voces eiusdem significationis cumulat I, 814. (A.) 969. II, 1060. IV, 311. V, 1340. VI, 53. 1032.  
*enim* incipit sententiam VI, 1276.  
*escit* pro *erit* I, 620.  
*esse* pro *licere* II, 16. 499.  
*estu*, supinum verbi *edere* VI, 973.  
*et* pro *ac* post similis etc. II, 416.  
*Etesiae* V, 741.  
*etiam quoque* coniunctim III, 293. (A.)  
*evolvere* pro *exponere* I, 953.  
*ex animo* III, 927. (A.)  
*exos* non nisi in nomin. et accus. occurrit III, 721.  
*expergitus*, *expergite* III, 942.  
*expers* cum ablativo II, 1092.  
*exsuperare* pro *superesse* V, 385.

## F.

*Face* pro *fac* II, 485. (A.)  
*facit are* pro *arefacit* VI, 963.  
*facul* III, 401.  
*fallit me animi* I, 137.  
*famul* III, 1048.  
*fede*, *fedus* etc., non *foede*, *foedus* scribendum I, 63.

- ferae* de omnibus animalibus II, 995.
- fervere*, ad 3. coniug. formatum II, 41. A. V, 1093.
- factus*, particip. verbi *figere* III, 4.
- fidci*, media syllaba producta V, 103. (A.) VI, 919.
- fnis*, gen. femin. I, 108.  
— pro morte III, 733.
- fit uti*, formula Lucretio usitatissima III, 109.
- fligere* II, 84.
- florere*, de flamma etc. IV, 450.
- flos Bacchi* III, 220.  
— *flammae* I, 899.
- formamentum* II, 819.
- formatura* IV, 552.
- fors* pro fortuito I, 488.
- forte*, i. q. fortiter II, 691.
- fretus*, nomen subst. 4. declin. I, 721.
- friare*, i. q. terere I, 887.
- frigora* pro aqua frigida II, 591.
- fructus*, partic. verbi *fruur* III, 953.
- frugiferens* I, 3.
- frugiparus* VI, 1.
- frui* cum accus. constr. III, 953.  
A. V, 1032.
- frus*, *fruns* (gen. *frundis*) I, 119.
- frustramen* IV, 552.
- fuat*, i. q. fiat vel sit IV, 639.
- fulgere*, verbum 3. coniug. V, 1093. VI, 160.
- fulgor ab auro* II, 50.
- fulvus* de nubibus VI, 461.
- fumi* in numero plurali VI, 104.
- fungi* cum accus. constr. III, 734. V, 1032.  
— pro pati I, 442. III, 734.
- funis* generis femin. II, 1155.
- G.
- Gannire*, *gannitus* V, 1069.
- gelum* (*gelus*?) pro *gelu* V, 206.
- geminantur* eadem vel cognatae voces cum emphasi (Vid. cognatae voces, et emphasis.)
- genitivus* 1. declin. in *ai* I, 85.  
— in *ai* etiam in nominibus mascul. generis V, 28.  
— 2. declin. in *ii* *δισυλλάβως* V, 1004. VI, 744.  
— nominum, vulgo ad 4. declin. flexorum, in *i* I, 385.  
— 5. declin. in *es* IV, 1079.  
— pluralis in *um* pro *arum* I, 1.
- genus* (*hoc*, *id*, *illud*, *omne*).  
absolute I, 164. IV, 737.
- genus* variatur (vid. *synesis*.)
- gerere* pro habere I, 718.
- gerundium* in *dum*, sequente accusativo, ex Graecismo I, 112.  
— in *di* cum genitivo plur. constr. V, 1224.
- Graecas voces Lucretius amat II, 412.
- Graecismi inveniuntur I, 87. 112. 1040 1068. II. 16. 492. 734. III, 568. V, 177. 320. VI, 712. 794. 900. 969. etc.
- Graius* I, 67.
- gubernaculum* IV, 905.
- gubernum*, i. q. gubernaculum IV, 440.
- H.
- Habere*, i. q. habitare V, 1018.  
— pro posse (*ἔχειν*) VI, 712.  
—, ut Graecorum *ἔχειν*, participiis pleonastice iunctum I, 1068. VI, 900.
- Hammon* rectius scribitur, quam Ammon VI, 849.



hiatus (plerumque cum correptione syllabae longae coniunctus) V, 7. (A.) VI, 717. 797.

*hiscere* IV, 64.

*hoc*, i. e. hoc modo IV, 361. 660.

homoeoteleuta II, 491. III, 594.

*homullus* III, 927.

*humos* pro humor VI, 1186.

hypermetri versus II, 117. A. IV, 1006.

*Hyr cani canes* III, 750.

## I.

*Iacere supra* pro superiacere VI, 1214.

*iactus animi* (ἐπιβολή) II, 1047.

— *seminis* IV, 1269.

*ibi* (ἐνθα) pro tum III, 28.

*ibus* pro iis II, 87.

*idem* cum dativo constr. III, 1050.

*imber* de quovis humore I, 716.

*imbibere*, i. q. in mente defigere III, 1010.

*immoderatum*, τὸ ἀπειρον I, 1012.

imperfectum 4. coniug. in *ibam* pro *icbam* V, 931.

*in* cum accus., ubi ablativum exspectaveris I, 889. (A.)

*in aetatem* (ut: in dies) VI, 713.

*in cassum*, i. q. frustra II, 1166.

*in summa*, i. e. ut breviter dicam V, 266.

*incilare*, i. q. increpare III, 976.

*inclinare*, sensu neutr. II, 243.

*incohibesso* III, 445.

*indu* pro in I, 83.

*induperator* IV, 968.

*inesse* cum ablativo I, 591.

infinitivus passivi in *ier* (vide paragoge.)

— substantivi munere fungitur IV, 767. 837. VI, 69.

— Graecorum more pro *ut* cum conjunctivo VI, 794.

*initus*, i. q. exordium, initium I, 384.

*innubilus* (ἀνέφελος) III, 21.

*insinuare aliquid et in aliquid* I, 116. III, 671.

*insistere* cum accusativo I, 407.

*integrare* II, 1147.

*intendere* pro se intendere V, 514.

*interdare* IV, 869.

*interferi*, i. q. interfici III, 885.

*intus* cum ablativo praepositionis vice fungitur IV, 1087.

*invictus*, nomen substant. V, 1104.

*iocundus* pro iucundus V, 1393.

*ipsus* pro ipse VI, 402.

*ire* pro interire, mori III, 525. A. VI, 1242.

*irritat* pro irritavit I, 71.

*item quoque* V, 750.

iteratio eiusdem particulae cum emphasi III, 702. 815. IV, 1169.

*itere* pro itinere V, 652.

*itiner* pro iter VI, 399.

*itus*, nomen substant. III, 389.

*iubar* IV, 405.

*iuxta* adverbialiter cum dativo I, 846.

*iuxtim* pro iuxta IV, 502.

## L.

*Lactare*, i. e. lac praebere V, 883.

— (a lacio) i. q. vellicare, palpare V, 1067.

*Λαμπαδηφορία* Atheniensium II, 78.

*laniger*, i. q. ovis I, 886.

*lapis* gen. femin. IV, 572.

*largificus, largifluus* V, 597.  
*latere* cum dativo constr. III, 280.  
 Latinae linguae egestas I, 140.  
*legiones* pro populis (?) I, 470.  
*licet quamvis* VI, 601.  
*limare*, i. q. delibare, decerpere III, 11.  
*liquefieri*, secunda syll. producta VI, 966.  
*longus* aliquis deerrat I, 712.  
*libet*, non *libet* Lucr. scribit II, 542.  
*Lucae boves*, i. e. elephantum V, 1301.  
*luela* III, 1028.  
*lumina linquere*, i. e. mori III, 541.  
*luminis orae* I, 23.  
*Lympha* eadem, quae *Nympha* V, 947. VI, 1173.

## M.

*Madere* pro repletum esse, abundare IV, 794.  
*male fieri* de animo, pro deficere, linqui III, 596.  
*mancipium*, non *mancupium* III, 984.  
*Matuta* V, 655.  
*maximitas* II, 498.  
*membra domus* VI, 805.  
*Memmius* in vocandi casu I, 45.  
 —, quis fuerit I, 27.  
*miscere in aliquid* I, 746. VI, 942.  
*miserere*, non impersonaliter III, 894.  
*missus*, nomen substant. V, 569.  
*mobilitate* III, 249.  
*moenera, moeri* etc. pro muneribus, muri etc. I, 30. A. IV, 221. V, 1307.  
*momen*, i. q. motus II, 1170.  
*monimentum*, non *monumentum* V, 312.

*morte obita*, passive IV, 736.  
*movere* pro se movere III, 570.  
*moveri motus* III, 568.  
*multesima pars* VI, 652.  
*multus* cum emphasi saepius cumulatur I, 814.  
*munire ab aliqua re* III, 831.  
*munita viai*, i. q. labia III, 497.  
*mulxi*, pro mulsi, a mulgeo IV, 1206.

## N.

*Nec — neque* sibi respondent III, 787. (A.)  
*nec temere*, i. e. nec facile VI, 319.  
*nenu* III, 200. IV, 714.  
*nequitur* I, 1044.  
*neutra adiectivorum pro adverbis* II, 359. V, 34.  
 — — Graecorum more usurpata I, 87. 1040. V, 320.  
 — — substantivis alius generis adiecta (v. synesis.) I, 867.  
*neutra participiorum loco substantivorum* I, 385.  
*nexare* II, 98.  
*nictari* VI, 837.  
*nil, nihilum*, pro nihil, nihilum I, 156.  
*nimbi*, i. q. nubes IV, 446.  
*nixus* pro *nisus* IV, 907. V, 507.  
*nominativus absolutus* IV, 400.  
 — 2. declin. in *os* I, 774.  
*non sensus, ὅφ' ἐν* dictus II, 930.  
*noxius* de bestiis rapidis VI, 1219.  
*numen* pro *nutus* II, 633.  
*Nympha et Lympha* V, 947. VI, 1173.

## O.

*Obita morte*, passive IV, 736.  
*oceanus*, adiective V, 36.

- officere* in passivo cum nominativo subiecti II, 154.
- offensus*, ἡ ἀντικοπή II, 438.
- omne genus*, absolute I, 164. IV, 737.
- omne terrarum* V, 320.
- omniparens* II, 706.
- oppilare*, *oppilatio* VI, 726.
- opus est* cum nominativo I, 1050.
- orae luminis* I, 23.
- ordia prima* pro primordia IV, 32.
- oriundus*, tribus syll. ponunt. II, 991. A.
- ossifraga*, avis V, 1078.
- P.
- Paces* in numero plurali V, 1229.
- pandere carmina* IV, 8.
- pansum*, an *passum*, a *pandere* I, 307. (A.)
- paragoge infinitivi passivi* I, 206. 396.
- participare* cum ablativo III, 692.
- participia neutrius gen.* pro substantivis I, 385.
- verborum neutrorum passive usurpata IV, 765.
- partim* pro partem (?) VI, 88.
- partire* pro partiri V, 683.
- parvissimus* I, 616.
- patēfacere*, secunda syll. producta IV, 346.
- pascere minas* (?) V, 1001.
- pavire* (παύειν), i. q. sternere II, 376.
- pecudes* de quocunque animalium genere I, 14.
- pelage*, forma graeca VI, 620.
- pellicēre*, ad 2. coniug. flexum VI, 1000.
- pennatus*, non *pinnatus* scribendum V, 737.
- perfectum 3. pers. plur. corripitur V, 876. VI, 120.
- perfica natura* II, 1116.
- peritāt* pro peritaverat III, 710.
- perterricrepus* VI, 129.
- pertingere* IV, 278.
- pertolerare* V, 317.
- pervolgare*, i. q. complere II, 163.
- pessum subsidere* VI, 589.
- pestilitas* VI, 1097.
- pestis Attica* VI, 1137.
- petessere* III, 648. V, 808.
- plaustrum* VI, 548.
- plenus* cum ablativo constr. VI, 269.
- pleonasmī* III, 568. 911. 1006. IV, 311. 713. V, 1340. VI, 53.
- poenire* pro punire VI, 1240.
- possidēre*, verbum 3. coniug. I, 387.
- pote*, *potis* (*sum*) I, 453. III, 1092.
- potessē* I, 666. V, 879.
- potestur* III, 1023.
- potiri* cum genitivo IV, 768.
- cum accusativo II, 653. V, 1032.
- pracportare* II, 622.
- praepositiones* postponuntur I, 841. II, 731. 791. III, 851. IV, 1021. VI, 748.
- praesens de re proxime futura* IV, 954.
- prester* (πρηστῆρ) VI, 424.
- prima viai* I, 1068.
- *virorum* I, 87.
- procellare* VI, 447.
- proclivus*, i. q. proclivis VI, 729.
- productio ante literas sp* VI, 697.
- ablativi 3. declin. (vid. ablativus.)

- minus usitata I, 11. (A.)  
 II, 27. III, 21. 503. (IV,  
 1024.) VI, (208.) 919. 1257.  
 — negligitur IV, 850. V, 80.  
 VI, 697.

*prohibet*, duabus syll. pronunt.  
 I, 976. III, 876.

*proiectus*, nomen substant. III,  
 1000.

pronomina person. in dativo ad-  
 duntur more Graecorum III,  
 214. (A.) VI, 324. 1029.

— demonstr. et relat. in neu-  
 tro absolute usurpantur (vid.  
 accusativus pronominum.)

*propter*, i. q. iuxta IV, 1021.  
 VI, 549.

*pro quam* II, 1137. III, 200.

*protollere* V, 310.

*protraxe*, i. e. protraxisse V,  
 1158.

*puelli*, i. q. pueri IV, 1248.

*pueri*, pro *Κουρῆτες* II, 636.

## Q.

*Quaesere* V, 1228.

*quamde* I, 641.

*quantus quantus* V, 584.

*quasi vero* VI, 972.

*que* alteri sententiae voci ad-  
 haeret III, 585. IV, 618.

*queo* in passivo I, 1044.

*qui*, ablativus obsoletus pro *quo*  
 IV, 617.

—, pro quo modo I, 701. IV,  
 635. V, 852.

*quid*, i. e. in quantum V, 274.

*quippe ubi* I, 168.

*quis*, gen. femin. (pro *quae*) V,  
 561.

*quoad*, *μονοσυλλάβως* II, 850.

*quod*, absolute, pro secundum  
 quod I, 222. 624. VI, 473.

*quoquam*, i. e. in quamcunque  
 partem IV, 505.

—, i. e. quoquam loco II, 716.

*quur*, *ἀρχαϊκῶς* pro *cur* I, 175.

## R.

*Radiatus* IV, 214.

*ratio* (Rechenschaft, Aufschluss)  
 II, 1044.

*rēcidere*, prima syll. producta  
 V, 281.

*reddere*, i. q. demonstrare, os-  
 tendere II, 179.

*reddire*, pro reddere IV, 763.

*redhalare* VI, 523.

*reflectere*, pro se reflectere III,  
 501.

*refrenare* IV, 1081.

*rei*, *μονοσυλλάβως* III, 931.  
 IV, 886.

*rēi*, prima syll. producta VI,  
 919.

*relicius* per diaeresin pro reli-  
 quus I, 561.

*rēliquus*, prima syll. correpta  
 I, 561.

*remosse* pro removisse III, 69.

*renutare* IV, 602.

*reparcere*, i. q. abstinere I, 668.

*repedare*, i. e. pedem referre  
 VI, 1279.

*repetentia* III, 863.

*repetere* pro pergere I, 419.

*repostus* pro repositus III, 347.

*residere* pro manere, esse II,  
 1010.

*restare*, i. q. resistere I, 111.

*retinentia* III, 675.

*retinere* pro simplici tenere  
 IV, 414.

—; pro se retinere VI, 519.

*retro redire* IV, 311.

*reventare* III, 1074.

*revertere* pro reverti III, 1074.

*revisere ad aliquid* II, 359.

*rictum* pro *rictus* V, 1063. 1194.  
*ridere*, ad 3. coniug. flexum  
 III, 22.  
*ros de quovis humore* I, 771.

## S.

*Saccatus humor*, i. e. *urina* IV,  
 1025.

*Samothracius annulus* VI, 1043.

*sanguen* I, 837.

*satias* II, 1038.

*satis* adiectivi munere fungitur  
 I, 242.

*scaptensula* VI, 810.

*scatere*, verbum 3. coni., et  
 cum genitivo constr. V, 41.

*scilicet* cum infinitivo constr. II,  
 469.

*scibat* pro *sciebat* V, 932.

*scruposus* V, 524.

*se* omittitur (vid. transitiva  
 verba.)

*seclum*, i. q. genus hominum vel  
 animalium II, 503.

*sed vero* IV, 987.

*seorsum* cum ablativo constr.  
 III, 563.

*sequi*, pro indagare et sequen-  
 do comprehendere I, 157.

*serena coeli* I, 87.

*serere*, i. q. gignere III, 572.

*sidere*, pro subsidere V, 493.

*Sidon*, *Syria* appellata, terrae  
 motu deleta VI, 585.

*siet*, pro *sit* II, 1079.

*Silani* VI, 1264.

*silex* generis mascul. I, 572.

*simul ac primum* IV, 212. A.

*sing'lariter* pro singulariter VI,  
 1066.

*sis* pro *suis* III, 1033.

*smaragdus*, *smyrna* etc., non  
*Zmaragdus*, *zmyrna* etc. II,  
 504. (A.) III, 805. IV, 1122.

*soles* in numero plurali V, 253.

*soles*, i. q. dies, tempus VI, 1219.

*sonitus*, i. q. sonus VI, 218.

*sonitus sonans* III, 1006.

*sonus* ad 4. declin. flexum IV,  
 586.

*spica*, i. q. hasta III, 199.

*spurii* versus vel a mè vel ab  
 aliis iudicantur I, 16. 57 —

62. 335. 384. A. 569. A. 883.

918 s. 1084 s. 1091. II, 41.

453. 461 — 463. 494. 680 s.

1044 — 1047. 1169 s. III, 43.

A. 359. 363. 497. 614. 620.

685. 763 — 765. 835. 866.

900. 918. 962. IV, 100 — 102.

128 s. 290 — 292. 419 s. 511.

513. 533 s. A. 797. 802 s.

936 s. 954. 991. V, 312 s. A.

420 ss. 837. 1130 s. 1215 s.

1326 s. VI, 11. A. 30. 47 —

49. 87 ss. 466 ss. 608. 699.

715.

*sterilus* (pro *sterilis*) cum ab-  
 lativo (et genitivo) constr.

II, 845.

*süadere* per diaeresin IV, 1153.

*suaviloquens* I, 944.

*sub diu* IV, 212.

*sublima coeli*, (*sublimus* pro  
*sublimis*) I, 341.

*subortus*, nomen subst. V, 304.

*sudor* de quovis humore II, 465.

*subus* et *subus* V, 968.

*summatus* V, 1141.

*suo μονοσπλάβως* I, 1021.

*super* adverbialiter I, 650.

*supera* et *supra* I, 430. (A.)

544. III, 386. IV, 674. V,

327. 1406. VI, 505.

*superare*, i. q. superesse I, 580.  
 V, 385.

*suppeditare* pro *suppetere* I,  
 548. (A.)

*suppus*, i. q. *supinus* I, 1060.

*surpere* pro *surripere* II, 314.

syllaba longa corripitur (vid. correptio.)

syllaba longa eliditur (vid. elisio.)

synaeresis I, 712. 874. 976. 1021. 1104. II, 333. A. 693. 850. 951. 1024. 1061. III, 384. 650. 876. 890. 930. 931. IV, 29. 263. 886.

syncope in verbis temp. I, 71. (A.) 234. 986. II, 314. III, 69. 650. 683. 710. 876. V, 443. 1158. VI, 587.

— in aliis vocibus III, 347. IV, 263. 905. VI, 541. 1066. 1087.

synecphonesis V, 780.

synesis generis I, 191. 241. 867. II, 909. III, 186. 565. 609. 626. IV, 92. V, 473. VI, 362.

### T.

*Tam et tanto* alia relativa respondent, ac *quam et quanto* IV, 1002.

*tangere et tactus* de omnibus sensibus II, 408. VI, 779.

*templum* de omnibus locis cavis et spatiosis I, 121. 1013. IV, 626.

*tenuis* *δισυλλάβως* pronunt. I, 874.

*tetuli* pro *tuli* VI, 673.

*Thracia*, duabus syll. pronunt. (?) IV, 29.

*tibi* pleonastice Graecorum more additum III, 214. (A.) VI, 324. 1029.

tituli in margine adscripti saepe contextui immixti sunt II, 41.

tnesis I, 652. II, 301. IV, 833.

*torreat* duabus syll. pronunt. III, 930.

*totiens* pro *toties* I, 598.

*tōtus*, pronomem correlativum VI, 653.

*trachelon* (*τράχηλον*) VI, 109.

trahatio verborum sensuum ad res inanimatas III, 128. A.

transitiva verba pro intransitivis, omisso pronom. reflex. se I, 398. (A.) 787. II, 243. III, 501. 570. IV, 70. 1126. V, 514. VI, 128. 519.

*tremesco* VI, 548.

*triquetrus* I, 718.

*tuditare* II, 1143.

### U.

*Una dies*, formula Lucretio adamata III, 912. V, 96. 998.

*uni* in numero plurali II, 668.

*uniter* III, 851.

*un'vorsum* pro *universum* IV, 263.

*uterque* in plurali II, 517.

*uti* cum accusativo constr. V, 1032. VI, 1135.

### V.

*Vaeefieri* VI, 1004. 1016.

*vācillare* prima syll. producta III, 503.

*vagare* pro *vagari* III, 628.

*vagor*, i. q. *vagitus* II, 577.

*vallamina* IV, 589.

*variantia* I, 654.

*vas* pro ipso homine VI, 17.

*vasum* et reliqui casus VI, 233.

*vegcre* V, 533.

*vehementer* tribus syll. pronunt. II, 1024.

*velivolae* (naves) V, 1441.

*vepres* genere femin. IV, 60.

*vera viai* I, 660.

*veratrum* IV, 642.

verba eundi cum simplice accus. I, 116.

- verba transitiva pro intransitiva*, omisso *se* (vid. *intransitiva*.)  
*verrere de ventis* V, 267.  
*vertere, pro se vertere* IV, 1126. V, 829.  
*vesci cum accus. constr.* II, 1127. V, 1032.  
*vescus, i. q. edax* I, 327.  
*veterinus* V, 863.  
*videlicet cum infinitivo constr.* I, 211. A.  
*videre est* II, 16.  
*vincere, i. q. probare* II, 748. (A.) VI, 498.  
*viri, genitivus vocis virus* II, 476.  
*virus de aqua marina* I, 720.  
*vis in numero plurali* III, 266.  
 — *periphrasi inservit* III, 8. V, 1285.
- viscus* I, 837.  
*viscere ad aliquid* VI, 1238.  
*vitalis saepe a Lucr. adhibetur* V, 225.  
*vivatus, i. q. vividus* III, 410.  
*vocamen* IV, 818.  
*vocativus 2. declin. in us* I, 45.  
*voce vocare* IV, 713.  
*votim pro velim* II, 1047.  
*vox dissyllaba in fine versus post longam sensus pausam* VI, 1142.  
*vulgus de animalibus* II, 920.  
*vulta, i. q. vultus* IV, 1208.

## Z.

- Zmaragdus, zmyrna* (melius *smaragdus, smyrna*.) II, 504. (A.) III, 805. IV, 1122.

592 199

PA  
6482  
.A 2F7  
1828

LUCRETIUS  
De rerum natura  
(Forleiger)

FEB 17 1959

*G. Vallée*



PA6482

.A<sub>2</sub>F<sub>γ</sub>

.1828

Lucretius

De rerum natura

(Forliger)

592 199

FEB 17 1959

G. VALLILEE

Desk 11

592 199

CLAS

UNIVERSITY OF CHICAGO



44 753 762

